BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
S
26 — D
5

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

48.3.18.

48
E
6

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

TRACTATVS
THEOLOGICVS
De Cognitione Angelica.

ELABORATVS

À DOCTORE D. EVSEBIO GARCIA DE LOS RIOS.

Dignitate in Sācta Magiſtrali Eccleſia SS.MM. Iuſti,& Paſtoris.

Et in Præclariſsima Complutenſi Academia Regente Cathedram Sancti Thomæ. Eidemquè Angelico Præceptori

Dicatus:

PER

Reverendiſsimum,& obſervandum admodū Collegium in dicta Vniverſitate Sacratum Ipſi Sancto Doctori:

CVM LICENTIA,ET PRIVILEGIO.

Compluti: Apud Franciſcum Garcia Fernandez, Typographum Vniverſitatis.
Anno 1698.

Bibl. Secr. Coll. Rom. Soc. Iesu
BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE
Digitized by Google

Vniuerſalis (*m*) ſponſæ Chriſti militantis

SOLI.

Luminari maiori (*n*) diei Præſidenti.

SPLENDIDISSIMO

Iubari (*o*) in lucem Sæculi.

DOGMA

Purgãti Gẽtiliũ (*p*) pluſquã Doctores cæteri.

STRENVO

Duci, hæreſes omnes (*q*) ante ſe, & poſt ſe Profliganti.

GEDEONIS

Tubæ; (*r*) Radio; Lagenæ.

FORTISSIMO

Catholicæ fidei (*ſ*) Athletæ.

CERTISSIMAE

Regulæ (*t*) Chriſtianæ Doctrinæ.

INTER DOCTISSIMOS

Sanctiſsimo; (*u*) inter Sanctos Doctiſsimo.

ILLI

Qui fuit Orbi

Patris, ac fontis luminum (*x*) Radius;

AEternæ Sapientiæ

(*y*) VOX;

Spiri-

(*m*) Angelus Rocha Epiſc. in laud. S. Th.

(*n*) Epiſt. Vniuerſit. Pariſ. de morte S. Th. ex Sampayo.

(*o*) Eadem. ibi.

(*p*) Eccleſia in Himn. S. Th in offic. Ord. Præd.

(*q*) S. Pius 5. in Bul. pro S. Th. ann. 1567.

(*r*) Eccl. in offic. Ord. Præd.

(*ſ*) Paulus 5. in Bull. 17. Decemb. 1617.

(*t*) S. Pius 5. vbi ſupra.

(*u*) Card. Beſsarion in Elog. S. Thomæ.

(*x, y, z, &*) Clemens 8. Bull. 2. ad Neapo.

Digitized by Google

Spiritus Sancti, & OS
&(z) lingua:
Incarnati Verbi
(a) Splendor.

Immenſio (b) Aquinati. Thomæ (c) Euchariſtico.

Dilecto, Ieſu Crucifixi (d) Diſcipulo.

VIRGINIS
Matris Mariæ (e) à cunis

ALVMNO.

Sanctorum Apoſtolorum
Petri, & Pauli (f) Auſcultatori.

INCLVDENTI (g)

Hieronymos; Auguſtinos; Ambroſios; Gregorios.
ſe ipſum

(h) INCLVDENTI.
Maiori ſe ipſo (i) & Minori.
Socio (K) Angelorum; immò, & Angelo
antequam (l) eſſet

DOCTOR ANGELICVS,

Quia (m) de Angelis Angelicè tractavit omnia.

HVIC

Soli (n) ad tuendum ſufficienti.
Iſtum de Angelica cognitione tractatum
Supplex.

(b) Card. Caiet. lau d. S. Th.

(c) De la Cruz in Elog. eiuſdem.

(d) Clemens 8. vbi ſupra.

(e) Bul. Canoniz. S. Th.

(f) Clemens 8. vbi ſupra.

(g, h, i) P. Labbè in Elog. S. Th.

(K) Clemens 8. vbi ſupra.

(l) P. Labbè vbi ſupra.

(m) Rocha vbi ſupra.

(n) Gennadius Scholarius, Patriar. Conſtant. in Elog. S. Th.

Digitized by Google

(*m*)
Angelus Rocha
Epiſc. in laud.
S.Th.

(*n*)
Epiſt. Vniverſit.
Pariſ. de morte
S.Th. ex Sampayo.

(*o*)
Eadem. ibi.

(*p*)
Eccleſia in Him.
n.S,Th in offic.
Ord. Præd.

(*q*).
S. Pius 5. in Bul.
pro S. Th. ann.
1567.

(*r*)
Eccl. in offic.
Ord. Præd.

(*ſ*)
Paulus 5. in Bull.
17. Decemb.
1617.

(*t*)
S. Pius 5. vbi ſupra.

(*u*)
Card. Beſſarion
in Elog. S. Thomę.

(*x*, *y*, *z*, *&*)
Clemens 8. Bull. 2. ad Neapo.

Vniverſalis (*m*) ſponſæ Chriſti militantis

SOLI.

Luminari maiori (*n*) diei Præſidenti.

SPLENDIDISSIMO

Iubari (*o*) in lucem Sæculi.

DOGMA

Purgāti Gentiliū (*p*) pluſquā Doctores cæteri.

STRENVO

Duci, hæreſes omnes (*q*) ante ſe, & poſt ſe Profliganti.

GEDEONIS

Tubæ; (*r*) Radio; Lagenæ.

FORTISSIMO

Catholicæ fidei (*ſ*) Athletæ.

CERTISSIMAE

Regulæ (*t*) Chriſtianæ Doctrinæ.

INTER DOCTISSIMOS

Sanctiſsimo; (*u*) inter Sanctos Doctiſsimo.

ILLI

Qui fuit Orbi

Patris, ac fontis luminum (*x*) Radius;

AEternæ Sapientiæ

(*y*) VOX;

Spiri-

Spiritus Sancti, & OS
&(z) lingua:
Incarnati Verbi
(a) Splendor.
Immenſio (b) Aquinati. Thomæ (c) Euchariſtico.
Dilecto, Ieſu Crucifixi (d) Diſcipulo.

VIRGINIS
Matris Mariæ (e) à cunis

ALVMNO.
Sanctorum Apoſtolorum
Petri, & Pauli (f) Auſcultatori.
INCLVDENTI (g)
Hieronymos; Auguſtinos; Ambroſios; Gregorios.
ſe ipſum

(h) INCLVDENTI.
Maiori ſe ipſo (i) & Minori.
Socio (K) Angelorum; immò, & Angelo
antequàm (l) eſſet

DOCTOR ANGELICVS,
Quia (m) de Angelis Angelicè tractavit omnia.

HVIC
Soli (n) ad tuendum ſufficienti.
Iſtum de Angelica cognitione tractatum
Supplex.

(b) Card. Calet. laud. S. Th.
(c) De la Cruz in Elog. eiuſdem.
(d) Clemens 8. vbi ſupra.
(e) Bul. Canoniz. S. Th.
(f) Clemens 8. vbi ſupra.
(g, h, i) P. Labbè in Elog. S. Th.
(K) Clemens 8. vbi ſupra.
(l) P. Labbè vbi ſupra.
(m) Rocha vbi ſupra.
(n) Gennadius Scholarius, Patriar. Conſtant. in Elog. S. Th.

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
S
26 — D
5

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

48.3.1.8.
48
E
6

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

TRACTATUS
THEOLOGICUS
De Cognitione Angelica.

ELABORATUS

À DOCTORE D. EUSEBIO GARCIA DE LOS RIOS.

Dignitate in Sãcta Magiſtrali Eccleſia SS.MM. Iuſti, & Paſtoris.

Et in Præclariſsima Complutenſi Academia Regente Cathedram Sancti Thomæ. Eidemquè Angelico Præceptori

Bibl. Secr. Dicatus: Coll. Rom.

Soc. PER Jesu

Reverendiſsimum, & obſervandum admodũ Collegium in dicta Vniverſitate Sacratum Ipſi Sancto Doctori:

CUM LICENTIA, ET PRIVILEGIO.

Compluti: Apud Franciſcum Garcia Fernandez, Typographum Vniverſitatis. Anno 1698.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

Omni (*a*) ſcio. Omnium horarum (*b*) homini.
Primo (*c*) : Medio: & Noviſsimo
Sapientum Omnium.

ANTESIGNANO

Omnium (*d*) Doctorum.

(*e*) THEOLOGORVM

Coryphæo. Ac Scolaſticorum (*f*) ſignifero.

THEOLOGIAE

Flori (*g*) ac Principi.

ALPHA (*h*)

Omnium literarum:
Omnis literaturæ (*i* Delicijs.

GRAECIS

Curioſiori (*K*) vberiori ; & clariori.

VERITATIS

Vnico Artifici (*l*) & Architecto.

ECCLESIAE

(*a*) Franc. Titelm. ex Baſil. Pōt. de Iuram. Salm. proferente. 14. elog. S. Thom.

(*b*) Ferrarienſis epiſt. ad Clem. Pap. 7.

(*c*) Titelm. ſupra.

(*d*) Martin. Perſius in Elog. S. Th.

(*e*) Sylvius in 1. p. præfat. Encom. in laud. D. Th.

(*f*) Azpilcueta Navarrus in laud. S. Th.

(*g*) Cardinales Hoſſius, & Roffenſis in Elog. Th.

(*h*) Titelm. ſupra.

(*i*) Idem, ibi.

(*K*) Sueſſanus in elog. S. Th.

(*l*) Titelm, ſup.

Digitized by Google

(m) Angelus Rocha Epiſc. in laud. S.Th.

(n) Epiſt. Vniverſit. Pariſ. de morte S.Th. ex Sampayo.

(o) Eadem. ibi.

(p) Eccleſia in Himn. S,Th in offic. Ord. Præd.

(q) S.Pius 5. in Bul. pro S. Th. ann. 1567.

(r) Eccl. in offic. Ord. Præd.

(ſ) Paulus 5. in Bull. 17. Decemb. 1617.

(t) S. Pius 5. vbi ſupra.

(u) Card. Beſſarion in Elog. S. Thomę.

(x, y, z, a) Clemens 8. Bull. 2. ad Neapo.

Vniverſalis (m) ſponſæ Christi militantis

SOLI.

Luminari maiori (n) diei Præſidenti.

SPLENDIDISSIMO

Iubari (o) in lucem Sæculi.

DOGMA

Purgāti Gentiliū (p) pluſquā Doctores cæteri.

STRENVO

Duci, hæreſes omnes (q) ante ſe, & poſt ſe Profliganti.

GEDEONIS

Tubæ; (r) Radio; Lagenæ.

FORTISSIMO

Catholicæ fidei (ſ) Athletæ.

CERTISSIMAE

Regulæ (t) Chriſtianæ Doctrinæ.

INTER DOCTISSIMOS

Sanctiſsimo; (u) inter Sanctos Doctiſsimo.

ILLI

Qui fuit Orbi

Patris, ac fontis luminum (x) Radius;

Æternæ Sapientiæ

(y) VOX;

Spiri-

Digitized by Google

Spiritus Sanĉti, & OS,
&(z) lingua:
Incarnati Verbi
(a) Splendor.
Immenſio (b) Aquinati. Thomæ (c) Euchariſtico.
Dilecto, Ieſu Crucifixi (d) Diſcipulo.

VIRGINIS
Matris Mariæ (e) à cunis

ALVMNO.
Sanctorum Apoſtolorum
Petri, & Pauli (f) Auſcultatori.
INCLVDENTI (g)
Hieronymos; Auguſtinos; Ambroſios; Gregorios.
ſe ipſum
(h) INCLVDENTI.
Maiori ſe ipſo (i) & Minori.
Socio (X) Angelorum; immò, & Angelo
antequam (l) eſſet

DOCTOR ANGELICVS,
Quia (m) de Angelis Angelicè tractavit omnia.

HVIC
Soli (n) ad tuendum ſufficienti.
Iſtum de Angelica cognitione tractatum
Supplex.

(b) Card. Calet. lau d. S. Th.
(c) De la Cruz in Elog. eiuſdem.
(d) Clemens 8. vbi ſupra.
(e) Bul. Canoniz. S. Th.
(f) Clemens 8. vbi ſupra.
(g, h, i) P. Labbè in Elog. S. Th.
(K) Clemens 8. vbi ſupra.
(l) P. Labbè vbi ſupra.
(m) Rocha vbi ſupra.
(n) Gennadius Scholarius, Patriar. Conſtant. in Elog. S. Th.

S. O. A. D.

Et ſi indignus,

Mentis ſuæ clariſsimæ ex munere Interpres;

Dr, D.EVSEBIVS GARCIA DE LOS RIOS:

PER

Clariſsimum ; cunctiſquè venerandum Collegium Doctori (o) Thomę Sacrum Compluti;

Vbi, vt tanti (p) *Doctoris Speculum*, tantæ Vrbi; Academiæ omni,& vniverſæ terræ

MIRA SVA SCIENTIA,

Inſtar ſolis (q) ſui, Præfulgens eſt Magiſter,

QVIA

Si (r) Abyſſus Abyſſum invocat;

ABYSSVS

Hęc Sanctitatis,Sapientiæ,&Honorificiẽtiæ

VOCABIT

IN AVXILIVM

Libri,& Anthoris,ſibi ſemper devinctiſsimi, Cœleſtẽ (ſ) Abyſſum;ſeu è gloria docentẽ (t) Thomam.

(o) *Doctor Thomas* ex Eccl. Antiph. 1. Matut. offic. Ord. Præd.

(p) S. Th. *Tantus Doctor* appellatur à S. Antonino 3. p. hiſt. tit. 23. cap. 5. 6. 9.

(q) *S. Thomas, Sol*; ex Eccl. in ſuo Hymno ad Matut. in offic. Ordin. Præd.

(r) Pſalm. 41. v. 9.

(ſ) *Thomas* idem, quod *Abyſſus*: ex D. Angelico ſuper 20. Ioan. lect. 5.

Et ex S. Antonino loquente de ipſo, titulo vbi ſupra, cap. 7.

(t) Ioan. Burg. Epiſcop. orat. ad PP. Concilij Tridentini ex Salmant. & Complut.

Su-

Digitized by Google

SVMA DE LAS LICENCIAS, Y PRIVILEGIO.

TIene el Autor todas las licencias neceſſarias, y Privilegio de ſu Mageſtad, para imprimir eſte libro intitulado: *Tractatus de Cognitione Angelica* (el qual aprobaron el Reverendiſsimo Colegio de S. Cyrilo del Carmen Deſcalço de la Vniverſidad de Alcalà, y el Reverendiſsimo P. M. Fr. Domingo Perez, Predicador de ſu Mageſtad, Regente de ſu Colegio de Santo Tomàs, y Catedratico de Prima de Teologia de la miſma Vniverſidad) con prohibicion de que por el tiempo de diez años immediatos à la fecha del privilegio, otro ninguno le pueda imprimir, ni vender ſin ſu licencia, ò de quien ſu poder tubiere, ſo las penas contenidas en el dicho Privilegio, dado en Toledo à treçe de Mayo de mil ſeiſcientos y noventa y ocho, y refrendado de Don Manuel de Vadillo, y Velaſco, del Conſejo de ſu Mageſtad, y ſu Secretario, &c.

Suma de la Taſſa.

TAſſaron eſte libro los Señores del Real Conſejo à ocho maravedis cada pliego, como conſta del teſtimonio, que diò Don Bernardo de Solis, Secretario del Rey nueſtro Señor, y ſu Eſcrivano de Camara de los que reſiden en el Conſejo, à diez y ſiete de Octubre de mil ſeiſcientos y noventa y ocho.

Errata

Pag.	Lin.	Dicit	Dicat.
2	21	ſuperadito	ſuperaddita.
19	26	intelligibilis	intelligibile.
26	6	minor	maior.
Ibi.	18	vitalis	vitale.
36	40	ſeu	ſunt.
37	35	actus primi	actus puri.
50	19	xpecie	ſpeciei.
53	39	exagitate	exagitatę.
86	25	maiorem	minorem.
93	38	cum	cur.
95	20	intelligibilis	intelligendis.
98	11	perfectiore	perfectione.
123	26	gelus naturaliter	gelici materialiter.
143	17	imperfectione	in perfectione.
200	8	aurei	auri.
206	6	proprie	propriæ.
207	5	actualis	actuabilis.
222	4	in eſſe	in ſe.
285	15	cum	cum non.
327	8	art. 2.	art. 3.
341	22	proportio	adæquatio.
395	40	ſupperavit Angelus	ſupperauit Angelos.
399	24	in præſenti	in præcedenti.
400	10	effectus	affectus.
402	10	diſp.	diſt.
406	27	modum	nudam.
452	1	Ad	At.
468	35	inferioris	inferioribus.
470	7	ita	non ita.
Ibi.	26	cirans	citans.
508	15	ſupernaturalis	naturalis.
512	13	Daum	Deum.

Liber hic, inſcriptus: *Tractatus de Cognitione Angelica*, demptis erratis ſupra notatis, ſuo Prototypo cōvenit. Matriti 16. Octob. Ann. 1698.

D. Martinus de Aſcarza.
Corrector Generalis. P.S.M.

Alios editionis errores in marginibus, & indicibus faciliter corriget benignus lector.

IN-

INDEX

DISPVTATIONVM, ET DVBIORVM ex quibus conſtat præſens tractatus.

DISPVTATIO PRIMA.

De medio cognitionis Angelicæ.

DVBIVM I.

Vtrùm ſit neceſſaria ſpecies intelligibilis intellectui Angelico ſuperaddita, vt Angelus ſe cognoſcat?

§.I. Notabilia. pag. 3.

§.II Statuitur concluſio tenens, quod ſubſtantia Angeli eſt forma intelligibilis, per quam Angelus ſe intelligit, & ſic, quod ad hoc munus ſuperfluit ſpecies intelligibilis accidentalis. pag. 7.

§.III. Solvuntur Argumenta. pag. 21.

§.IV. Aliqua corollaria. pag. 40.

§.V. Vltimum corollarium. pag. 43.

DVBIVM II.

Vtrùm, vt Angelus obiecta creata alia à ſe cognoſcat, indigeat ſpecie intelligibili accidentali in ſuo intellectu receptâ?

§.I Notabilia. pag. 54.

§.II. Stabilitur concluſio affirmativa. pag. 58.

§.III. Solvuntur Argumenta. pag. 70.

§.IV. Corollaria. pag. 76.

DVBIVM III.

Vtrùm ſpecies intelligibiles accidentales intellectui Angelicò ſuperadditæ ſint infuſſæ, vel à rebus acceptæ?

§.I. Notabilia. pag. 79.
§.II. Propugnatur prima concluſio aſſerens, quod non poteſt Angelus accipere ſpecies à rebus ſenſibilibus. pag. 83.
§.III. Solvuntur Argumenta. pag. 88.
§. IV. Defenditur ſecunda concluſio negans, quod Angelus accipiat ſpecies à rebus ſpiritualibus ylla acceptione, ſiue actiua, ſiue paſsiua. pag. 94.
§.V. Solvuntur argumenta contra 2. concluſionem. pag. 102.
§.VI. Duo corollaria. pag. 120.
§.VII. Quædam ſub dubiola. pag. 124.
§.VIII. Reliqua corollaria. pag. 129.

DVBIVM IV.

Vtrùm ſpecies intelligibiles Angelicæ ſint vniverſales?

§.I. Notabilia. pag. 133.
§.II. Firmatur affirmativa concluſio. pag. 136.
§.III. Solvuntur Argumenta. pag. 150.
§. IV. Aliqua corollaria. pag. 170.
§. V. Aliud corollarium obſervatione dignum. pag. 179.

DVBIVM V.

Vtrùm ſpecies intelligibiles Angelicæ, eò ſint vniverſaliores, quò Angeli ſunt perfectiores?

§.I. Notabilia. pag. 184.
§. II. Statuitur affirmativa concluſio. pag. 188.
§.III. Solvuntur argumenta. pag. 200.
§.IV. Aliqua corollaria. pag. 213.

DIS-

Digitized by Google

INDEX.

DISPVTATIO SECVNDA.

De Modo cognitionis Angelicæ.

DVBIVM I.

Vtrùm Angelus cognoſcat diſcurrendo?

§. I. Notabilia. pag. 219.
§. II. Prima concluſio tenet, quod Angelus nequit diſcurrere erga naturalia. pag. 222.
§. III. Solvuntur argumenta. pag. 237.
§. IV. Secunda concluſio propugnat Angelum non poſſe diſcurrere erga ſupernaturalia. pag. 259.
§. V. Solvuntur argumenta contra ſecundam concluſionem. pag. 260.
§. VI. Corollaria. pag. 290.

DVBIVM II.

Vtrùm in Angelis detur compoſitio, & diviſio?

§. I. Notabilia. pag. 295.
§. II. Statuitur negativa concluſio. pag. 298.
§. III. Solvuntur argumenta. pag. 300.
§. IV. Aliqua corollaria. pag. 310.

DVBIVM III.

Vtrùm Angelus inferior ſuperiorem comprehendat?

§. I. Notabilia. pag. 312.
§. II. Defenditur negativa concluſio. pag. 316.
§. III. Solvuntur argumenta. pag. 327.
§. IV. Corollaria. pag. 349.

DISPVTATIO TERTIA.

De obiectis ab Angelo cognitis.

DVBIVM I.

Vtrùm Angelus poſsit cognoſcere naturaliter certò futura contingentia?

§. I. Notabilia. pag. 356.

§.

§.II. Fundatur negativa concluſio. pag. 366.
§.III. Solvuntur argumenta. pag. 327.
§.IV. Aliqua corollaria. pag. 394.

DVBIVM II.

Vtrùm Angelus cognoſcat naturaliter certò ſecreta cordium?

§.I. Notabilia. pag. 399.
§.II. Probatur ex ſacris litteris negativa concluſio. pag. 403.
§.III. Probatur à ratione eadem concluſio. pag. 407.
§.IV. Solvuntur argumenta. pag. 420.
§.V. Corollaria. pag. 447.
§.VI. Proponuntur difficultates, quibus ſubijciuntur aliæ rationes probativæ concluſionis prædictæ. pag. 459.

DVBIVM III.

Vtrùm Angelus poſsit cognoſcere naturaliter certò myſteria gratiæ?

§.I. Notabilia. pag. 466.
§.II. Fundatur negativa concluſio. pag. 471.
§.III. Solvuntur Argumenta. pag. 481.
§.IV. Corollaria. pag. 508.

DVBIVM IV.

Vtrùm Angelus naturaliter certò cognoſcat modum, quo corpus Chriſti Domini exiſtit ſub ſpeciebus Sacramentalibus?

§. I. Notabilia. pag. 514.
§. II. Propugnatur concluſio negativa. pag. 516.
§. III. Solvuntur Argumenta. pag. 524.
§. IV. Corollaria aliqua. pag. 532.

Finis huius Indicis.

TRAC-

TRACTATVS

DE COGNITIONE ANGELICA SECVNDVM MENTEM DOCTORIS ANGELICI: à quæſtione 54. primæ partis vſque ad quæſtionem 59. excluſivè.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

PROOEMIVM.

OPportunè ſatis appellavit Angelos Magnus Baſilius Theologiæ miracula; cum mira ſint, quæ de illis Sacra ſpeculatur Theologia. Inter quæ tamen eminet, vt maiori admiratione dignum, quidquid ad eorum actiuam attinet cognitionem: *Contemplatio enim, ſeu activa cognitio Angeli* (vt habemus ex Sancto Iſidoro) *Angelum, natura mutabilem conditum, immutabilem facit*; quod certè eſt in Angelo omni alio ſuo prædicato mirabilius; ideoque nunc ad ſuam nos invitat expoſitionem. Quam decrevimus abſolvere in præſenti tractatu agendo: tū de medio, & modo cognitionis Angelicæ; tùm de obiectis ab Angelo cognitis: & in qua etiam declarabuntur ea, quæ ad notitiam quidditatis cognitionis prædictæ deſiderari valeant. Pro cuius faciliori, & clariori inveſtigatione tres diſputationes exagitabimus, alteram de huius cognitionis medio; alteram de ipſiusmet modo; alteramque de obiectis ab Angelo cognitis.

DISPVTATIO PRIMA.

De medio cognitionis Angelicæ.

PRimo diſputamus de medio cognitionis Angelicæ, hoc eſt, de eo, quod exigitur ex parte obiecti, vt Angelus formet intellectionem; & cum Angelus, & ſe, & alia à ſe cognoſcat (quod vt indubitatum ſupponimus, conſiderato eſſe Angelico purè ſpirituali, & intellectuali; proindeque capaciſsimo cognitionis, nedùm ſui, verùm, & aliorum à ſe) inquirendum erit de requiſito ex parte obiecti, vt Angelus ſe cognoſcat, & vt intelligat cætera obiecta extra ſe: Vtrùm ad primũ ſufficiat propria ſubſtantia Angeli ſe intelligentis, vel ſit neceſſaria ſpecies ſuperaddita? Et an hæc (ſaltèm) indiſpenſabiliter ſit adſtruenda, vt Angelus cognoſcat obiecta à ſe diſtincta? Hiſque ſpeciebus admiſsis ſtatim eſt dubitandum, & de earum comparatione; vtrùm (ſcilicèt) ſint infuſſæ, vel à rebus acceptæ? & de earum vniverſalitate; an (videlicèt) tales ſpecies ſint vniverſales, & eò vniverſaliores, quò Angeli ſunt ſuperiores.

DVBIVM PRIMVM.

Vtrùm ſit neceſſaria ſpecies intelligibilis accidentalis intellectui Angelico ſuperaddito, vt Angelus ſe cognoſcat?

§ I.

Aliqua ſupponuntur, & referuntur ſententiæ.

1 Primo ſupponiendum eſt, quod intellectio, ſeu intelli-

telligere Angelicum, nec eſt Angeli ſubſtantia, nec eſt Angeli eſſe; & quod potentia intellectiva Angeli non ſit eius eſſentia: tum, quia vtrumque eſt expreſſum apud Angelicum Præceptorem q. 54. huius 1. partis articulo 1. 2. & 3: Tum, vt detur locus præſenti diſputationi; ſi enim intelligere Angeli eſſet eius ſubſtantia, vel eius eſſe; cum certiſſimum ſit ſubſtantiam, vel eſſe Angeli, non dependere ab aliqua ſpecie intelligibili accidentali ſuperaddita intellectui Angelico, vt in re ſint; nec, vt in re ponatur intelligere Angelicum, erit neceſſaria ſpecies intelligibilis accidentalis. Si tandem potentia intellectiva Angelica eſſet Angeli ſubſtantia, conformius eſſet, quod ſpecies intelligibilis, vt Angelus quodvis obiectum cognoſceret, non ſuperadderetur intellectui Angeli cognoſcentis, ſed eſſet idem obiectum intelligendum (quod etiam præſentem controverſiam dirimeret; cũ procedat de ſpecie intelligibili accidentali diſtincta à ſubſtantia Angeli intelligentis, & ab obiecto intelligendo) quia ſicut intellectus eſt virtus in linea intellectualitatis, ſeu intelligibilitatis activæ; ita ſpecies eſt virtus in linea obiectiva intentionali, ſeu intelligibilitatis paſsivæ. Vnde, ſi cum primo componitur, quod intellectus non diſtinguatur à ſubſtantia intelligentis, cuius eſt virtus; cum ſecundo rectè conciliabitur, quod ſpecies non diſtinguatur ab obiecto intelligibili, cuius, & ipſa eſt virtus. Quo prænotato; & ſimul præiacto cum Angelico Magiſtro (in libris de Anima, & in hac 1. parte q. 14. art. 1.) ad quamlibet cognitionem requiri ſpeciem obiecti, vel ipſum obiectum, vt gerens munus ſpeciei: cum (iuxta Magnum Parentem Auguſtinum libro 9. de Trinitate cap. 12.) *Ab obiecto, & potentia pariatur notitia*: erit noſtra quæſtio; an, vt Angelus ſe cognoſcat, indigeat ſpecie accidentali ſuperaddita; vel, an adhoc ſufficiat ipſmet ſubſtantia Angeli ſe intelligentis, vt vices ſpeciei gerens.

Supponitur primo, quod intelligere Angeli, nec eſt Angeli ſubſtantia, nec Angeli eſſe; & quod potentia intellectiua Angeli non eſt eius eſſentia.

S. Thomas.

S. Thomas. Ad quævis cognitionẽ requiritur, vel ſpecies obiecti, vel ipſum obiectum, vt gerens munus ſpeciei.

S. Auguſt.

2 Secundo ſupponendum eſt ſpeciem intelligibilem, (cuius exiſtentiam nedùm in homine, verùm in Angelo erga aliqua obiecta communis tenet opinio) eſſe formam determinantem potentiam alias indifferentem per modum repræſentantis obiectum intelligendum, eiuſdemque vices gerentis; quod præſtat ſpecies præſentando obiectũ potentiæ, cui, & illud vnit iuxta exigentiam

2. ſupponitur ſpeciem intelligibilẽ eſſe formã determinantem potentiam alias indifferentẽ.

Digitized by Google

ipſius potentiæ intellectivæ; quæ, vt diſtincta ab appetitiva, trahit obiecta ad ſe ſecundùm eſſe intentionale (cum in eſſe naturali, & entitativo, nequeant obiecta exteriora menti vniri, & intra mentem poni) ad quod eſſe intentionale ſpeciei de materiali ſe habet, quod eſſe entitativum ipſius ſit accidens, vel ſubſtantia, quia conceptus formalis ſpeciei, ſolum dicit, quod ſpecies ſit imago obiecti repræſentati, per quam intellectus fiat intentionaliter quidquid obiectum eſt in eſſe entitativo, & totum hoc ſalvatur, ſiuè ſpecies actuet intellectum per inhæſionem, vel entitativam informationem (quia in eſſe naturali ſit accidēs) ſiuè neque inhæreat, neque entitatiuè informet intellectum (quia in eſſe phyſico ſit ſubſtantia) ſpecies enim intelligibilis, ſiuè ſit forma ſubſtantialis, ſiuè accidentalis, eadem eſt in munere trahendi obiectum, & potentiæ illud vniendi. Præſens igitur dubium, inquirit, An vt Angelus ſe cognoſcat, ſit neceſſaria ſpecies intelligibilis accidentalis, vel præciſse requiratur, quod propria ſubſtantia conſideretur vt forma intelligibilis?

Supponitur tertio ſpeciem intelligibilem tria exercere, vt ſuum munus adimpleat.

3. Sed pro maiori explicatione notandum eſt 3. formam, ſeu ſpeciem intelligibilem tria exercere, vt ſuum munus adimpleat; primo reddit obiectum intelligibile in actu: 2. proportionat obiectum, vt attingi valeat a potentia: 3. illud vnit potentiæ. Primum præſtat ſpecies intelligibilis obiecto materiali, vt extra intellectum exiſtenti, quod quidem in eo ſtatu ſolum eſt intelligibile in potentia; proindeque indigens ſpecie à Phantaſmatibus abſtracta, ratione cuius reddatur intelligibile in actu. Ad ſecundum deſervit ſpecies intelligibilis in intellectu humano (pro ſtatu coniunctionis ad corpus) vt animam rationalem cognoſcat, quæ eſt intellectui improportionata; deſiderans ex hoc ad ſui cognitionem ſpeciem intelligibilem accidentalem primario repræſentantem formam corpoream, ad cuius modum, & aliarum rerum materialium cognoſcatur. Tertium exercet ſpecies intelligibilis in intellectu Gabrielis, vt Gabriel Michaelem intelligat, quia cum Michael nequeat illabi in mentem Gabrielis (ſicut nec in nullum alium, ſiuè Angelicum, ſiuè humanum intellectum) non eſt intrinſecè vnitus intellectui Gabrielis. Vnde ſpecies, vel facit obiectum intelligi-

bi-

Digitized by Google

bile in actu (ſi obectium eſt materiale) vel proportionat obiectum ſi immateriale ſit (vt anima rationalis) quia immateriale, provt in ſe, non eſt obiectum proportionatum intellectui humano ad modum rerum materialium intelligenti; vel ſi obiectum ſit intelligibile in actu, & proportionatum, non tamen intrinſecè vnitum potentiæ; illud ipſi vnit.

Ex quibus conclude, quod ſi ſubſtantia Angeli ſit intelligibilis in actu, proprio intellectui proportionata, & ipſi vnita intrinſecè vnione ſufficienti, ſuperflua erit ſpecies intelligibilis accidentalis, vt Angelus ſe cognoſcat (cum ſuperfluat ſpecies non deficiente præſentialitate obiecti in eſſe intelligibili) certum tamen eſt ſubſtantiam Angeli eſſe intelligibilem in actu (cum immaterialis ſit) eſſe proportionatam proprio intellectui (cum propriam ſubſtantiam cognoſcat Angelus provt eſt in ſe, & non ad modum rerum materialium), & inſuper eſſe intrinſecè vnitam (vnione reali, ſeu phyſica) cum proprio intellectu, tanquam cum proprietate, cuius ſubſtantia Angeli eſt radix. Quare dubitatio noſtra iam reducitur ad indagandum, vtrùm ſubſtantia Angeli vniatur proprio intellectui, non ſolum vnione reali, & phyſica (vt radix cum proprietate, & ſubiectum cum accidenti) ſed intelligibili, & intentionali, vt forma intelligibilis cum potentia intellectiva? quæ quidem vnio eſt propria ſpeciei, & quæ, ſi conveniat ſubſtantiæ Angeli cum proprio intellectu, erit invtilis ſpecies intelligibilis accidentalis.

Prima ſententia abſolutè affirmativa, & pro ea.

4 Circa hanc difficultatem ſic exagitatam aliqui iudicarunt Angelum indigere ſpecie intelligibili accidentali proprio intellectui ſuperaddita, vt ſe cognoſcat; de quorum numero ſunt Alenſis, Marſilius, & Henricus relati à P. Suarez lib.2. de Angelis cap.4. num.2. & 3. Alij ſenſerunt intellectum Angeli per ſe ipſum, vt ſpeciem videre ſuā ſubſtantiam, & accidentia omnia, quæ ſunt in ipſa intrinſecè, in qua ſententia, nec datur ſpecies intelligibilis accidentalis, quæ repræſentet intellectui Angelico propriam ipſius ſubſtantiam, nec ſubſtantia Angelica gerit vices ſpeciei, ſed intellectus eſt ſimul ſpecies, & potentia; ita docet Pater Vazquez diſp. 204. cap. 2. addens probabiliter idem poſſe dici de quolibet alio obiecto extrinſeco Angelo; P. Vazquez ſequitur, P. Alarcon tract. 6. de Angelis diſp. 3.

Alenſis. Marſilius. Henricus.

Pro ſecunda iudicante intellectum Angeli eſſe ſpeciem ad ipſius Angeli cognitionē.

P. Vazquez. P. Alarcon.

Digitized by Google

cap. 1. num. 10. (licèt cum quadam limitatione parum conformi naturæ ſpeciei intelligibilis) hæc opinio etiam tribuitur Subtiliſsimo Cardinali Caietano; ſed inmerito (vt bene obſervat Magiſter à Sancto Thoma 1. p. quæſt. 54. & 55. diſp. 21. art. 2. num. 5.) cum conſentiat communi Scholaſticorum placito tenenti Angelum cognoſcere ſe per ſuam ſubſtantiam; ſic expreſsè affirmat Angelicus Magiſter 1. p. q. 56. art. 1. 2. contra gentes cap. 98. & q. 8. de Veritate art. 3. cui adiūgitur Subtilis Doctor in 2. diſt. 3. q. 10. & ferè omnes vtriuſque Scholæ diſcipuli: & ex Societate Patres Suarez lib. 2. de Angelis cap. 3. & 4. Arrubal diſp. 166. cap. 1: Granados tract. 3. diſp. 1. & tract. 4. num. 1. Arriaga in tractatu de Angelis, diſp. 5. n. 10. Tannerus; & alij plures, ex quibus Pater Herrera in ſuo tractatu de Augelis q. 5. ſect. 3. num. 15. & noviſsimè Sapiētiſsimus P. Doct. Carolus Echeverria, nunc in hac Vniverſitate digniſsimus pro ſua Sacra Familia Primarius, in ſuo libro de Angelis diſp. 5. à n. 6. Addit Doctor Subtilis Angelum indigere ſpecie intelligibili accidentali ſuperaddita, ſi habeat cognitionem ſui abſtractivam, licèt ad intuitivam propria ſufficiat ſubſtantia. Quæ exiſtimatio placet P. Echeverria, vbi ſupra ſentienti: Angelum ſe cognoſcere dupliciter intuitivè, & abſtractivè; intuitiuè, & immediatè in ſe ipſo; abſtractiuè verò, & mediate in multiplici medio obiectivo prius cognito. Et Pater Suarez cap. 4. (citato num. 20. & 21.) etiam addit quod Angelus ſe ipſum, & ſuas proprietates per propriam ſubſtantiam videt; cæterum accidentia advenientia, quæ paſsiones non ſunt, videt Angelus non per ſpecies, ſed per ipſa accidentia gerentia vices ſpecierum; idem ferè iudicant Arrubal, & Granados locis allatis.

RR. à Sāct. Thoma.

Pro tertia cōmuni, & negativa.

S. Thomas. Scotus. Eorum Diſcipuli. Et ex Societate PP. Suarez, Arrubal, Granados, Arriaga, Tannerus, Herrera, Echeverria

Scotus. P. Echever. P. Suarez.

§. II.

Proponitur, & probatur concluſio noſtra.

Subſtantia Angeli, eſt forma intelligibilis per quam Angelus ſe intelligit, ſicque ſuperfluit adhoc munus ſpecies intelligibilis accidentalis intellectui Angelico ſuperaddita.

5. Hæc concluſio expreſsè tradditur ab Angelico Ma-

Magiſtro vbi ſupra citavimus; eamque, quoad primam partem, ex qua vnice dependet ſecunda, vnica ratione ſtabilire conabimur: Obiectum intelligibile in actu, proportionatum potentiæ, ipſique intrinſecè vnitum vnione intelligibili, eſt forma intelligibilis, per quam intelligens tale obiectum cognoſcit; ſed ſubſtantia Angeli eſt obiectum intelligibile in actu, proprio intellectui proportionatum, ipſique intrinſecè vnitum vnione intelligibili; ergo ſubſtantia Angeli eſt forma intelligibilis per quam Angelus ſe intelligit. Diſcurſus eſt legitimus: maiorem ex tertio notabili habemus: prob. minor quoad tertiam partem (cum quo ad primas ex eodem notabili conſtet): actu determinans intelligibiliter determinabile intelligibiliter eſt ipſi determinabili intrinſece vnitum vnione intelligibili; ſed ſubſtantia Angeli eſt obiectum actu determinans intelligibiliter proprium intellectum, vt determinabilem intelligibiliter; ergo ſubſtantia Angeli eſt obiectum intrinſecè vnitum proprio intellectui vnione intelligibili. Conſequentia recte deducitur, præmiſſas probabimus, & primo maiorem: actu determinans intelligibiliter (ſi non ſit extra intelligentem) formaliter eſt actuans intelligibiliter; ſed actuans intelligibiliter, eſt intrinſecè vnitum actuabili (ſeu determinabili) intelligibiliter vnione intelligibili; ergo actu determinans intelligibiliter determinabile intelligibiliter, eſt intrinſecè vnitum vnione intelligibili. Maior, & minor tantum ſunt probandæ. Prob. maiorem ſpecies accidentalis ſuperaddita intellectui vnius Angeli, vt alterum cognoſcat (quam ſpeciem dari dubio ſequenti videbimus) formaliter eſt actuans intellectum intelligibiliter, quia eſt ipſum intelligibiliter determinans; ergo actu determinans intelligibiliter, formaliter eſt actuans intelligibiliter. Prob. minorem vltimi ſyllogiſmi: inter determinabile, ſeu actuabile phyſicè, & illud actuans phyſicè datur vnio phyſica, & de linea entis (vt ſuadet vnio materiæ, & formæ) ergo inter determinabile, ſeu actuabile intelligibiliter, & illud intelligibiliter actuans datur vnio intrinſeca intelligibilis, & de linea intentionali: ergo actuans intelligibiliter eſt intrinſecè vnitum actuabili (ſeu determinabili) intelligibiliter.

S. Thomas.

Probatur concluſio à ratione.

Tranſeamus iam ad minorem primi diſcurſus; ſcilicèt quod ſubſtantia Angeli eſt obiectum, actu determinans intelligibiliter proprium intellectum, vt determinabilem in-

intelligibiliter: in qua eſt certum, quod intellectus Angeli ſit determinabilis intelligibiliter, (cum ſit principium vniverſale, & indifferens ad varias intellectiones; diverſas rationes formales reſpicientes; indeque indigeat determinari) probatur ergo quod ſubſtantia Angeli ſit obiectum actu determinans intelligibiliter: Obiectum, quod comparatur ad intellectum Angeli, tanquam actus ad potentiam in intelligendo, eſt obiectum actu determinans intelligibiliter intellectum Angeli; ſed ſubſtantia Angeli, eſt obiectum, quod comparatur ad proprium intellectum tanquam actus ad potentiam in intelligendo; ergo ſubſtantia Angeli eſt obiectum actu determinans intelligibiliter proprium intellectum, vt determinabilem intelligibiliter. Prob. maiorem: poſtea probaturi minorem; ex quibus conſequentia clareſcet: ſic ſe habet actus ad potentiam in intelligendo, ac actus ad potentiam in eſſendo; ſed actus ad potentiam in eſſendo comparatur, vt actu determinans ipſam phyſicè, & in eſſendo, (vt nulli eſt dubium); ergo obiectum, quod comparatur ad intellectum Angeli tanquam actus ad potentiam in intelligendo, eſt obiectum actu determinans intelligibiliter intellectum Angeli. Prob. minorem, vltimo promiſſam, ex Angelico Præceptore quæſt. 8. de Veritate, artic. 6. ad 2. vbi aſſerit, quod: *Eſſentia Angeli, quamvis non poſſit comparari ad intellectum eius, vt actus ad potentiam in eſſendo, comparatur tamen ad ipſam vt actus ad potentiam in intelligendo*: quæ verba expreſsè tradunt noſtram minorem.

S. Thomas.

Dices.

6 Sed dices: Angelicum Præceptorem, non intendere, quod eſſentia, ſeu ſubſtantia Angeli, provt in ſe conſiderata, comparetur ad intellectum proprium tanquam actus ad potentiam in intelligendo; ſed quod Eſſentia Angeli provt contenta in ſpecie ſui accidentali, comparetur ad proprium intellectum, tanquam actus ad potentiam in intelligendo; in quo ſalvatur diſcrimen actus ad potentiam in intelligendo ab actu ad potentiam in eſſendo; quia ſubſtantia Angeli, nec provt contenta in ſpecie accidentali, poteſt comparari ad proprium intellectum tanquam actus ad potentiam in eſſendo; alias confunderetur eſſe naturale cum eſſe intelligibili. Hanc tamen debere eſſe mentem

Digitized by Google

tem Angelici Magiſtri ex ipſa natura actus deducitur; qui, vt talis eſt, inhærere ſubiecto requirit; cumque ſubſtantia Angeli, provt in ſe inſpecta, nequeat inhærere proprio intellectui (in intelligibile enim eſt ſubſtantiam inhærere accidenti, quale eſt intellectus) nec poterit comparari ad proprium intellectum, tanquam actus ad potentiam in intelligendo; ſed indigebit ſpecie accidentali ſuperaddita capaci inhærendi ſubiecto, & ratione cuius comparetur ad proprium intellectum tanquam actus ad potentiam in intelligendo.

7 Sed contra hanc ſolutionem inſurgitur primo: de ratione actus comparativè ad potentiam in intelligendo non eſt inhærentia: ergo licet ſubſtantia Angeli, ſecundum ſe inſpecta, non inhæreat proprio intellectui, poterit ad ipſum comparari, vt actus ad potentiam in intelligendo. Prob. antecedens: de ratione actus, comparativè ad potentiam in intelligendo, tantum eſt eſſe terminum complentem intellectum in eſſe intelligibili; ſed de ratione termini complentis intellectum in eſſe intelligibili, non eſt inhærentia: ergo de ratione actus, comparativè ad potentiam in intelligendo, non eſt inhærentia. Prob. minorem: de ratione termini complentis intellectum in eſſe intelligibili tantum eſt determinare intellectum per modum obiecti ad obiecti intellectionem; ſed de ratione huius determinationis, non eſt inhærentia: Ergo de ratione termini complentis intellectum in eſſe intelligibili non eſt inhærentia. Contra.

8 Explicatur: quod, formaliter tantum eſt complementum, & terminus per modum obiecti, ex ſuo conceptu formali non inhæret; ſed ſe tenens ex parte obiecti, vt actus ad potentiam in intelligendo, formaliter tantum eſt complementum, & terminus potentiæ per modum obiecti: ergo de ratione actus comparativè ad potentiam in intelligendo non eſt inhærentia: ergo, licet ſubſtantiæ Angelicæ deficiat inhærentia proprio intellectui, comparari valet ad ipſum, vt actus ad potentiam intelligendo. Prob. maiorem: quod formaliter tantum eſt complementum, & terminus naturæ, ex ſuo conceptu formali non recipitur realiter in natura; ergo quod formaliter tantum Explicatur.

eſt

eſt complementum,& terminus per modum obiecti ex ſuo conceptu formali non inhæret. Antecedens habemus in ſubſiſtentia Verbi terminante, & complente naturam humanam abſque vlla reali receptione ſubſiſtentiæ Verbi in natura humana, & conſequentia conſtabit ex antecedentis meditatione; ſi enim ad terminum,& complementum ſubſtantiale naturæ purè de materiali ſe habet, quod tale complementum recipiatur realiter in natura (cum tali reali receptione deficiente detur conceptus formalis termini, & complementi ſubſtantialis) ad terminum, & complementum intelligibile purè de materiali ſe habebit inhærentia. Vnde erit in re couceptus formalis talis termini, & complementi excluſſa omni ipſius reali inhæſione potentiæ intellectivę, cuius ſit complementum intelligibile.

Vel aliter. 9 Vel aliter non minus convenit termino, & cōplemento ſubſtantiali naturæ realiter recipi in natura ac termino,& complemento intelligibili inhærere potentiæ intellectivæ,ſed ita convenit termino,& complemento ſubſtantiali recipi realiter in natura,vt formaliter ſalvetur ſine receptione reali in natura; ergo ſimiliter ita conveniet termino,& complemento intelligibili inhærere potentiæ intellectivæ,vt formaliter ſubſiſtat abſque tali inhæſione. Et hoc ideo non immerito erit; cum vtriuſque eadem ſit ratio,ſcilicèt,quod tàm de conceptu formali termini,& complementi ſubſtantialis,quàm de conceptu formali termini, & complementi intelligibilis ſolum eſt, vel terminare, & complere naturam,vel terminare, & complere potenriam intellectivam. Ex quibus deducimus non officere ſubſtantiæ Angeli defectum inhærentiæ(vt opinabat ſolutio) vt ſit terminus,& complementum intelligibile propij intellectus,ad quem comparetur tanquam actus ad potentiam in intelligendo.

Dices. 10 Sed dices: quod exemplum adductum non eſt pro nobis, ſi explicetur natura ipſius; de qua rectè diximus præciſè ſiſtere in terminare,& complere naturam, ita vt termino,& complemento ſubſtantiali de materiali ſe habeat receptio realis in natura terminata. Super quod adhuc eſt conſiderandum,quod terminus, & complementum ſubſtantiale non eſt propriè forma informans,ſed tantum terminus,& complementum naturæ, in quo valde differt

à termino,& complemento intellig bili;quod præter hoc, quod eſt eſſe terminum,& complementum, dicit de formali eſſe formam actuantem,& informantem potentiam intellectivam,qua de cauſa vocatur tale complementum forma intelligibilis;de cuius conceptu formali erit inhærere, cum ſit imperceptibilis forma intelligibilis. informans, non inhærens,quia,eo ipſo quod informet,eſt forma intelligibilis accidentalis(cum forma intelligibilis ſubſtantialis nequeat informare accidens quale eſt intellectus,ſicut nec inhærere,vt ſuppoſſuimus in numero 6.)quæ provt talis exigit inhærentiam.

11 Sed contra hanc ſolutionem arguitur, & primo intendendo ſuadere non eſſe de conceptu formæ intelligibilis inhærere,in quo excluſſum manebit eſſe de ratione formę intelligibilis informare : non omnis forma intelligibilis inhæret:ergo perceptibilis eſt forma intelligibilis non inhærens. Prob.antecedens:forma intelligibilis. alia eſt inhærens, alia per ſe ſubſiſtens ; ſed forma intelligibilis per ſe ſubſiſtens non inhæret;ergo non omnis forma intelligibilis inhæret.Prob. maiorem ex Angelico Magiſtro 1.p. q.56.art.1. in corpore.Vbi dicta à nobis edocet per ſequētia verba: *Nihil autem differt adhoc quod forma,ſit principium actionis*(loquitur de forma intelligibili,vt eſt principium intellectionis) *quod ipſa forma ſit aliquando inhærens,& quod ſit per ſe ſubſiſtens.* Ego forma intelligibilis, alia eſt, inhærens,alia per ſe ſubſiſtens.

Contra.

Non eſt de cōceptu formæ intelligibilis inhærere.

S. Thomas.

12 Vrgetur hoc:ſicut calor eſt principium formale calefactionis in igne,ita ſpecies intelligibilis eſt principium formale intellectionis in intellectu;ſed calor eodem modo calefaceret,& eſſet principium formale calefactionis ſi eſſet per ſe ſubſiſtens ac modo calefacit inhærens:ergo ſpecies intelligibilis eodem modo erit forma,& principium formale intellectionis ſi ſit res per ſe ſubſiſtens,ac ſi ſit inhærens:ergo non eſt de conceptu formali formæ intelligibilis inhærere. Hæc ſecunda conſequentia ex prima legitime deducitur; 1. ex præmiſsis,quæ expreſſæ ſunt in loco Angelici Præceptoris num. 11. relato per verba (ſaltèm) æquivalentia:præter quam quod maior eſt Animaſticis cōmunis;& minorem prob: Calor non exigit inhærentiam,vt calefaciat,ſed vt ſit,(quod nulli dubium) ergo ſi ſit abſque in-

Vrgetur.

Digitized by Google

inhærentia, calefaceret, ac modo calefacit; tunc ſic, ſed ſi eſſet per ſe ſubſiſtens, abſque inhærentia eſſet: ergo calor eodem modo calefaceret, & eſſet principium formale calefactionis ſi eſſet per ſe ſubſiſtens, ac modo calefacit inhærens; pergamus iam; ergo ſi aliquid in linea intelligibili eſſet per ſe ſubſiſtens, non minus eſſet forma intelligibilis, ac eſſet forma intelligibilis ſi inhæreret. Prob. hanc vltimam conſequentiam; ſicut calor non deſiderat inhærentiam, vt calefaciat, ſed vt ſit, ita forma intelligibilis non expoſcit inhærentiam vt determinet per modum obiecti (in quo totum ſuum munus ſplendet) ſed vt ſit; ergo ſi ſit per ſe ſubſiſtens, determinabit per modum obiecti abſque inhærentia: ergo ſubſtantia Angeli prout in ſe, quæ in linea intelligibili eſt per ſe ſuſiſtens, non minus erit forma intelligibilis reſpectu proprij intellectus, ac eſſet forma intelligibilis, ſi proprio intellectui inhæreret.

Vrgentius. 13 Vrgentius proponitur argumentum; (videlicet non eſſe de conceptu formæ intelligibilis inhærere): cōceptus formæ intelligibilis eſſentialiter ſalvatur in eſſe formæ vt tribuentis perfectionem potentiæ intellectivæ in linea intelligibili; ſed de cōceptu formæ, vt tribuentis perfectionem potentiæ intellectivæ in linea intelligibili, non eſt inhærere: ergo de conceptu formæ intelligibilis, non eſt inhærere. Prob. minorem: de conceptu formæ vt tribuentis perfectionem potentiæ intellectivæ in linea intelligibili, nō eſt accipere perfectionem in eadem linea à potentia intellectiva; ſed ſi eſſet de conceptu formæ vt tribuentis perfectionem potentiæ intellectivæ in linea intelligibili inhærere, eſſet de conceptu formæ, vt tribuentis perfectionem potentiæ intellectiuæ in linea intelligibili, accipere perfectionem in eadem linea a potentia intellectiva: ergo de conceptu formæ, vt tribuentis perfectionem potentiæ intellectivæ in linea intelligibili, non eſt inhærere. Prob. minorem: de conceptu cuiuscumque inhærentis, eſt participare perfectionē à ſubiecto cui inhæret; ergo ſi eſſet de conceptu formæ, vt tribuentis perfectionem potentiæ intellectivæ in linea intelligibili, inhærere, eſſet de conceptu formæ, vt tribuentis perfectionem potentiæ intellectivæ in linea intelligibili, accipere perfectionem in eadem linea à potentia intellectiva. Prob. antecedens; omne inhærens, eſt accidens formaliter; ſed

ſed de conceptu cuiuſcumque accidentis eſt participare perfectionem à ſubiecto cui inhæret: ergo de conceptu cuiuſcumque inhęrentis eſt participare perfectionem à ſubiecto cui inhæret; ergo ſi de conceptu formæ intelligibilis, nõ eſt accipere perfectionem à potentia intellectiva in linea intelligibili, nec erit de conceptu illius inhærere: ergo, licèt non ſit de conceptu ſubſtantiæ Angelicæ inhærere proprio intellectui poterit eſſe reſpectu illius forma intelligibilis.

14 Hucuſquè impugnavimus ſolutionem ſequentes ſenſum ipſius, ſcilicèt, quod idem eſt in forma intelligibili informare, & inhærere; & fundavimus non eſſe de conceptu formæ intelligibilis inhærere, vt ex illo argueretur, nec eſſe de ratione illius informare: ſed, cum Doctores Thomiſtæ communiter aſſerant eſſe de conceptu formæ intelligibilis informare, quin ſit de eius conceptu inhærere; quia informatio in linea intelligibili, non dicit inhærentiam; dices: quod licèt immediatè dicta agerent pro non inhærentia formæ intelligibilis, non tamen pro non informatione, & quod etiam in intelligibile eſt, quomodo ſubſtantia Angeli poſsit verè informare in linea intelligibili proprium intellectum, non enim minus ſupperat captum ſubſtantiã Angeli verè in linea intelligibili informare proprium intellectum, quam quòd ſubſtantia Angeli in linea intelligibili proprio intellectui inhæreat, cum æquè repugnet ſubſtantiæ informare accidens, ac accidenti inhærere.

DD. Thomiſtæ communiter aſſerunt eſſe de conceptu formæ intelligibilis informare.

Ex quo dices.

15 Doctiſsimi Patres Salmanticenſes 1. parte, tract. 7. de Angelis diſp. 6. Dubio 1. §. 2. & 3. Sapientiſsimus Primarius noſter Magiſter à Sancto Thoma 1. p. q. 54. & 55. diſp. 21. art. 2. num. 11. conſiderant in ſubſtantia Angelica, reſpectu proprij intellectus, conceptum informationis identicæ; quam tamen diverſimodè explicant; quia Patres Salmanticenſes conformiter ad principia Complutenſium in libr. de Anima diſp. 18. q. 4. & 5. iudicant tam intime in linea intelligibili vniri intellectum ſpeciem, & obiectum vt pertingat hæc vnio vſque ad identitatem in eſſe intelligibili. vnde iuxta graviſsimos iſtos Magiſtros intellectus in linea intelligibili eſt ſpecies, & obiectum; indeque intellectus Angeli in linea intelligibili eſt propria ſubſtantia, quæ in eadẽ linea informat per identitatem proprium intellectum, hoc eſt ſe ipſam.

Solutio *PP. Salmanticenſium*, necnon *RR. à S. Thoma* cum eis convenientis in dare informationẽ per identitatẽ ſubſtantiæ Angelicæ reſpectu proprij intellectus.

PP. Salmanticenſes.

PP. Complutenſes, explicant informationem per identitatem.

Ma-

Aliter diſcurrit *RR. à S. Thoma.* *Card. Caietanus.* *MM. Nazarius, & Bañez.*

Magiſter à Sancto Thoma accutiſsime diſcurrit per aliam viam,(tritam antea ab Eminentiſsimo Caietano, & à Magiſtris, Nazario, & Bañez) dicens ſubſtantiam Angeli, vt obiectivè intelligibilem, informare per identitatem proprium intellectum radicalem; ideſt ipſammet ſubſtantiam prout eſt radix, & principium proprij intellectus, licèt non poſset informare ipſummet intellectum formalem, & tùm informatione per identitatem Salmanticenſium, quàm Magiſtri à Sancto Thoma euertitur difficultas ſolutionis in informatione ſubſtantiæ Angeli ſiſtens in eo, quòd ſubſtantia non poteſt informare accidens, quale eſt intellectus; quia in informatione per identitatem ſubſtantiæ Angeli non eſt proprius intellectus, vt accidens, quod informatur, ſed tantum, vt eſt in linea intelligibili ipſamet ſubſtantia informans.

Solutio *PP. Salmanticenſium* impugnatur.

Intellectus Angeli non idētificatur cum propria ſubſtantia in linea intelligibili.

1. impugnatur identitas in linea intelligibili intellectus Angeli cū propria ſubſtantia.

Intellectus Angeli in linea intelligibili dicit reſpectum ad propriā ſubſtantiam tāquam ad fecundantem vt *quo*.

16 Sed prius quam ſolutionem examinemus placet occurrere tantorum Doctorum aſſerto, & primo impugnamus informationem per identitatem à Patribus Salmanticenſibus elucidatam, quia ſemper nobis difficilis apparuit, & erit probando intellectum Angeli non identificari cum propria ſubſtantia in linea intelligibili, quo firmato, ruet fundamentum prædictæ exiſtimationis. Primo ſic: Quæ in linea intelligibili diſtinguntur realiter, non identificantur in linea intelligibili; ſed intellectus Angeli in linea intelligibili diſtinguitur realiter à propria ſubſtantia; ergo intellectus Angeli in linea intelligibili non identificatur cum propria ſubſtantia. Prob. minorem: intellectus Angeli in linea intelligibili dicit reſpectum fecundati ad propriam ſubſtantiam, tanquam ad fecundantem vt *quo*; ſed fecundatum realiter diſtinguitur à fecundante vt *quo*; ergo intellectus Angeli realiter diſtinguitur in linea intelligibili a propria ſubſtantia. Minor eſt certa in Phyſicis; ex quibus aſcendimus ad intentionalia: Prob. majorem: intellectus Angeli in linea intelligibili eſt potentia, ſubſtantia Angeli in eadem linea gerit quaſi vices obiecti; ſed potentia in linea intelligibili dicit reſpectum fecundati tanquam ad fecundantem vt *quo* ad vices, ſeu quaſi vices obiecti gerens, ergo intellectus Angeli in linea intelligibili dicit reſpectum ad propriam ſubſtantiam, tanquam ad fecundantem vt *quo*.

Mi-

Digitized by Google

Minor infertur ex illo animaſtico axiomate: *Ab obiecto, & potentia, paritur notitia* (ex quo docemur intellectum in linea intelligibili eſſe potentiam fecundatam ab obiecto mediâ ſpecie tanquam ipſius ſemine, ſeu, vt fecundante vt quæ intellectum ad partum intellectualem), & maior conſtat ex eo, quod intellectus Angeli in linea intelligibili exercet munus potentiæ intellectivæ, & ſubſtantia propria in eadem linea muneris ſpeciei, & gerentis quaſi vices obiecti; cum in nulla alia linea aptius vtrumque exerceatur munus, quam in linea intelligibili.

17 Secundo, ſi intellectus Angeli identificaretur cum propria ſubſtantia in linea intelligibili, vel eſſet, quia in linea intelligibili intellectus Angeli deſineret eſſe, quod erat, & inciperet eſſe, quod non erat, (hoc eſt ſubſtantia propria) vel quia conſervando eſſe proprium potentiæ, ſimul eſſet ſubſtantia propria; ſed, nec primo, nec ſecundo modo poteſt intellectus Angeli identificari cum propria ſubſtantia in linea intelligibili; ergo intellectus Angeli, non identificatur in linea intelligibili cum propria ſubſtantia. Prob. minorem quoad vtramque partem, & quoad primam primo: quod perficitur in linea intelligibili, quia ſubſtantia Angeli eſt eius forma intelligibilis, non deſinit eſſe, quod erat, quia ſubſtantia Angeli ſit eius forma intelligibilis; ſed intellectus Angeli perficitur, quia propria ſubſtantia eſt reſpectu ſui forma intelligibilis: ergo intellectus Angeli non identificatur in linea intelligibili cum propria ſubſtantia; quia in linea intelligibili deſinat eſſe, quod erat, & incipiat eſſe quod non erat, hoc eſt propria ſubſtantia. Prob. ſecundam partem primæ minoris: implicat, quod intellectus conſervando eſſe proprium intellectus in linea intelligibili ſimul ſit propria ſubſtantia: ergo intellectus Angeli non identificatur in linea intelligibili cum propria ſubſtantia, quia conſervando eſſe proprium potentiæ ſimul ſit ſubſtantia propria. Prob. antecedens: implicat quod illud, quod in linea intelligibili non eſt ſubſtantia, ſit ſubſtantia in linea intelligibili (hoc ſuadente natura contradictionis) ſed, ſi intellectus Angeli in linea intelligibili conſervat eſſe proprium intellectus, non eſt ſubſtãtia in linea intelligibili; ergo implicat, quod intellectus conſervando eſſe proprium intellectus in linea intelligibili ſi-

Secũdo impugnatur dicta identitas in linea intelligibili.

ſimul ſit propria ſubſtantia. Prob. minorem: non eſt ſubſtantia in linea intelligibili, quod in linea intelligibili diſtinguitur realiter a ſubſtantia; ſed ſi intellectus Angeli conſervat proprium eſſe in linea intelligibili diſtinguitur realiter in eadem linea à ſubſtantia propria: Ergo ſi intellectus Angeli in linea intelligibili conſervat eſſe proprium intellectus, non eſt ſubſtantia in linea intelligibili. Sola minor egeret probatione, ſi non conſtaret; quia eſſe intellectus Angeli, vbicumque ſecundum ſuum eſſe proprium exiſtat, manet indiviſum in ſe, & diviſum à propria ſubſtantia, a qua realiter ſe cernitur.

Rurſus impugnatur talis identitas ex intelligẽtia duplicis Axiomatis.

18 Quin obſtet reſolutioni noſtræ neceſsitas huius identificationis ad ſalvanda duo illa Axiomata Animaſtica: *Et quod intellectus ſit res intellecta, & quod ex intellectu, & re intellecta ſit magis vnum, quam ex materia, & forma.* Quia eorum primum non ſuadet identitatem veram, ſed metaphoricam præſtitam à ſimilitudine, qualis eſt illa, ratione cuius imago Diui Thomæ eſt Divus Thomas (metaphoricè quidem, non identicè verè, & in re), & ex vi huius identitatis purè metaphoricæ dicitur: *Fieri magis vnum ex intellectu, & re intellecta, quam ex materia, & forma.* Cum ex materia, & forma fiat vnum, non quia materia fiat forma adhuc metaphoricè, ſed quia ex materia, & forma fiat tertiũ diſtinctum à materia, & forma; ex intellectu vero, & re intellecta fiat vnum, non quia ex intellectu, & re intellecta fiat vnum tertium ex eis reſultans, ſed quia intellectus fiat res intellecta, ſemper tamen cum addito *metaphoricè*, & hoc ſecundum vnum magis eſt vnum, quam primum. Plura hic, conſulentes brevitati, omittimus.

Impugnatur informatio per identitatẽ, vt expoſita *à RR. à S. Thoma, &* 1.

19 Informationem per identitatem à Magiſtro à Sancto Thoma expoſitam (per hoc, quod radix aqua fluit intellectus, & quæ eſt, intellectus radicalis, eſt idem obiectum intelligibile, vt determinans ad intellectionem; qua de cauſa, quando intellectus exit à ſua radice exit determinatus ad intelligendum) ſubtiliſsimam putamus, ſed parum conformem conceptui ſubſtantiæ Angeli, vt formæ intelligibilis. Vnde contra ipſam obiicimus primo: hæc informatio per identitatem excogitata fuit, nè defectu informationis ſubſtantiæ Angeli vt formæ intelligibilis proprius ipſius intellectus maneret indeterminatus ex parte obiecti ad cognoſcendum

dum propriam ſubſtantiam; ſed determinatio communicata ab hac informatione per identitatem, non eſt ſufficiens, vt intellectus Angeli maneat determinatus ex parte obiecti ad cognoſcendum propriam ſubſtantiam; ergo informatio per identitatem parum conformis eſt conceptus ſubſtantiæ Angeli, vt formæ intelligibilis. Maior eſt doctrina opinionis relatæ; conſequentia liquet, quia parum conforme eſt conceptui ſubſtantiæ Angeli, vt formæ intelligibilis, quod inſufficiens eſt, vt intellectus Angeli, maneat determinatus ex parte obiecti ad cognoſcendum propriam ſubſtantiam cũ ad nihil aliud, quam ad hanc determinationem conſideretur, vt forma intelligibilis.

Prob. minorem: determinatio communicata ab hac informatione per identitatem, non eſt ſufficiens, vt intellectus Angeli maneat determinatus ex parte obiecti ad quotieſcumque cognoſcendum propriam ſubſtantiam, ſed ſolum eſt ſufficiens determinatio, vt intellectus Angeli maneat determinatus ex parte obiecti ad cognoſcendum propriam ſubſtantiam, quæ ſufficiens ſit, vt Angeli intellectus maneat determinatus ad quotieſcumque cognoſcendum propriam ſubſtantiam: ergo determinatio communicata ab hac informatione per identitatem, non eſt ſufficiens, vt intellectus Angeli maneat determinatus ex parte obiecti ad cognoſcendum propriam ſubſtantiam. Conſequentia eſt legitima, minor certa (cum intellectus Angeli eadem determinatione, debeat determinari ex parte obiecti ad cognoſcendum propriam ſubſtantiam pro vno nunc ſui æui, ac pro alijs) prob. maiorem: non eſt ſufficiens determinatio, vt Angeli intellectus maneat determinatus ex parte obiecti ad quotieſcumque cognoſcendum propriam ſubſtantiam; determinatio, quæ actu non ſit quotieſcumque; ſed determinatio communicata ab hac informatione per identitatem, non eſt determinatio, quæ actu ſit quotieſcumque: ergo determinatio communicata ab hac informatione per identitatem, non eſt ſufficiens, vt intellectus Angeli maneat determinatus ex parte obiecti ad quotieſcumque cognoſcendum propriam ſubſtantiam. Prob. maiorem, & minorem; maiorem ſic: non eſt ſufficiens determinatio, vt intellectus Beati maneat determinatus ex parte

Vt ex parte obiecti intellectus Angeli ſit determinatus quotieſcũque ad intelligendũ propriam ſubſtantiam debet eſſe quotieſcũque determinatio determinans illum.

obiecti ad quotieſcumque videndum clarè Deum, quæ actu non ſit quotieſcumque: ergo non eſt ſufficiens determinatio, vt intellectus Angeli maneat determinatus ex parte obiecti ad quotieſcumque cognoſcendum propriam ſubſtantiam, determinatio, quæ actu non ſit quotieſcumque. Conſequentia eſt clara, & antecedens eſt certum, (aliàs ſi modò actu non daretur determinatio paſsiva, de qua eſt ſermo præſens in intellectu Diui Pauli ad videndum clarè Deum, dum pro alijs nunc antecedentibus actu eſſet, intellectus Diui Pauli maneret modo ita determinatus ad videndum clarè Deum, vt ipſum clarè videret, quod falſum omnino iudicamus) prob. minorem vltimi ſyllogiſmi: determinatio communicata ab hac informatione per identitatem, eſt determinatio, quam actu habuit intellectus Angeli quando, & quia oriebatur à propria ſubſtantia, vt intellectiva, quæ ſimul erat intelligibilis; ſed hæc determinatio non eſt determinatio, quæ actu ſit quotieſcumque, ſed tantum in ipſo ortu intellectus à propria ſubſtantia (vt de ſe patet) ergo poſt talem ortum ſolum manet habitualiter hæc determinatio: ergo determinatio communicata ab hac informatione per identitatem, non eſt determinatio, quæ actu ſit quotieſcumque; ergo determinatio, communicata ab hac informatione per identitatem non eſt ſufficiens, vt intellectus Angeli maneat determinatus ex parte obiecti ad cognoſcendum propriam ſubſtantiam.

Impugnatur 2. 20 Secundò contra hunc opinandi modum obijcimus: quia ex illo incidunt ſui patroni in ſententiam *P. Vazquez.* Vazquez aſſerentis intellectum Angeli eſſe ſimul ſpeciem, & potentiam ad cognitionem propriæ ſubſtantiæ, a qua intendit recedere Magiſter à Sancto Thoma; quod prob. *RR. à Sancto Thoma.* (ſupponendo ex primo notabili potentiam intellectivam, eſſe virtutem in linea intellectualitatis, ſeu intelligibilitatis activæ, & ſpeciem eſſe virtutem in linea obiectiva intentionali, ſeu intelligibilitas paſsivæ): intellectus Angeli æquè oritur à propria ſubſtantia, in linea intellectualitatis, ſeu, vt intellectiva, ac in linea intelligibilitatis paſsivæ, ſeu à ſubſtantia, vt intelligibili; ſed quia oritur à propria ſubſtantia, vt intellectiva, eſt virtus intellectiva ſubſtantiæ; ergo, quia oritur

Digitized by Google

tur ab ipſa, vt intelligibili, eſt virtus intelligibilis ſubſtantiæ; & in linea intelligibilitatis paſsivæ. Maior, & minor ſunt iuxta principia propugnantia informationem per identitatem intellectus radicalis a propria ſubſtantia: & conſequentia haud obſcurè ex præmiſsis deducitur.

Forma intelligibilis non poteſt verè informare intellectum; ſed tantùm metaphoricè.

M. Serna.

21 Tempus eſt iam, vt iudicium noſtrum erga ſolutionem, pro qua lis Domeſtica exorta fuit; proferamus: ſentimus igitur formam intelligibilem non poſſe *verè informare* proprium intellectum, ſed tantum *metaphoricè*, & conſequenter, quod communis modus loquendi Thomiſtarum (excluſis Authoribus informationis per identitatem) aſſerens *formam intelligibilem, vt ſic, informare intellectum in linea intelligibili*; licèt verus, accipiendus eſt vt metaphoricus (vt diligenter advertit Magiſter Serna in manuſcriptis de Angelis quæſt. 56. art. 1.) metaphora deprompta ab Angelico Magiſtro, in 4. ſent. diſt. 49. quæſt. 2. art. 1. in *corpore*, ex vnione materiæ cum forma; in qua, quia forma eſt extremum perfectius, datur fundamentum ad nominandum formam metaphoricam extremum perfectius in quavis alia vnione; ſic enim Eſſentia Diuina vocatur; & eſt forma intelligibilis reſpectu intellectus Beati; quia in vnione ipſius cum intellectu Beati Eſſentia Diuina extremum perfectius eſt: Quod vt clarius percipiatur verba Angelici Magiſtri tranſcrivimus: *Quod quidem non debet intelligi* (loquitur Sanctiſsimus Doctor Noſter de Eſſentia Diuina, vt forma intelligibilis reſpectu intellectus Beati) *quaſi Diuina eſſentia ſit vera forma intellectus noſtri: ſed quia proportio Eſſentiæ Diuinæ ad intellectum noſtrum eſt, ſicut proportio formæ ad materiam*: quam proportionem poſtea appellat proportionem magis perfecti ad minus perfectum, & hanc ſimilem proportioni formæ ad materiam: *Proportio* (proſequitur Angelicus Præceptor) *vnius duorum ad alterum*, (ſcilicèt magis perfecti ad minus perfectum) *eſt ſicut proportio formæ ad materiam*; quo aureo teſtimonio veram informationem (à ſolutione, meritò, vt implicantem ſubſtantiæ Angelicæ reputatam) relegamus a ſubſtantia Angelica, reſpectu proprij intellectus, conſiderata vt forma in linea intelligibili.

Explicatur ſenſus, ſecūdùm quem eſſentia Diuina vocatur, & eſt forma intelligibilis reſpectu intellectus beati.

S. Thomas.

22 Sed dices, quod ſi verum eſt formam intelligibilē ex ſuo cōceptu formali, neq; vere informare, neq; inhærere,

Dices.

 &

& quod ideo ſubſtantia Angeli eſt forma intelligibilis reſpectu proprij intellectus; vnio intelligibilis inter formam intelligibilem, & intellectum exercebitur, licèt forma intelligibilis ſit res extrinſecè aſsiſtens, & præſens intellectui; quo admiſſo, nedùm ſubſtantia Angeli erit forma intelligibilis reſpectu proprij intellectus, verùm etiam, reſpectu alieni alterius Angeli.

Contra.

Quædam æquivocatio detegitur.

23 Sed contra hanc ſolutionem confundentem: *Formam intelligibilem non verè informare, & non inhærere intellectui*, cum hoc, quod eſt *formam intelligibilem eſſe rem præciſiè extrinſecè aſsiſtentem, & præſentem intellectui* (quia allucinatur exiſtimando idem formam intelligibilem ex ſuo conceptu formali, *non informare verè intellectum, neque intellectui inhærere*, ac formam intelligibilem eſſe talem, *quia neque verè informat intellectum, neque intellectui inhæret*; ex quo deducit ſufficere ad vnionem intelligibilem inter formam intelligibilem, & intellectum, quod forma intelligibilis ſit res extrinſecè aſsiſtens, & præſens intellectui; & ex hoc poſſe dari vnionem intelligibilem inter ſubſtantiam vnius Angeli, & intellectum alterius; ſic arguitur: aliud eſt formam intelligibilem, ex ſuo conceptu formali, non informare verè intellectū, neque intellectui inhærere; aliud eſt formam intelligibilem eſſe talē, quia neque verè informat intellectum, neque intellectui inhæret; ergo nō infringit doctrinam noſtram præſens ſolutio: Prob. antecedens: quia formā intelligibilem neque verè informare, neq; inhærere indicamus verū; eſſe tamen talem, quia neque verè informat, neque inhæret eſt falſum tum quia, purè ex prędicato negativo, quale eſt, neque verè informare, neque inhærere, male probatur quidditas poſitiva, qualis eſt forma intelligibilis (alias purè ex non eſſe Deū ſuaderetur eſſe creaturam, ſicque *nihil* foret creatura): tum, quia nequit eſſe ratio formæ intelligibilis, cuius oppoſitū alicui formæ intelligibili convenit, ſed oppoſitū huius, quod eſt, neq; verè informare, neque inhærere, alicui formæ intelligibili cōvenit (cū ſpecies intelligibilis accidentalis ſit forma intelligibilis, quæ verè intellectū informat, & intellectui inhęret) ergo falſū eſt formā intelligibilē eſſe talē, quia neq; verè informat intellectū, neq; intellectui inhęret; ergo aliud eſt formā intelligibilē ex ſuo cōceptu formali, nō informare verè intellectū, neq;

Purè ex prędicato negativo malè probatur quidditas poſitiva.

in-

Digitized by Google

intellectui inhærere; aliud eſt formam intelligibilem, eſſe talem, quia neque vere informat intellectum, neque intellectui inhæret.

§. III.

Soluuntur argumenta.

24 ARguitur 1. ex Angelico Præceptore lib. 3. cõtra gentes cap. 51. vbi ponit Sanctus Doctor differentiam Eſſentiæ Diuinæ ab eſſentia ſubſtantiæ ſeparatæ (vt eſt eſſentia Angeli) in eo, quod eſſentia Diuina poteſt eſſe ſpecies intelligibilis intellectus, non vero eſſentia ſubſtantiæ ſeparatæ: *Manifeſtum eſt igitur, quod eſſentia Diuina poteſt comparari ad intellectum creatum, vt ſpecies intelligibilis, qua intelligit: quod non contingit de eſſentia alicuius alterius ſubſtantiæ ſeparatæ.* Cuius diſcriminis rationem paulo ante in eadem quæſtione Angelicus Præceptor præmiſerat, ſcilicet, quod eſſe ſpeciem, ſeu formam intellectus creati in genere intelligibiliũ ſolum convenit veritati (quæ tantum eſt Deus) non vero, quale eſt quævis eſſentia ſubſtantiæ creatæ: *Illud intelligibile erit, vt forma tantùm* (ait Sanctus noſter) *in genere intelligibilium, quod eſt veritas ipſa, quod convenit ſoli Deo: eſt enim vnũquodque eorum* (loquitur de eſſentia cuiuſcumque ſubſtantiæ creatæ) *verum, non veritas*: Ex quo teſtimonio ſic efformatur argumentum: quod eſt proprium ſolius Dei nequit eſſẽtiæ ſubſtantiæ ſeparatæ competere; ſed eſſe formam intelligibilem, ſeu ſpeciem reſpectu intellectus creati eſt propriũ ſolius Dei (vt ex verbis allatis conſtat) ergo eſſentiæ ſubſtantiæ ſeparatæ malè attribuitur conceptus formæ intelligibilis reſpectu intellectus creati; ergo eſſentia Angeli non erit forma intelligibilis reſpectu intellectus creati. Arguitur 1. ex *S. Thoma.*

25 Vrgetur: quod convenit Eſſentiæ Diuinæ, quia eſt *veritas ipſa*, non poteſt competere *purè vero*; ſed eſſentia ſubſtantiæ ſeparatæ *purè eſt verum*: ergo eſſentiæ ſubſtantiæ ſeparatæ non poteſt applicari ratio formæ intelligibilis intellectus creati conſideratæ in Eſſentia Diuina, *quia veritas ipſa eſt*. Conſequentia eſt legitima, maior, & minor expreſſæ in adducto teſtimonio; præter quamquod probatur minor Vrgetur.

BIBLIOTECA ... ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

S. Thomas.

ab ipſomet Angelico Præceptore in eodem loco: *Nam cum verum ſequatur ad eſſe, illud tantùm ſua veritas eſt, quod eſt ſuum eſſe, quod eſt proprium ſoli Deo* (& poſtea) *eſt enim vnumquodque eorum verum, non veritas ſicut, & eſt ens, non autem ipſum eſſe*: in quibus ſtndet Magiſter noſter eſſe purè verum, quod tantum eſt ens, non autem eſt ipſum ſuum eſſe, hocque ſolùm Deo competere; cumque ſolùm veritas ipſa ſit forma intelligibilis habetur nullam eſſentiam ſubſtantiæ ſeparatæ poſſe eſſe formam intelligibilem. Quod vno dicto exprimitur: eſſe formam intelligibilem intellectus creati, eſt eſſe actum purum (qui tantùm eſt veritas ipſa, ſeu Deus); nulla eſſentia ſubſtantiæ ſeparatæ eſt actus purus: ergo nulla eſſentia ſubſtantiæ ſeparatæ eſt forma intelligibilis.

Reſpondetur ad argumentum.

25 Reſpondetur quod eſſe formam intelligibilem, quia tantùm eſt actus in eſſe intelligibili, ita eſt proprium Dei, vt repugnet eſſentiæ cuiuſcumque ſubſtantiæ ſeparatæ eſſe verò formam intelligibilem, non quia eſt actus tantùm in eſſe intelligibili, ſed quia (licèt ſit actus per mixtus potentiæ) eſt tanquam actus in eſſe intelligibili poteſt competere eſſentiæ ſubſtantiæ ſeparatæ; immo hoc eſt ita proprium ipſius, vt non poſſit de Eſſentia Diuina intelligi. Eſſentia enim Diuina nedùm eſt actus in linea intelligibili, ſed ita eſt actus, vt tantùm ſit actus cum ſit actus purus, in omni linea impermixtus potentiæ, quæ ſolùm de rebus creatis propter ſuam finitudinem verificari valet; & ſi attentè conſideres verba Angelici Magiſtri, hoc, & non aliud intelliges; dicit; etenim: *Illud intelligibile erit, vt forma tantùm in genere intelligibilis, quod eſt veritas ipſa*: vbi obſervari debet ly, *vt forma tantùm*; nos dicimus eſſentiam ſubſtantiæ ſeparatæ (vt eſt eſſentia Angeli) ſe habere in eſſe intelligibili vt formã, & vt actum; non tamen abſolutè, ſed, vt formã, & actũ per mixtũ potentiæ, hoc eſt, ſe habet eſſentia Angeli, vt forma intelligibilis reſpectu proprij intellectus, non tamen reſpectu intellectus alieni alterius Angeli. Ad primum ſufficit quod *ſe habeat vt actus* in eſſe intelligibili, licèt ſit actus per mixtus potentiæ: ad ſecundum deſideratur, quod ſit *actus tantùm* in eſſe intelligibili; quod cum eſſe creaturæ ſalvari nequit. Ita expreſſe docet Angelicus Magiſter 1. part. quæſt. 87. art. 1. in ſolutione ad ſecundum: *Ad ſecundum dicendum*

Eſſentia Diuina ita eſt actus in linea intelligibili, vt tãtum ſit actus.

Actus per mixtus potentiæ ſolũ de rebus creatis verificari valet.

S. Thomas.

Digitized by Google

dum quod eſſentia Angeli eſt ſicut actus in genere intelligibilium, & ideo ſe habet, & vt intellectus, & vt intellectum: vnde Angelus ſuam eſſentiam per ſe ipſum apprehendit: & in reſolutione articuli propoſuit differentiam inter eſſentiam Diuinam, eſſentiam Angeli, & eſſentiam animæ noſtræ pro ſtatu coniunctionis ad corpus, & dixerat eſſentiam Diuinam ab illis diſtingui in genere intelligibilium, per hoc quod eſſentia Diuina eſt omnino actus purus, eſſentia Angeli (licet ſe habet vt actus) tamen vt potentiæ permixtus; eſſentia tandem animæ noſtræ pro ſtatu coniunctionis ad corpus, ſe habet vt pura potentia: ex quorum diſcrimine deducit eſſentiam Diuinam eſſe formam intelligibilem reſpectu cuiuſcumque intellectus, eſſentiam Angeli reſpectu proprij tantùm, eſſentiam ſubſtantiæ animæ noſtræ pro ſtatu coniunctionis ad corpus, non ſe habere vt formã intelligibilẽ (licèt ſit forma intelligibilis in virtute ad ſtatum ſeparationis) quod clariùs expreſsit 2. contra Gentes capit. 98. aſſerens: *Relinquitur igitur quod ſolus Deus per ſuam eſſentiam omnia cognoſcat; quælibet autem ſubſtantiarum ſeparatarum per ſuam naturam cognoſcit perfecta cognitione ſuam ſpeciem tantum*; hocque immediatè explicavit, quia eſſe formam intelligibilem, dicit ſimilitudinem rei intellectæ: vnde ſubſtantia ſeparata, nequit eſſe forma intelligibilis eorum, quorum non ſit ſimilitudo; eſſe tamen ſimilitudinem totius entis, & omnium differentiarum eius arguit infinitatem in eſſentia, quæ talem ſimilitudinem dicat, quam infinitatem non expoſcit ſimilitudo terminata ad aliquam ſpeciem entis, qualis eſt eſſentia Angeli, vt eſt ſui ſpecies, ſeu ſimilitudo reſpectu proprij intellectus: *Sicut autem natura ſubſtantiæ ſeparatæ*. (Verba ſunt Angelici Magiſtri) *non eſt infinita, ſed terminata, ita ſimilitudo intelligibilis in ea exiſtens non poteſt eſſe infinita, ſed terminata ad aliquam ſpeciem, vel genus entis.*

Qualiter eſſentia Diuina diſtingua tur in genere intelligibilium ab eſſentia Angeli, & eſſẽtia animæ noſtræ.

S. Thomas.

Ex quibus iam eſt facilis ſolutio argumenti concedendo maiorem, & diſtinguẽdo minorem (videlicèt eſſe proprium Dei, eſſe formã intelligibilem reſpectu intellectus creati) eſſe formam intelligibilẽ reſpectu intellectus creati

eſt proprium Dei, ſi ſit forma intelligibilis: *Quia tantum eſt forma, & actus in eſſe intelligibilium*, conced. minorem: *quia ſe habet, vt forma, & actus in eſſe intelligibili, licèt per mixtus potentiæ*, neg. minorem, & neg. vtramque conſequentiam.

Vrgentia ſolvitur.

Et eodem modo ſolvitur augmentum argumenti (in vltimo ſyllogiſmo numeri 25 poſitum, concedendo maiorē, & minorem, & diſtinguendo conſequens: ergo nulla eſſentia ſubſtantiæ ſeparatæ eſt forma intelligibilis, *quia tantum ſit forma, & actus in eſſe intelligibili* conced: *quia ſe habet, vt forma, & actus in eſſe intelligibili, licet in eadem linea ſit actus potentiæ per mixtus* neg. conſequentiam. Nō eſſe enim eſſentiam ſubſtantiæ ſeparatæ *veritatem ipſam*, ſed *verum* ſolùm probat non eſſe formam, & actum tantum in linea intelligibili, proindeque neque formam intelligibilem reſpectu cuiuscumque intellectus creati, ſiuè proprij, ſiuè alieni; non tamen ſuadet non ſe habere, vt actum, & formam intelligibilem reſpectu proprij intellectus, cui naturaliter vnitur; quia eſſentiæ ſubſtantiæ ſeparatæ finitudo officiet, vt ſit forma intelligibilis reſpectu cuiuscumque intellectus, ſiuè proprij, ſiuè alieni; non vero reſpectu proprij; ſicut finitudo eſſentiæ compoſitæ ex materia, & forma officit, vt talis eſſentia, ſit principium eſſendi cuilibet ſuppoſito, ſiuè proprio, ſiuè alieno; non verò ſuppoſito proprio, cui naturaliter vnitur.

Arguitur 2.

27 Arguitur 2. à ratione: vt eſſentia Angeli, ſit forma intelligibilis, reſpectu proprij intellectus requiritur, vt ſubdatur ipſi intellectui, ſed repugnat ſubſtantiæ ſubordinari accidenti (quale eſt intellectus) ergo eſſentia Angeli, non eſt forma intelligibilis, reſpectu proprij intellectus. Probatur maior: forma intelligibilis eſt principium formale *quo* cognitionis; ſed principium formale *quo* cognitionis ſubditur potentiæ intellectivæ; ergo, vt eſſentia Angeli ſit forma intelligibilis reſpectu proprij intellectus, requiritur, vt ipſi intellectui ſubdatur. Minor probatur; nam ideo ſpecies intelligibilis accidentalis ſubditur intellectui, quia eſt principium formale *quo* cognitionis, ergo de ratione principij formalis *quo* cognitionis eſt ſubdi intellectui talem cognitionem elicienti.

Inſtatur argumentum.

28 Huic argumento à Magiſtro Bañez propoſito, reſpondetur; & 1. inſtando vim ipſius in eſſentia Diuina,

quæ

Digitized by Google

quæ vnitur intellectui Beati, vt forma intelligibilis, & vt principium formale intellectionis abſque vlla ſubordinatione ad intellectum Beati; ſi igitur hoc ſalvatur in eſſentia Diuina abſque ſubordinatione, infirmum eſt argumentum inſiſtens in tali ſubordinatione, vt detur conceptus formæ intelligibilis in eſſentia Angeli. Iam diluitur argumentum, negando maiorem, & ad eius probationem, negando minorem; ad cuius probationem negatur antecedens, ſcilicèt, quod ideo ſpecies intelligibilis accidentalis ſubditur intellectui, quia eſt forma, ſeu principium formale intellectionis; licèt enim ſit certum formam intelligibilem accidentalem ſubdi intellectui, hoc provenit, non ex conceptu formæ intelligibilis, ſed ex receptione ipſius in intellectu, à quo per talem receptionem, vtpotè accidens inhærens perficitur; ſi tamen talis ſpecies non inhæreret, non ſubderetur ipſi: ſubordinatur ergo ſpecies intelligibilis accidentalis intellectui, quo ad vſum, non quia ſit forma intelligibilis, ſed quia talis forma, ſcilicèt inhærens; eſſentia verò Angeli non eſt forma intelligibilis inhærens, ſed per ſe ſubſiſtens; quapropter neque perficitur ab intellectu, nec ipſi quoad vſum ſubditur, ſed potius, neceſſitat intellectum ad actualem ſui cognitionem. Quod paucis comprehendimus (colligendo dicta in numeris 11. 12. & 13.) eſſentia Angeli, quin inhæreat, nec perficiatur ab intellectu, eſt forma intelligibilis, quia *inhærere, & perfici*, accidit formę intelligibili: ergo cum ſubordinatio formæ ad ſubiectum ſit, vel quia ipſi inhæret, vel quia ab ipſo perficitur (vt omnibus eſt notum) etiam accidit formæ intelligibili ſubordinatio ad intellectum, abſque qua poterit eſſentia Angeli eſſe forma intelligibilis reſpectu proprij intellectus.

Poſtea ſolvitur.

Species intelligibilis accidentalis ſubditur intellectui creato non quia forma intelligibilis, ſed quia inhærens.

Inhærere, & perfici accidit formæ accidentali.

29 Arguitur; & erit intendendo quod, licèt eſſentia Angeli poſſit eſſe forma abſque ſubordinatione ad intellectum, non tamen vt Thomiſtæ volunt, quod ſit forma intelligibilis (ſcilicèt forma determinans potentiam, & ſimul principium efficiens intellectionis): eſſentia Angeli nequit eſſe principium efficiens intellectionis abſque ſubordinatione ad intellectum; ergo neque forma intelligibilis. Probatur antecedens: quod concurrit efficienter ad intellectionem ita dependenter ab intellectu, vt non cocurreret, ſi intellectus non eliciat intellectionem, ſubditur intellectui

Arguitur 3.

in

in efficientia intellectionis;ſed forma intelligibilis ita concurrit efficienter ad intellectionem; ergo forma intelligibilis eſt principium efficiens intellectionis cum ſubordinatione ad intellectum;ergo eſſentia Angeli nequit eſſe principium efficiens abſque ſubordinatione ad intellectum. Probatur minor: intellectio ita convenit intellectui, quod per ſe primò ipſi convenit;ergo quodcumque principium efficiens,ſimul cum intellectu concurrat ad intellectionem, concurrit cum ſubordinatione ad intellectum. Probatur antecedens:intellectio eſt actio vitalis; ſed actio vitalis per ſe primò intellectui convenit; ergo intellectio per ſe primò convenit intellectui. Probatur minor:actio vitalis per ſe primò tribuitur potentiæ vitali;ſed intellectus eſt potentia vitalis: ergo intellectio per ſe primò tribuitur intellectui.

Confirmatur.

30 Confirmatur: quod ſolum concurrit vt *quo* effective ad aliquam actionem vitalem,concurrit cum dependentia,& ſubordinatione ad principium efficiens vt *quod* (ſi tale principium *quo* non ſit vitalis)ſed forma intelligibilis concurrit efficienter ad actionem vitalem, (ſcilicèt ad intellectionem)& ipſa,in eſſe formæ intelligibilis,non eſt vitalis;ergo concurrit efficienter cum ſubordinatione ad intellectum,qui eſt efficiens vt *quod*. Maior eſt certa,quia qui cõcurrit ad aliquam actionem, ſi non contineat eſſe talis actionis debet concurrere cum ſubordinatione ad principiũ talem actionem continens;cumque actio vitalis non contineatur in principio *quo*,nõ vitali tale principium *quo* concurret efficienter,cum ſubordinatione ad principium cõtinens actionem vitalem;& minor probatur:forma intelligibilis non vivit;ergo forma intelligibilis non eſt vitalis. Probatur antecedens:ſi forma intelligibilis viveret,reciperet in ſe actionem vitalem;ſed actio vitalis nõ recipitur in forma intelligibili(vt nulli dubium)ergo forma intelligibilis nõ vivit. Probatur maior:vivens vivit per actionem, non extra, ſed intra ſe manentem:ſed nequit actio manere in vivente, quin recipiatur in vivente;ergo,ſi forma intelligibilis viveret,reciperet actionem vitalem.

Reſpondetur ad argumentum.

M. Bañez Iudicauit non eſſe efficientiã de ratione ſpeciei intelligibilis.

31 Reſpondetur huic argumento, vt dificilimo iudicato à Magiſtro Bañez 1. part. quæſt. 56. art. 1. dubio 1. quæſt. 12. art. 2. qui,vt illud ſolvat iudicavit non eſſe de ratione ſpeciei intelligibilis efficientiam; vnde, & aſſerit eſſen-

eſſentiam Angeli ſolum concurrere determinativè in eſſe cauſæ formalis non verò in eſſe cauſæ effectivæ, & conſequenter ſentit, quod eſſentia Diuina, quando vnitur intellectui Beati in ratione ſpeciei, vt ſic non concurrit efficienter, licèt quatenus Deus eſt Author gratiæ, & gloriæ cauſet efficienter talem viſionem; ratioque negandi iſtum concurſum efficientem (tùm eſſentiæ Diuinæ reſpectu intellectus Beati, tùm eſſentiæ Angeli reſpectu proprij intellectus) in eſſe ſpeciei eſt ne detur ſubordinatio eſſentiæ Diuinæ ad intellectum Beati, & eſſentiæ Angeli ad proprium intellectum: concluditque tàm eſſentiam Diuinam reſpectu intellectus Beati, quam eſſentiam Angeli, reſpectu proprij intellectus ſolùm eſſe principium formale in eſſe ſpeciei intellectionis, & non poſſe eſſe principium effectivum in eſſe ſpeciei, licèt eſſentia Diuina, vt Deus eſt author gratiæ, & gloriæ, efficienter concurrat ad intellectionem Beati; & eſſentia Angeli, etiam concurrat efficienter ad propriam intellectionem, in quantum eſſentia Angeli tribuit intellectui (vt radix potentiæ) virtutem operandi.

Sed miramur virum doctiſsimum tàm levi implicari telo, quod facilè cuiuis conſtabit; ſi antè quam ſolutionẽ expendamus, argumentum inſtemus; primò, quia hæc ſubordinatio, non eſt neceſsaria in ſpecie, non inhærente, ſed per ſe ſubſiſtente, quia inquirimus cur eſsentia Diuina, reſpectu intellectus beati, eſt principium formale abſque ſubordinatione; & eſsentia Angeli, reſpectu proprij intellectus? certè hoc ita euenit, quia eſt principium formale nō inhærens, ſed per ſe ſubſiſtens: ergo ſi ſit principiū efficiens in eſſe ſpeciei intelligibilis, & non ſit principiū inhærens, non ſubordinabitur intellectui. 2. Axioma firmū eſt, (apud Philoſophos) modū operandi, ſequi admodū eſsendi; ergo modus operandi effectivè ad modū eſsendi etiam ſequitur: ergo, quod vt ſit, nō ſubordinatur alteri, nec ipſi ſubordinabitur quoad efficere; tunc ſic, ſed nec eſsẽtia Diuina, reſpectu intellectus Beati, nec eſsẽtia Angeli, reſpectu proprij intellectus ſubordinãtur intellectui, vt ſint (vt 1. ex fide, & 2. ex lumine naturali cōſtat) ergo, nec ſubordinabuntur, vt effectivè concurrant ad intellectionẽ. 3. quia omnino falſum eſt principium effectivum *quo* ſubdi principio *quod*, ſi talis ſit conditionis? quod

Inſtatur argumentum 1.

Secundò.

Tertiò.

Digitized by Google

quod non operetur, niſi in quantum principium *quod* operatur: tum, quia hoc ſuadet etiam ſubordinari principium *quod* ipſi principio *quo*; cum ſicut non concurreret principium *quo*, ſi non concurreret principium *quod*; ita nec concurreret principium *quod*, ſi non concurreret principium *quo*; cur ergo ex primo arguitur ſubordinatio in principio *quo*, & non ex 2. in principio *quod*: tũ, quia ex hoc principio ſuaderetur primam cauſam, vt concurrentem concurſu generali cum cauſa 2. ad aliquem effectum ſubordinari cauſæ 2. cum multi velint (quod nunc examinare non vacat) quod cauſa prima, vt concurrens concurſu generali cum cauſa 2. ad aliquem effectum, non poteſt concurrere ad talem effectum ſine concurſu cauſæ ſecundæ; in quo ſcire deſideramus, an ab eis fateatur dependentia, aut ſubordinatio in cauſa prima ad cauſam ſecundam? Minime quidem; & ratio eſt, quia ita concurrit cauſa 2. cum cauſa prima, quod cauſa ſecunda non tribuit primæ virtutem ad operandum; ſed econtra cauſa 1. talem confert virtutem; 3. & cum idẽ ſit in concurſu principij *quo* effectiui, videlicet, quod principium *quod*, non tribuit virtutem principio *quo*, ſed potius principium *quo*, determinat, & conſtituit principium *quod*; cum non eſſet principium *quod*, ſi principium *quo*, tanquam vis, & ratio agendi ipſum non determinaret ad efficiendũ; quod præcipuè obſervari debet quando principium *quo* agẽdi (ſiuè effectivum, vt *quo*) eſt per ſe ſubſiſtens, vt Eſſentia Diuina, etiam conſiderata, vt ſpecies intelligibilis; & eſſentia Angeli, eodem modo conſiderata, quia principium *quo*, ſiuè formale, ſiuè effectivum, non ſubditur principio *quod*, vt ſit principium *quo*, ſed tantum vt exiſtat (ſi ſit accidens) vnde ſi per ſe ſubſiſteret, non ſubderetur principio *quod*.

Reſpondetur ad argumentum.

Ex his clare colligitur non eſſe neceſſariam ſubordinationem in principio *quo* efficientis; vnde iam erit minus vrgens fundamentum argumenti, ac fuit reputatum à Doctiſsimo Magiſtro Bañez; ſicque reſpondebis negando antecedens; & ad eius probationem, diſtinguendo maiorẽ: ſi per ly *dependenter*, intelligas veram dependentiam, cõced. maiorem; ſi ſolum intelligas, *non poſſe vnum efficere ſine alio*, neg. maiorem, & conceſſa minori, neg. conſequentiam: Aliud eſt enim vnum non concurrere ſine alio, ac vnum concurrere dependenter ab alio; primum ſalvatur in eſſentia

Aliud eſt vnum non concurrere ſine alio; ac vnum concurrere dependenter ab alio.

tia

tia Diuina reſpectu intellectus Beati, conſiderata eſſentia in eſſe ſpeciei; & (ſecundum multos) in cauſa prima concurrẽte per concurſum generalem cum cauſa ſecunda ad aliquẽ effectum; immò in eſſentia Angeli reſpectu proprij intellectus conſiderata, vt principium formale; quæ nequit ita concurrere, quin intellectus Angeli concurrat ſuo, quaſi materiali concurſu (neque enim materia exercet ſuam cauſalitatem ſine exercitio ſimultaneo cauſalitatis formæ, neque forma exercet ſuam cauſalitatem ſine exercitio cauſalitatis materiæ) diximus, *quaſi materiali*, quia ſicut forma intelligibilis non eſt vera forma, ſed quaſi forma, ſeu forma metaphorica, ita intellectus reſpectu formæ intelligibilis, ſe habet quaſi materia, ſeu, vt materia metaphorica. Secundum tamen (ſcilicèt) vnum dependere ab alio repugnat, & Eſſentiæ Diuinæ reſpectu intellectus Beati; & cauſæ primæ (per concurſum generalem concurrenti) reſpectu cauſæ ſecundæ.

Reſpondetur confirmatio.

32 Ad confirmationem, neg. maiorem, quam, vt certam, argumentum ſupponit; & ad eius explicationem, dicimus, quod tota actio vitalis continetur in principio effectivo non vitali inadæquatè, ſeu incompletè; hoc eſt; taliter continet principium non vitale actionem vitalem, vt non poſsit ipſam ponere, quin ſit aliud principium effectivum vitale. Vnde diligenter eſt obſervandum; aliud eſſe totam actionem contineri in vno principio; aliud eſſe contineri completè in tali principio: ſecundum eſt ita contineri in tali principio, vt tale principium ſit principium, ſeu cauſa adæquata talis actionis: primum eſt contineri in tali principio ita tamen, quod tale principium non ſit principium, ſeu cauſa adæquata illius actionis: vel aliter aliud eſſe totam actionem cauſari ab vno principio, & in tali principio contineri; aliud eſſe, quod tota formalitas actionis, ſit ratio vt contineatur, & cauſetur à tali principio; vt equus, qui eſt vivẽs, animal, & equus, generat equum, generat animal, & generat vivens; ſed ita quod, vt animal, (ſeu ratione gradus generici) non generat equum, ſed animal; nec ratione formæ ſpecificæ (ſeu, vt equus) generat animal, ſed equum; nec ratione formæ viventis, vt ſic, generat animal, aut equum, ſed viuens; &, vno verbo, tota formalitas effectus, licèt cauſetur à ſuo principio, ſi non ſit ratio cauſandi, non eſt neceſſariũ, quod

Tota actio vitalis nõ cõtinetur adæquatè, & cõpletè in principio non vitali.

Aliud eſt quod tota actio cauſetur ab vno principio, & in illo cõtineatur; aliud quod tota formalitas actionis ſit ratio, vt contineatur, & cauſetur à tali principio.

Digitized by Google

quod reperiatur in tali principio: vt habes clariùs in homine producto à Deo, à Sole, & ab homine (licèt diſsimili ratione; quia Deus non eſt cauſa partialis, nec etiam Sol in ſuo ordine) quilibet enim homo producitur à Deo, à Sole, & ab homine; & cum homo ſit homo, ſit corpus, & ſit ens, totus homo cum eſſe hominis, corporis, & entis, cauſatur à Deo, totus cauſatur à Sole, totus tandèm cauſatur ab homine; aliter tamen, & aliter; à Deo quidèm cauſatur ſub ratione entis, à Sole ſub ratione corporis, & ab homine ſub ratione hominis; quin Deus ſolam rationem entis producat; nec Sol ſolam rationem corporis, nec homo ſolam rationem hominis.

Explicatur qualiter totus homo producitur à Deo, à Sole, & ab homine.

Cuius ratio eſt clariſsima; quia Deus concurrit ad productionem hominis (idem applica Soli, & homini) productione vera, & non chymerica; & eſſet productio chymerica, ſi ſolùm produceret in homine rationem entis præſcindendo ab alijs rationibus: nam, qui verè producit hominem, producit hominem, vt eſt in re, & homo non eſt in re pura ratio entis præciſſa à ratione hominis, & à ratione corporis; & cùm non poſsit verificari aliquod principium producere totam formalitatem actionis, quin totam formalitatem actionis contineat, eſt tenendum totam formalitatem intellectionis contineri in ſpecie; proindeque, quod etiam vitalitas, licèt ſpecies non ſit vitalis: advertendo ſemper, quod ſicut ſpecies non eſt cauſa adæquata intellectionis, ſed ſolùm partialis (licèt aliqui iudicent ſpeciem, & intellectum, eſſe duas cauſas totales, & adæquatas in diverſo ordine, quod difficiliſmum iudicamus), & ita non producit niſi ſimul cum intellectu; ita, nec continet intellectionem, niſi ſimul cùm intellectu: & adhunc ſenſum diximus contineri intellectionem in ſpecie incomplete, & inadæquatè; quia in ſuo ordine non continet taliter intellectionem, quod ſine concurſu intellectus poſsit exire in productionem intellectionis. Et ex hoc collige Deum, & Solem in productione hominis non eſſe cauſas partiales hominis producti per generationem; quia Deus ita continet totam formalitatem hominis, vt, in ſuo ordine cauſæ primæ, non egeat concurſu alterius cauſæ primæ, vt exeat in

Digitized by Google

in productionem hominis; nec Sol concurſu alterius Solis, vt in ſuo ordine cauſæ vniverſalis exeat in hominis productionem; ſicut ſpecies intelligibilis eget concurſu intellectus, qui eſt cauſa eiuſdem ordinis, ac ſpecies (cum tam intellectus, quàm ſpecies concurrant immediatè effectivè in linea intelligibili ad productionem intellectionis, tanquàm cauſæ ſecundæ, & particulares). Hæc dicta iuxta opinionem negãtium vitalitatem ſpeciei intelligibili; ſed quia alij oppoſitum iudicant.

33 Reſpondetur ſecundo ad confirmationem, cõcedendo maiorem (loquendo de principio particulari non de vniverſali, quale eſt Sol), & diſtinguendo minorẽ quoad ſecundam partem: & ipſa forma intelligibilis non eſt vitalis, vt *quod* conced; vt *quo* neg. minorem, & neg. conſequentiam. Forma igitur intelligibilis eſt vitalis vt *quo*, & vivit vt *quo*; quin ſibi adhoc officiat non recipere in ſe actionem vitalem; recipi enim actionem vitalem in principio vitali non debet intelligi ita ſtrictè, vt in omni principio vitali recipiatur, ſed tantùm in principio *quod*, quod eſt, quod intelligit; non in principio *quo*; quod tantùm eſt ratio intelligendi. Et iuxta hanc ſententiam concedentem vitalitatem ſpeciei intelligibili: vitalitas ſpeciei ſolùm conſiſtit in hoc, quod ab intrinſeco ſit determinatio potentiæ vitalis in quantùm talis, & quod non poſsit concurrere alio modo ad intellectionem, niſi vt determinatio potentiæ vitalis; cum determinatio potentiæ vitalis, in quantùm talis formaliter, ab intrinſeco habeat concurrere ad operationes potentiæ vitalis, quatenus operationes tales ſunt, hincque ad vitalitatem talium operationum. Ita exiſtimant Patres Salmanticenſes tract.7. diſp. 6. num. 25.

Et ſi eis obijcias ſpecies ſenſibiles non poſſe habere aliquod genus vitalitatis, cum non procedant à principio vitæ; immò poſsint oriri tanquàm à cauſa principali à principio omnino mortuo; ergo non eſt vitalitas de conceptu ſpeciei intelligibilis: dicunt, quòd, vt habeant ſpecies vitalitatem, vt ſupra explicatam, ſufficit, quòd ſint determinationes potentiarum vitalium formaliter acceptarum; quod quidem eis convenire ſatis liquet.

Reſpõdetur 2. ad confirmationem.

Et iuxta hãc ſolutionem forma intelligibilis eſt vitalis vt *quo*, & vivit vt *quo*.

Et actio vitalis non recipitur in principio vitali *quo*, ſed in principio vitali *quod*.

Et vitalitas ſpeciei intelligibilis conſiſtit in hoc, quod ſit ab intrinſeco determinatio potentiæ vitalis, vt talis.

PP. Salmanticenſes.

Si eis obijcias.

Dicunt.

Ve-

Digitized by Google

Probabilius iudicamus cum *M. Bolivar*, quod ſpecies intelligibilis, neque vt *quo* eſt vitalis.

PP. Salmanticenſes.

Verùm probabilius iudicamus cum præſtantiſsimo Magiſtro Bolivar, in quæſtione de lumine gloriæ §. 5. in ſolut. ad *ſecundum*, ſpecies intelligibiles, neque vt *quo* eſſe vitales, cum nec vivant in actu primo etiam vt *quo*. Si enim hoc ita eſſet, obiectum, quod ſpecies conſtituit proxime intelligibile, conſtitueretur vivens in actu primo per ſpeciē; ex quo ſequeretur obiectum viuere in actu ſecundo per intellectionē; quin ſuadeatur vitalitas in ſpecie, quia concurrit partialiter ad intellectionem vitalem; tùm ob dicta in prima ſolutione huius confirmationis; tùm, quia ſi ſpecies ſenſibilis (vitalis iuxta Salmanticenſes) produci poteſt, tanquam a cauſa principali, ab obiecto, ſeu principio omnino mortuo; cur intellectio vitalis non poterit produci à principio non vitali, ſi adſit aliud principium, à quo deſumatur vitalitas? Dicere, quod ſpecies eſt vitalis, quia eſt determinatio potentiæ vitalis, in quantum talis, non ſatis percipimus; quia licèt verum ſit, quod ſit determinatio potentię vitalis, vt talis; eſt tamen determinatio non dans poſſe potentiæ vitali, nec conſtituens ipſam viuentem in actu primo, ſeu potentem ſe movere (hoc enim ſpectat lumini gloriæ in viſione Beata; &, in intellectione naturali, intellectus nullo alio indiget, vt poſsit ſe movere per intellectionem, & ſit viuens in actu primo) ſed ſupponens potentiam potentem intelligere, complet determinando obiectivè, ſeu vt determinatio ex parte obiecti, quod tantùm conſtituit intelligibile proximè; hoc eſt potens intelligi; non intellectivum, ſeu viuens in actu primo in linea intelligibili. Vnde illa propoſitio: *Determinatio potentiæ vitalis, vt talis, eſt vitalis* ſolum erit vera, ſi ſit determinatio potentiæ vitalis, quæ ſit vitalis per talem determinationem, & non ante talem determinationem; & ſpecies eſt determinatio ſupponens potentiam vitalem, non ipſam vitalem conſtituens.

Determinatio potētiæ vitalis, vt talis eſt vitalis, ſi ſit determinatio potentiæ vitalis, quæ ſit vitalis per talem determinationē.

Arguitur 4.

34 Arguitur 4. & erit ex non cohærentia huius concurſus effectivi, quem tribuimus ſpeciei intelligibili, & conſequenter eſſentiæ Angeli, cùm doctrina Thomiſtica de eo, quod ſubſtantia non ſit immediatè operativa; quia ſi ſubſtantia Angeli, vt ſpecies, efficeret intellectionem, immediate ipſam efficeret, vel media aliqua virtute diſtincta à ſubſtantia Angeli, vt ſpecie, quam aſsignare eſt difficile.

Argumēto tripliciter reſponderi poteſt.

35 Huic argumēnto tripliciter reſponderi poteſt.

Pri-

Primò iuxta Patres Salmanticenſes, & Magiſtrum à Sancto Thoma: ſubſtantiam Angeli efficere intellectionem mediatè, non immediatè; & cum inquiritur, quæ ſit virtus media, qua concurrit? Dicunt quod intellectus procedens à ſubſtantia Angeli, vt obiecto actu intelligibili. Vnde intellectus, vt oritur à ſubſtantia Angeli, vt natura, & vt intellectiva, influit vt potentia, & vt virtus ſubſtantiæ, vt naturæ; vt verò oritur à ſubſtantia Angeli, vt actu intelligibili eſt virtus influens in intellectionem eo concurſu, quo virtus obiecti influeret immediatè in intellectionem; ſubſtantia tamen tantùm concurrit mediatè, & radicaliter, quia licèt ſpecies accidentalis poſsit immediatè influere in intellectionem, cum ipſi non repugnet ſpecificari ab intellectione; non tamen ſpecies, quæ ſit ſubſtantia. Hincque inferunt non eſſe de ratione ſpeciei intelligibilis concurſum effectivum immediatum in intellectionem, ſed ſatis eſſe ſpeciei, ſi mediatè concurrat, ſicut, & ſpecies deſervientes fidei, licèt ſint naturales, concurrunt efficienter ad aſſenſum ſupernaturalem fidei, non immediatè, ſed mediatè, hoc eſt, vt elevatæ per auxilium, vel habitum ſupernaturalem, qui ſit tota ratio agendi. *Primò iuxta PP. Salmanticenſes, & RR. à S. Thoma.*

Secundò reſpondetur ex Magiſtro Ferre, tractatu de Angelis, q.7.§.8. ſubſtantiam Angeli concurrere immediatè, vt ſpeciem intelligibilem ad intellectionem, quia, licèt ſit inconveniens, quod ſubſtantia, in linea entis conſiderata, efficienter immediatè concurrat ad intellectionem, ſicut ad quamlibet aliam operationem; non tamen in linea intelligibili, in qua non inconvenit, quod ſubſtantia Angeli ſpecificetur ab intellectione; quia in linea intelligibili intellectio non eſt in diverſo genere, ac ſubſtantia Angeli, vt intelligibilis (ſicut ſunt in linea entis intellectio, ſcilicèt, accidens; & ſubſtantia ſubſtantia) quia in linea intelligibili, formaliter loquendo, tantùm conſiderantur ſpecies impreſſa, Verbum, ſeu ſpecies expreſſa, & intellectio; ex quibus eſt perfectior intellectio; vtpotè vltima actualitas illius generis; proindeque non erit inconveniens, quod ſubſtantia Angeli, vt ſpecies, ſpecificetur in linea intelligibili ab intellectione, & ſic poterit immediatè efficere intellectionem. Secundò reſpõdetur ex M. Ferre.

C Ter-

Digitized by Google

3. Reſpondetur ſecundùm alios Thomiſtas. Tertiò poteſt reſponderi ſecundùm alios Thomiſtas, quod ſubſtantia Angeli immediatè influit in intellectionem, conſiderata, vt ſpecies; quia, licèt ſit contra principia Thomiſtica ſubſtantiam immediatè efficere, non tamen ita vniverſaliter, quod ſub omni cõſideratione repugnet ſubſtantiam immediatè efficere: certum eſt enim ſubſtantiam non poſſe immediatè efficere intellectionem, vt ſubſtantia, intellectiva eſt; & ideo eget intellectu medio, quo efficiat intellectionem, cæterum non eſt inconveniens, quod ſubſtantia, vt intelligibilis immediatè efficiat intellectionem; quod clarum fiet, ſi attentè obſerves, quomodo comparatur ſubſtantia, vt intellectiva ad intellectionem, & quomodo ſubſtantia, vt intelligibilis; ſubſtantia, vt intellectiva, comparatur ad intellectionem (ſi vt proximè intelligens compararetur), tanquam ad id a quo ſpecificatur, & per quod perficiatur, & in actu 2. vivat, in quo involvitur ſpecificatio ſubſtantiæ ab accidenti, à quo dependeat, & per quod perficiatur, quod eſt firmiſsimè negandum à Thomiſtis, vtpotè expreſsè menti Angelici Magiſtri oppoſitum; ſubſtantia verò, vt intelligibilis, licèt proximè effectivè reſpiciat intellectionem, non tamen per ſe ordinatur ad intellectionem, tanquam ad finem ſpecificativum; cum obiectum intelligibile (quale eſt ſubſtantia, vt intelligibilis) nec viuat in actu ſecundo per intellectionem, nec ab ipſa perficiatur; quia actu intelligi obiectum non eſt perfectio intrinſeca obiecti; vnde non eſt inconveniens ſpecificationis ſubſtantiæ ab accidenti in eo, quod ſubſtantia, vt intelligibilis, immediatè efficiat intellectionem, ſicut eſt in eo, quod ſubſtantia, vt proximè intelligens, comparetur ad intellectionem; proindeque ſalva veritate doctrinæ noſtræ poteſt abſolutè, concedi ſubſtantiam, vt intelligibilem efficere immediatè intellectionem.

Præ eligitur hæc tertia ſolutio. Ex his ſolutionibus vltimæ magis fidimus: quia prima facile evaneſcit ex dictis numero 20; quæ ſuadent: oriri, ſic, intellectum à ſubſtantia, vt intelligibili, ac ab ipſa, vt intellectiua; eſt intellectum eſſe nedùm potentiam, verùm ſpeciem, quod eſt incidere in ſententiam Vazquez. Secunda ſolutio ſubtilis eſt, ſed cum non poſſit ſecerni à ſubſtantia, vt intelligibili, formalitas ſubſtantiæ, eſt difficile, quod in linea intelligibili conſidere-

re-

Digitized by Google

retur ſubſtantia Angeli, vt ſpecies, & non vt ſubſtantia: cum immaterialitas ſubſtantiæ, vt eſt ſpecies, eſt ipſamet immaterialitas ſubſtantiæ, vt eſt talis ſubſtantia. In tertia ſolutione (etiam data à Magiſtro Serna clariſsimo inter Doctores Dominicanos noſtri ſęculi,) nulla difficultas nobis occurrit. *M.Serna.*

36 Quinto arguitur: ſubſtantia Angeli, licèt intelligibilis in actu, proprio intellectui proportionata, ipſique vnita, non gerit vices Verbi, ſeu ſpeciei expreſſæ reſpectu proprij intellectus: ergo neque erit forma intelligibilis, ſeu quaſi ſpecies impreſſa ſui ipſius; conſequentia conſtat ex eo, quod eadem immaterialitas eſt in ſpecie impreſſa, & in expreſſa; ſi igitur immaterialitas non ſufficit, vt ſit ſpecies expreſſa, neque vt ſit impreſſa ſufficiet. Et antecedens expreſſe tradditur ab Angelico Magiſtro 4. contra Gentes, cap. 11. vbi docet: Angelum indigere formatione ſpeciei expreſſæ ad ſui ipſius cognitionem. Arguitur 5. *S.Thomas.*

37 Pro ſolutione huius argumenti excitanda erat quæſtio de ſpecie expreſſa Angeli pro ſui cognitione; an ſcilicèt ſit neceſſaria, vel non? Secundùm placuit ſubtiliſsimo Cardinali Cayetano 1. part. q. 27. art. 1. in ſolutione tertij Dubij, & Magiſtro Nazario prima parte q. 27. art. 1. controver. 2. concl. 1. (& ſi in concl. 2. oppoſitum iudicet, vt probabilius ſecundùm D. Thomam), quin eis deficiat fundamentum in Angelico Magiſtro quæſt. 8. de Veritate, art. 6. in fine reſol. articuli; vbi hæc habet verba: *intellectus vero Angeli, quia habet eſſentiam, quæ eſt, vt actus in genere intelligibilium, ſibi præſentem, poteſt intelligere id, quod eſt intelligibile apud ipſum ſcilicèt eſſentiam ſuam, non per aliquam ſimilitudinem, ſed per ſe ipſam.* In quibus docet Angelicus Doctor non indigere Angelũ aliqua ſimilitudine, vt ſuam eſſentiam intelligat; & cum ſpecies expreſſa ſit aliqua ſimilitudo, videtur eſſe de mente Angelici Magiſtri: nec egere ſpecie expreſſa ad ſui cognitionem; vnde non fallitur Magiſter Nazarius (vt exiſtimat Magiſter Ferre) reputando, vt probabile in via D. Thomæ Angelum non indigere ſpecie expreſſa (quæ ſimilitudo expreſſa eſt) ad propriæ ſubſtantiæ cognitionem; ſed poteſt Thomiſticè defendi, quod ſicut ſubſtãtia Angeli eſt ſimilitudo impreſſa ſeu ſpecies impreſſa reſpectu proprij intellectus ita,

Nõ eſſe neceſſariã Angelo ſpeciẽ expreſſam, quando ſe cognoſcit: placuit. *Card.Cayet.* *M.Nazario.* *S.Thomas.* fauere videtur huic aſſerto. *M.Ferre.* Probabiliter poteſt defendi in Schola Thomiſtica Angelum non indigere ſpecie expreſſa ad propriæ ſubſtantiæ cognitionẽ.

Digitized by Google

ita,& eſt ſimilitudo expreſſa, ſeu ſpecies expreſſa reſpectu proprij intellectus.

Probabilius tamen eſt oppoſitum.

Et conformius S. Thomæ.

Probabilius tamen iudicamus, & conformius menti Magiſtri Angelici: Angelum indigere ſpecie expreſſa, à ſua ſubſtantia diſtincta, vt ipſam ſubſtantiam cognoſcat; tùm, quia ſic tenet ferè concors Thomiſtarum opinio (ſi Caietanum; Nazarium; & paucisſimos alios excludas,) quæ non adhæreret niſi parti ſuo Magiſtro conformiori; tùm, quia licèt verba quæſtionis 8. de Veritate clara videantur, clariora ſunt, quę profert 4. contra Gentes, cap. 11. ab omnibus Thomiſtis citata, & adhoc idem obſervata à Doctiſsimo Mag. (quondam Complutenſi Primario, modòque Catholico noſtro à Confeſsionibus, & Conſilijs) RR. P. M. Fr. Froylano Diaz in ſuis diſputatis, q. 3. art. 1. §. 2. per quæ aſſerit S. Doct. Angelum non indigere ſpecie impreſſa ad ſui cognitionem; ſin verò expreſſa, ſeu intellectione intellecta (intellectio intellecta communiter accipitur à Thomiſtis pro ſpecie expreſſa). *Per ſe cognoſcit ſe ipſum* (loquitur de Angelo ſe cognoſcente): *Non dùm tamen ad vltimam perfectionem vitæ ipſorum pertingit; quia licèt intentio intellecta ſit in eis omnino intrinſeca; non tamen ipſa intentio intellecta eſt eorum ſubſtantia, quia in eis non eſt intelligere, & eſſe idem*: Conſidera vltima verba: *quia in eis non eſt intelligere, & eſſe idem.*

RR. Diaz.

Intellectio intellecta communiter accipitur à Thomiſtis pro ſpecie expreſſa.

Probatur à ratione. Quod Angelus eget ſpecie expreſſa, dùm ſe cognoſcit. Et 1.

In quibus ſe offert ratio ob quam Angelus egeat ſpecie expreſſa à propria ſubſtantia diſtincta, vt propriam ſubſtantiam cognoſcat; quæ poteſt formari 1. ſic: ſpecies expreſſa eſt vltima actualitas in linea intelligibili paſsiva, & intellectio vltima actualitas in linea intelligibili activa; ſed, quia Angelus non eſt actus purus, non identificat ſecum ſuam intellectionem; ergo potiori titulo nec verbum, ſeu ſpeciem expreſſam. Maiorem ſupponit Illuſtriſsimus Godoy tomo 1. in prim. p. q. 12. tract. 1. diſp. 12. §. 1. minor eſt certa, & conſequentia conſtat, quia cum proximior ſit intelligenti, vltima actualitas lineę intelligibilis activę, quam vltima actualitas lineæ intelligibilis paſsivę: ſi primam non identificat ſecum, nec ſecundam identificabit.

Ill. Godoy.

2. Probatur.

2. Quando in linea intelligibili identificantur extrema debent intermedia identificari, ſed Angelus intelligens ſuã ſubſtantiam, & obiectum terminans hanc cognitionẽ, ſeu

ex-

extrema; ergo ſi Angelus identificat ſecum obiectum terminans ſui cognitionem (ſeu ſpeciem expreſſam) identificabit ſecum intellectum, & intellectionem, quæ ſunt media inter ipſum Angelum ſe cognoſcentem, & terminum ſui cognitionis; tùm ſic, ſed Angelus non identificat ſecum ſuũ intellectum, & intellectionem; ergo, nec terminum ſuæ intellectionis, ſeu ſpeciem expreſſam.

His adde aliam ſatis efficacem rationem: ſubſtantia Angeli non poteſt eſſe propter intellectionem (cum intellectio ſit accidens, & ſubſtantia nequeat eſſe propter accidens) ſed ſpecies expreſſa eſt propter intellectionem; ergo ſubſtantia Angeli non eſt ſpecies expreſſa. Prob. minorem: quod conſiſtit in intelligi eſt propter intellectionem; ſed ſpecies expreſſa conſiſtit in intelligi; ergo ſpecies expreſſa eſt propter intellectionem. Maior eſt certa, & minor traditur ab Angelico Magiſtro 4. contra Gentes relato, ex quibus conſequentia conſtabit.

Alia ratio ad idem ſuadendum.

Species expreſſa conſiſtit in intelligi.

S.Thomas.

Iam habes ſolutionem argumenti (vt conceſſo antecedenti, negetur conſequentia), & diſparitatem inter eſſe ſpeciem expreſſam, & eſſe ſpeciem impreſſam ſubſtantiam Angeli reſpectu proprij intellectus: ſi enim eſſet ſpecies expreſſa eſſet actus purus, vtpotè identificans ſuam vltimam actualitatem lineę intelligibilis activæ, & paſsivæ; quod repugnare omnibus eſt perſpicuum. Ex eo autem, quod ſit ſpecies impreſſa non ſequitur hæc implicatio; cum adhoc ſufficiat, quod ſit intelligibilis in actu, proportionata potentiæ, & ipſi intrinſecè vnita; vnde non eſt verum, quod dicit argumentum pro probatione conſequentiæ (quæ negari debet) eſſe eandem immaterialitatem ſpeciei impreſſæ, & ſpeciei expreſſæ; hæc enim doctrina abſolutè eſt falſa, & ſolùm poteſt permitti, vt vera, ſi loquatur de ſpecie impreſſa, & expreſſa accidentali eiuſdem obiecti in eodem intellectu; nõ verò ſi loquatur de ſpecie impreſſa, & expreſſa ſubſtantiali, ſeu per ſe ſubſiſtenti; quia, ſi ſic loquatur, ſpecies expreſſa erit immaterialis immaterialitate ſumma, & actus purus, vtpotè actualitas vltima lineæ intelligibilis identificata cum ſubſtantia; ſpecies tamen impreſſa erit immaterialis immaterialitate, potentialitati per mixta, non identificata cũ ſubſtantia, tanquam vltima actualitas, ſed tantùm tanquam principium formale intellectionis, ſeu actualitatis realiter à ſubſtan-

Reſpondetur ad 5. argumentum.

Digitized by Google

tantia diſtinctæ; per quam diſtinctionem ratio actus puri ſecernitur omnino à tali ſubſtantia.

Vltimò arguitur.

38 Vltimo arguitur: non repugnat intellectui Gabrielis ſpecies accidentalis repræſentativa propriæ ſubſtantiæ in ipſo intellectu Angelico Gabrielis recepta, & cocurrens cum ipſo intellectu ad intellectionem propriæ ſubſtantiæ; ergo non eſt propria ſubſtantia ſpecies deſerviens intellectui Angelico ad ſui ipſius cognitionem. Patet conſequentia; quia, ſi ſubſtantia Angeli eſſet ſpecies pro propria Angeli cognitione, hoc illi conveniret ex ſuis intrinſecis, proindeque ipſa exiſtente ſuperflueret ſpecies ſui accidentalis, ex quo argueretur talis ſpeciei repugnantia. Probatur antecedens 1: quia ſi ſepararetur ſubſtantia Angeli Gabrielis à proprio intellectu, vt poteſt de potentia Dei abſoluta, nō eſt cur non poſsit tunc intellectus Gabrielis recipere ſpeciem accidentalem propriæ ſubſtantiæ repræſentativam? 2. Si in intellectu Gabrielis poneretur ſpecies repræſentativa ſuæ ſubſtantiæ, quæ modo eſt in intellectu Michaelis, poſſet tali ſpecie vti, ſicut ipſa vtitur intellectus Michaelis; ſed, quia intellectus Michaelis tali ſpecie vtitur, cognoſcit per eā ſubſtantiam Gabrielis; ergo etiam per talem ſpeciem ſe cognoſceret Gabriel. 3. Species duo præſtat, & vnire, & proportionare obiectum cum potentia, & effectiuè concurrere cum intellectu ad intellectionem; quo ſuppoſito ſic arguitur: ſubſtantia Gabrielis, reſpectu proprij intellectus conſiderata, vt ſpecies, concurrit effectiuè ad intellectionem cū ſubordinatione ad Deum, ita, vt ſi Deus denegaret concurſum, vel ipſum ſuſpenderet (vt denegare, & ſuſpendere valet) non concurreret effectivè ad intellectionem: ergo, & poterit tunc pro ſubſtantia, non concurrente effectiuè, ſubſtitui ſpecies accidentalis effectiuè concurrens ad intellectionem ipſius ſubſtantiæ.

Vnum antecedens tripliciter probatur.

Reſpondetur ad vltimum argumentum.

39 Reſpondetur diſtinguendo antecedens: nō repugnat intellectui Gabrielis ſpecies accidentalis repræſentativa propriæ ſubſtantiæ in ipſo intellectu Angelico Gabrielis recepta, & concurrens cū ipſo intellectu ad intellectionē propriæ ſubſtantiæ, ſi ſubſtantia Gabrielis ſit proprio intellectui vnita, neg. anteced. ſi non ſit vnita ſub diſting. antecedēs, ſi, pro caſu non vnionis ſubſtantiæ cū proprio intellectu, ſit intellectus capax cognoſcendi cond. anteced. ſi non ſit capax ne-

neg.antecedens;& neg.conſequentiam. Vnde conceſſa poſſibilitate ſeparationis de potẽtia abſoluta intellectus Gabrielis à propria ſubſtantia (quã intendebat prima antecedentis probatio) dicatur, quod tunc, ſi intellectus, ſic ſeparatus à propria ſubſtantia, eſſet capax intelligendi, per ſpeciem accidentalem, propriam ſubſtantiam cognoſceret ſecus verò, ſi ſic ſeparatus, non eſſet capax intelligendi.

Reſpondetur ad probationes antecedentis inſtantes.

Ad alias probationes antecedentis (quæ adhuc ſtante præcedenti diſtinctione militant) eſt reſpondendũ: ad ſecũdam negando maiorẽ; ſpecie enim repræſentativa ſubſtãtiæ Gabrielis, recepta in intellectu Michaelis, non poteſt vti Gabriel ad ſui ipſius cognitionẽ; quia ſpecies ex natura ſua eſt determinata ad vniendũ obiectum cum intellectu determinato; vnde cum ſpecies repræſentatiua ſubſtantiæ Gabrielis, recepta ab eius infuſione in intellectu Michaelis, ex natura ſua ſit determinata ad vniendã ſubſtãtiã Gabrielis cũ intellectu Michaelis, ſi in aliquo caſu poneretur talis ſpecies in intellectu Gabrielis ad nihil deſerviret, vt Gabriel ſe cognoſceret.

Non poteſt Deus producere ſpeciẽ intelligibilẽ accidentalẽ, quæ ſubſtituat pro cõcurſu effectiuo præſtando in Angelo ſe cognoſcente à propria ſubſtantia, vt ſpecie.

Ad 3. probationem antecedentis, conceſſo antecedẽti, neg. conſequentiã, licet enim Deus poſſit ſuum denegare, vel ſuſpendere concurſum, vt ſubſtantia Angeli non concurrat concurſu effectivo ſpeciei ad intellectionem ſui; non tamen poteſt Deus producere ſpeciem accidentalem, quæ ſubſtituat pro concurſu effectivo præſtando ab ipſamet ſubſtantia, vt ſpecie. Cuius ratio eſt, quia ſpecies duo præſtat vnum formaliter, alterum effectiuè: primum conſiſtit in proportionare, & vnire obiectum cum potentia: ſecũdum in concurrere cum potentia efficiendo intellectionẽ; & ita hæc duo præſtat, vt non poſſit dare ſecundum, quin det antea primum; vt videri eſt in potentia, quæ etiam habet alia duo, primum in genere cauſæ formalis, dare (ſcilicèt) proximum poſſe, ſecundum in genere cauſæ efficientis, concurrere (videlicèt) cum ſubſtantia ad actum, ſed tali ordine, vt non poſſit dare ſecundum, quin prius præſtet primum: cum ergo ſupponat argumentum ſubſtantiam Gabrielis proportionatam, & vnitam proprio intellectui; ſpecies accidentalis, quæ ad veniret pro caſu denegationis, vel ſuſpenſionis concurſus, vt ſubſtantia effectiuè concurreret, non daret effectum formalem proportionandi, & vniendi

Species intelligibilis duo præſtat vnum *formaliter*, aliud *effectiuè*; quorum ſecundũ nequit dare quin prius det primũ.

ſubſ-

Probabilius iudicamus cum M. Bolivar, quod ſpecies intelligibilis, neque vt quo eſt vitalis.

Verùm probabilius iudicamus cum præſtantiſsimo Magiſtro Boliuar, in quæſtione de lumine gloriæ §. 5. in ſolut. ad *ſecundum*, ſpecies intelligibiles, neque vt *quo* eſſe vitales, cum nec vivant in actu primo etiam vt *quo*. Si enim hoc ita eſſet, obiectum, quod ſpecies conſtituit proxime intelligibile, conſtitueretur vivens in actu primo per ſpeciē; ex quo ſequeretur obiectum viuere in actu ſecundo per intellectionē; quin ſuadeatur vitalitas in ſpecie, quia concurrit partialiter ad intellectionem vitalem; tùm ob dicta in prima ſolutione huius confirmationis; tùm, quia ſi ſpecies ſenſibilis (vitalis iuxta Salmanticenſes) produci poteſt, tanquam a cauſa principali, ab obiecto, ſeu principio omnino mortuo; cur intellectio vitalis non poterit produci à principio non vitali, ſi adſit aliud principium, à quo deſumatur vitalitas? Dicere, quod ſpecies eſt vitalis, quia eſt determinatio potentiæ vitalis, in quantum talis, non ſatis percipimus; quia licèt verum ſit, quod ſit determinatio potentię vitalis, vt talis; eſt tamen determinatio non dans poſſe potentiæ vitali, nec conſtituens ipſam viuentem in actu primo, ſeu potentem ſe movere (hoc enim ſpectat lumini gloriæ in viſione Beata; &, in intellectione naturali, intellectus nullo alio indiget, vt poſsit ſe movere per intellectionem, & ſit viuens in actu primo) ſed ſupponens potentiam potentem intelligere, complet determinando obiectivè, ſeu vt determinatio ex parte obiecti, quod tantùm conſtituit intelligibile proximè; hoc eſt potens intelligi; non intellectivum, ſeu viuens in actu primo in linea intelligibili. Vnde illa propoſitio: *Determinatio potentiæ vitalis, vt talis, eſt vitalis*. ſolum erit vera, ſi ſit determinatio potentiæ vitalis, quæ ſit vitalis per talem determinationem, & non ante talem determinationem; & ſpecies eſt determinatio ſupponens potentiam vitalem, non ipſam vitalem conſtituens.

PP. Salmanticenſes.

Determinatio potētiæ vitalis, vt talis eſt vitalis, ſi ſit determinatio potentiæ vitalis, quæ ſit vitalis per talem determinationē.

Arguitur 4.

34 Arguitur 4. & erit ex non cohærentia huius concurſus effectivi, quem tribuimus ſpeciei intelligibili, & conſequenter eſſentiæ Angeli, cùm doctrina Thomiſtica de eo, quod ſubſtantia non ſit immediatè operativa; quia ſi ſubſtantia Angeli, vt ſpecies, efficeret intellectionem, immediatè ipſam efficeret, vel media aliqua virtute diſtincta à ſubſtantia Angeli, vt ſpecie, quam aſsignare eſt difficile.

Argumēto tripliciter reſponderi poteſt.

35 Huic argumento tripliciter reſponderi poteſt, Pri-

Primò iuxta Patres Salmanticenſes, & Magiſtrum à Sancto Thoma: ſubſtantiam Angeli efficere intellectionem mediatè, non immediatè; & cum inquiritur, quæ ſit virtus media, qua concurrit? Dicunt quod intellectus procedens à ſubſtantia Angeli, vt obiecto actu intelligibili. Vnde intellectus, vt oritur à ſubſtantia Angeli, vt natura, & vt intellectiva, influit vt potentia, & vt virtus ſubſtantiæ, vt naturæ; vt verò oritur à ſubſtantia Angeli, vt actu intelligibili eſt virtus influens in intellectionem eo concurſu, quo virtus obiecti influeret immediatè in intellectionem; ſubſtantia tamen tantùm concurrit mediatè, & radicaliter, qua licèt ſpecies accidentalis poſſit immediatè influere in intellectionem, cum ipſi non repugnet ſpecificari ab intellectione; non tamen ſpecies, quæ ſit ſubſtantia. Hincque inferunt non eſſe de ratione ſpeciei intelligibilis concurſum effectivum immediatum in intellectionem, ſed ſatis eſſe ſpeciei, ſi mediatè concurrat, ſicut, & ſpecies deſervientes fidei, licèt ſint naturales, concurrunt efficienter ad aſſenſum ſupernaturalem fidei, non immediatè, ſed mediatè, hoc eſt, vt elevatæ per auxilium, vel habitum ſupernaturalem, qui ſit tota ratio agendi. Primò iuxta *PP. Salmanticenſes, & RR. à S. Thoma.*

Secundò reſpondetur ex Magiſtro Ferre, tractatu de Angelis, q.7.§.8. ſubſtantiam Angeli concurrere immediatè, vt ſpeciem intelligibilem ad intellectionem, quia, licèt ſit inconveniens, quod ſubſtantia, in linea entis conſiderata, efficienter immediatè concurrat ad intellectionem, ſicut ad quamlibet aliam operationem; non tamen in linea intelligibili, in qua non inconvenit, quod ſubſtantia Angeli ſpecificetur ab intellectione; quia in linea intelligibili intellectio non eſt in diverſo genere, ac ſubſtantia Angeli, vt intelligibilis (ſicut ſunt in linea entis intellectio, ſcilicèt, accidens; & ſubſtantia ſubſtantia) quia in linea intelligibili, formaliter loquendo, tantùm conſiderantur ſpecies impreſſa, Verbum, ſeu ſpecies expreſſa, & intellectio; ex quibus eſt perfectior intellectio; vtpotè vltima actualitas illius generis; proindeque non erit inconveniens, quod ſubſtantia Angeli, vt ſpecies, ſpecificetur in linea intelligibili ab intellectione, & ſic poterit immediatè efficere intellectionem. Secundò reſpõdetur ex M. Ferre.

Digitized by Google

3. Reſpondetur ſecundùm alios Thomiſtas.

Tertiò poteſt reſponderi ſecundùm alios Thomiſtas, quod ſubſtantia Angeli immediatè influit in intellectionem, conſiderata, vt ſpecies; quia, licèt ſit contra principia Thomiſtica ſubſtantiam immediatè efficere, non tamen ita vniverſaliter, quod ſub omni cōſideratione repugnet ſubſtantiam immediatè efficere: certum eſt enim ſubſtantiam non poſſe immediatè efficere intellectionem, vt ſubſtantia, intellectiva eſt; & ideo eget intellectu medio, quo efficiat intellectionem, cæterum non eſt inconveniens, quod ſubſtantia, vt intelligibilis immediatè efficiat intellectionem; quod clarum fiet, ſi attentè obſerves, quomodo comparatur ſubſtantia, vt intellectiva ad intellectionem, & quomodo ſubſtantia, vt intelligibilis; ſubſtantia, vt intellectiva, comparatur ad intellectionem (ſi vt proximè intelligens comparetur), tanquam ad id a quo ſpecificatur, & per quod perficiatur, & in actu 2. vivat, in quo involvitur ſpecificatio ſubſtantiæ ab accidenti, à quo dependeat, & per quod perficiatur, quod eſt firmiſsimè negandum à Thomiſtis, vtpotè expreſsè menti Angelici Magiſtri oppoſitum; ſubſtantia verò, vt intelligibilis, licèt proximè effectivè reſpiciat intellectionem, non tamen per ſe ordinatur ad intellectionem, tanquam ad finem ſpecificativum; cum obiectum intelligibile (quale eſt ſubſtantia, vt intelligibilis) nec viuat in actu ſecundo per intellectionem, nec ab ipſa perficiatur; quia actu intelligi obiectum non eſt perfectio intrinſeca obiecti; vnde non eſt inconveniens ſpecificationis ſubſtantiæ ab accidenti in eo, quod ſubſtantia, vt intelligibilis, immediatè efficiat intellectionem, ſicut eſt in eo, quod ſubſtantia, vt proximè intelligens, comparetur ad intellectionem; proindeque ſalva veritate doctrinæ noſtræ poteſt abſolutè, concedi ſubſtantiam, vt intelligibilem efficere immediatè intellectionem.

Præ eligitur hæc tertia ſolutio.

Ex his ſolutionibus vltimæ magis fidimus: quia prima facile evaneſcit ex dictis numero 20; quæ ſuadent: oriri, ſic, intellectum à ſubſtantia, vt intelligibili, ac ab ipſa, vt intellectiua; eſt intellectum eſſe nedùm potentiam, verùm ſpeciem, quod eſt incidere in ſententiam Vazquez. Secunda ſolutio ſubtilis eſt, ſed cum non poſſit ſecerni à ſubſtantia, vt intelligibili, formalitas ſubſtantiæ, eſt difficile, quod in linea intelligibili conſide-

re-

Digitized by Google

retur ſubſtantia Angeli, vt ſpecies, & non vt ſubſtantia: cum immaterialitas ſubſtantiæ, vt eſt ſpecies, eſt ipſamet immaterialitas ſubſtantiæ, vt eſt talis ſubſtantia. In tertia ſolutione (etiam data à Magiſtro Serna clariſsimo inter Doctores Dominicanos noſtri ſeculi,) nulla difficultas nobis occurrit.

M. Serna.

36 Quinto arguitur: ſubſtantia Angeli, licèt intelligibilis in actu, proprio intellectui proportionata, ipſique vnita, non gerit vices Verbi, ſeu ſpeciei expreſſæ reſpectu proprij intellectus: ergo neque erit forma intelligibilis, ſeu quaſi ſpecies impreſſa ſui ipſius; conſequentia conſtat ex eo, quod eadem immaterialitas eſt in ſpecie impreſſa, & in expreſſa; ſi igitur immaterialitas non ſufficit, vt ſit ſpecies expreſſa, neque vt ſit impreſſa ſufficiet. Et antecedens expreſſè tradditur ab Angelico Magiſtro 4. contra Gentes, cap. 11. vbi docet: Angelum indigere formatione ſpeciei expreſſæ ad ſui ipſius cognitionem.

Arguitur 5.

S. Thomas.

37 Pro ſolutione huius argumenti excitanda erat quæſtio de ſpecie expreſſa Angeli pro ſui cognitione; an ſcilicèt ſit neceſſaria, vel non? Secundùm placuit ſubtiliſsimo Cardinali Cayetano 1. part. q. 27. art. 1. in ſolutione tertij Dubij, & Magiſtro Nazario prima parte q. 27. art. 1. controver. 2. concl. 1. (& ſi in concl. 2. oppoſitum iudicet, vt probabilius ſecundùm D. Thomam), quin eis deficiat fundamentum in Angelico Magiſtro quæſt. 8. de Veritate, art. 6. in fine reſol. articuli; vbi hæc habet verba: *intellectus vero Angeli, quia habet eſſentiam, quæ eſt, vt actus in genere intelligibilium, ſibi præſentem, poteſt intelligere id, quod eſt intelligibile apud ipſum ſcilicèt eſſentiam ſuam, non per aliquam ſimilitudinem, ſed per ſe ipſam.* In quibus docet Angelicus Doctor non indigere Angelũ aliqua ſimilitudine, vt ſuam eſſentiam intelligat; & cum ſpecies expreſſa, ſit aliqua ſimilitudo, videtur eſſe de mente Angelici Magiſtri: nec egere ſpecie expreſſa ad ſui cognitionem; vnde non fallitur Magiſter Nazarius (vt exiſtimat Magiſter Ferre) reputando, vt probabile in via D. Thomæ Angelum non indigere ſpecie expreſſa (quæ ſimilitudo expreſſa eſt) ad propriæ ſubſtantiæ cognitionem; ſed poteſt Thomiſticè defendi, quod ſicut ſubſtãtia Angeli eſt ſimilitudo impreſſa ſeu ſpecies impreſſa reſpectu proprij intellectus ita,

Nõ eſſe neceſſariã Angelo ſpeciẽ expreſſam, quando ſe cognoſcit: placuit.

Card. Cayet.

M. Nazario.

S. Thomas. fauere videtur huic aſſerto.

M. Ferre.

Probabiliter poteſt defendi in Schola Thomiſtica Angelum non indigere ſpecie expreſſa ad propriæ ſubſtantiæ cognitionẽ.

ita, & eſt ſimilitudo expreſſa, ſeu ſpecies expreſſa reſpectu proprij intellectus.

Probabilius tamen eſt oppoſitum.

Et conformius S. Thomæ.

Probabilius tamen iudicamus, & conformius menti Magiſtri Angelici: Angelum indigere ſpecie expreſſa, à ſua ſubſtantia diſtincta, vt ipſam ſubſtantiam cognoſcat; tū, quia ſic tenet ferè concors Thomiſtarum opinio (ſi Caietanum; Nazarium; & pauciſsimos alios excludas,) quæ non adhæreret niſi parti ſuo Magiſtro conformiori; tūm, quia licèt verba quæſtionis 8. de Veritate clara videantur, clariora ſunt, quę profert 4. contra Gentes, cap. 11. ab omnibus Thomiſtis citata, & adhoc idem obſervata à Doctiſsimo Mag. (quondam Complutenſi Primario, modòque Catholico noſtro a Confeſsionibus, & Conſilijs) RR. P. M. Fr. Froylano Diaz in ſuis diſputatis, q. 3. art. 1. §. 2. per quæ aſſerit S. Doct. Angelum non indigere ſpecie impreſſa ad ſui cognitionem; ſin verò expreſſa, ſeu intellectione intellecta (intellectio intellecta communiter accipitur à Thomiſtis pro ſpecie expreſſa). *Per ſe cognoſcit ſe ipſum* (loquitur de Angelo ſe cognoſcente): *Non dùm tamen ad vltimam perfectionem vitæ ipſorum pertingit; quia licèt intentio intellecta ſit in eis omnino intrinſeca; non tamen ipſa intentio intellecta eſt eorum ſubſtantia, quia in eis non eſt intelligere, & eſſe idem*: Conſidera vltima verba: *quia in eis non eſt intelligere, & eſſe idem.*

RR. Diaz.

Intellectio intellecta communiter accipitur à Thomiſtis pro ſpecie expreſſa.

Probatur à ratione. Quod Angelus eget ſpecie expreſſa, dùm ſe cognoſcit. Et 1.

In quibus ſe offert ratio ob quam Angelus egeat ſpecie expreſſa à propria ſubſtantia diſtincta, vt propriam ſubſtantiam cognoſcat; quæ poteſt formari 1. ſic: ſpecies expreſſa eſt vltima actualitas in linea intelligibili paſsiva, & intellectio vltima actualitas in linea intelligibili activa; ſed, quia Angelus non eſt actus purus, non identificat ſecum ſuam intellectionem; ergo potiori titulo nec verbum, ſeu ſpeciem expreſſam. Maiorem ſupponit Illuſtriſsimus Godoy tomo 1. in prim. p. q. 12. tract. 1. diſp. 12. §. 1. minor eſt certa, & conſequentia conſtat, quia cum proximior ſit intelligenti, vltima actualitas lineę intelligibilis activę, quam vltima actualitas lineæ intelligibilis paſsivę: ſi primam non identificat ſecum, nec ſecundam identificabit.

Ill. Godoy.

2. Probatur.

2. Quando in linea intelligibili identificantur extrema debent intermedia identificari, ſed Angelus intelligens ſuā ſubſtantiam, & obiectum terminans hanc cognitionē, ſeu ex-

extrema; ergo ſi Angelus identificat ſecum obiectum terminans ſui cognitionem (ſeu ſpeciem expreſſam) identificabit ſecum intellectum, & intellectionem, quæ ſunt media inter ipſum Angelum ſe cognoſcentem, & terminum ſui cognitionis; tùm ſic, ſed Angelus non identificat ſecum ſuũ intellectum, & intellectionem; ergo, nec terminum ſuæ intellectionis, ſeu ſpeciem expreſſam.

His adde aliam ſatis efficacem rationem: ſubſtantia Angeli non poteſt eſſe propter intellectionem (cum intellectio ſit accidens, & ſubſtantia nequeat eſſe propter accidens) ſed ſpecies expreſſa eſt propter intellectionem; ergo ſubſtantia Angeli non eſt ſpecies expreſſa. Prob. minorem: quod conſiſtit in intelligi eſt propter intellectionem; ſed ſpecies expreſſa conſiſtit in intelligi; ergo ſpecies expreſſa eſt propter intellectionem. Maior eſt certa, & minor traditur ab Angelico Magiſtro 4. contra Gentes relato, ex quibus conſequentia conſtabit.

Alia ratio ad idem ſuadendum.

Species expreſſa conſiſtit in intelligi.

S. Thomas.

Iam habes ſolutionem argumenti (vt conceſſo antecedenti, negetur conſequentia), & diſparitatem inter eſſe ſpeciem expreſſam, & eſſe ſpeciem impreſſam ſubſtantiam Angeli reſpectu proprij intellectus: ſi enim eſſet ſpecies expreſſa eſſet actus purus, vtpotè identificans ſuam vltimam actualitatem lineę intelligibilis activæ, & paſsivæ; quod repugnare omnibus eſt perſpicuum. Ex eo autem, quod ſit ſpecies impreſſa non ſequitur hæc implicatio; cum adhoc ſufficiat, quod ſit intelligibilis in actu, proportionata potentiæ, & ipſi intrinſecè vnita; vnde non eſt verum, quod dicit argumentum pro probatione conſequentiæ (quæ negari debet) eſſe eandem immaterialitatem ſpeciei impreſſæ, & ſpeciei expreſſæ; hæc enim doctrina abſolutè eſt falſa, & ſolùm poteſt permitti, vt vera, ſi loquatur de ſpecie impreſſa, & expreſſa accidentali eiuſdem obiecti in eodem intellectu; nõ vero ſi loquatur de ſpecie impreſſa, & expreſſa ſubſtantiali, ſeu per ſe ſubſiſtenti; quia, ſi ſic loquatur, ſpecies expreſſa erit immaterialis immaterialilate ſumma, & actus puriſ, vtpotè actualitas vltima lineæ intelligibilis identificata cum ſubſtantia; ſpecies tamen impreſſa erit immaterialis immaterialitate, potentialitati per mixta, non identificata cũ ſubſtantia, tanquam vltima actualitas, ſed tantùm tanquam principium formale intellectionis, ſeu actualitatis realiter à ſubſ-

Reſpondetur ad 5. argumentum.

 tan-

Digitized by Google

neg.antecedens;& neg.conſequentiam. Vnde conceſſa poſſibilitate ſeparationis de potētia abſoluta intellectus Gabrielis à propria ſubſtantia (quā intendebat prima antecedentis probatio) dicatur, quod tunc, ſi intellectus, ſic ſeparatus à propria ſubſtantia, eſſet capax intelligendi, per ſpeciem accidentalem, propriam ſubſtantiam cognoſceret ſecus verò, ſi ſic ſeparatus, non eſſet capax intelligendi.

Ad alias probationes antecedentis (quæ adhuc ſtante præcedenti diſtinctione militant) eſt reſpondendū: ad ſecūdam negando maiorē; ſpecie enim repræſentativa ſubſtātiæ Gabrielis, recepta in intellectu Michaelis, non poteſt vti Gabriel ad ſui ipſius cognitionē; quia ſpecies ex natura ſua eſt determinata ad vniendū obiectum cum intellectu determinato; vnde cum ſpecies repræſentatiua ſubſtantiæ Gabrielis, recepta ab eius infuſsione in intellectn Michaelis, ex natura ſua ſit determinata ad vniendā ſubſtātiā Gabrielis cū intellectu Michaelis, ſi in aliquo caſu poneretur talis ſpecies in intellectu Gabrielis ad nihil deſerviret, vt Gabriel ſe cognoſceret.

Reſpondetur ad probationes antecedentis inſtantes.

Ad 3. probationem antecedentis, conceſſo antecedēti, neg. conſequentiā, licet enim Deus poſsit ſuum denegare, vel ſuſpendere concurſum, vt ſubſtantia Angeli non concurrat concurſu effectivo ſpeciei ad intellectionem ſui; non tamen poteſt Deus producere ſpeciem accidentalem, quæ ſubſtituat pro concurſu effectivo præſtando ab ipſamet ſubſtantia, vt ſpecie. Cuius ratio eſt, quia ſpecies duo præſtat vnum formaliter, alterum effectiuè: primum conſiſtit in proportionare, & vnire obiectum cum potentia: ſecūdum in concurrere cum potentia efficiendo intellectionē; & ita hæc duo præſtat, vt non poſsit dare ſecundum, quin det antea primum; vt videri eſt in potentia, quæ etiam habet alia duo, primum in genere cauſæ formalis, dare (ſcilicèt) proximum poſſe, ſecundum in genere cauſæ efficientis, concurrere (videlicèt) cum ſubſtantia ad actum, ſed tali ordine, vt non poſsit dare ſecundum, quin prius præſtet primum: cum ergo ſupponat argumentum ſubſtantiam Gabrielis proportionatam, & vnitam proprio intellectui; ſpecies accidentalis, quæ advenirct pro caſu denegationis, vel ſuſpenſionis concurſus, vt ſubſtantia effectiuè concurreret, non daret effectum formalem proportionandi, & vniendi

Non poteſt Deus producere ſpeciē intelligibilē accidentalē quæ ſubſtituat pro cōcurſu effectiuo præſtando in Angelo ſe cognoſcente à propria ſubſtantia, vt ſpecie.

Species intelligibilis duo præſtat vnum *formaliter*, aliud *effectiue*; quorum ſecundū nequit dare quin prius det primū.

Digitized by Google

ſubſtantiam Gabrielis cum proprio intellectu; ex quo ſequeretur, quod, nec daret effectum ſecundum, ſeu, quòd effectivè non concurreret.

§ IV.

Aliqua corollaria ex dictis.

1. Corollarium: ſubſtā tia Angeli non vnitur proprio intellectui, vt vera forma, nec vt ſpecies impreſſa propriè loquendo.

40 PRimum eſt ſubſtantiam Angeli non vniri proprio intellectui, vt verā formā, nec, vt ſpeciē impreſſā propriè loquendo. Ratio primi eſt, quia tantùm vnitur, vt forma intelligibilis; ſed forma intelligibilis non eſt vera forma (vt ex Doctore noſtro diximus numero 21.) ergo ſubſtantia Angeli non vnitur proprio intellectui, vt vera forma. Ratio ſecūdi eſt, quia ſpecies impreſſa, propriè loquendo, ſubſtituit pro obiecto non vnito potentiæ, & non eſt ipſum obiectum vnitum potentiæ; ſed ſubſtantia Angeli eſt obiectum potentiæ intellectivę proprię vnitum: ergo non eſt ſpecies impreſſa propriè loquendo; dicitur tamen ſpecies, quia præſtat quidquid præſtaret ſpecies impreſſa propriè talis, excluſsis imperfectionibus inhærentiæ, & veræ informationis, quæ accidunt conceptui ſpeciei impreſſæ eſſentialiter conſiderato.

2. Corollarium: ſubſtantia Angeli in eſſe ſpeciei conſiderata non ſubditur nutui Angeli, vt ſubditur ſpecies intelligibilis accidētalis.

41 Secundum eſt: ſubſtantiam Angeli, in eſſe ſpeciei conſideratam, non ſubdi Angelo, ita vt pro ſuo nutu poſsit vti ſua ſubſtantia, vt ſpecie ad ſe cognoſcendum; ſicut vtitur ſpecie accidentali ad cognoſcendum alia a ſe: quia ſubſtantia Angeli, vt ſpecies, neceſsitat intellectum Angeli ad actualem ſui cognitionem; ſpecies tamen accidentalis, cum ſit forma verè informans, & inhærens intellectui, non neceſsitat ipſum ad intelligendum obiectum, cuius ſit ſpecies, ſed intellectui ſubordinatur omnimodò valenti pro ſua libertate ea vti, vel non.

Dices.

Sed dices: ſequi ex hac doctrina non poſſe Angelum vti inadæquatè ſua ſubſtantia, vt ſpecie ad cognoſcendum (v.g.) prædicata eſſentialia ſuæ ſubſtantiæ præſcindendo à ſubſiſtentia, & exiſtentia talis ſubſtantię; vnde infertur, quod Angelus non poſsit ſe cognoſcere abſtractivè per ſuam ſubſtantiam, vt ſpeciem; quod erat intentum Subtiliſsimi Doctoris; cum cognitio abſtractiva ſubſtantiæ Angeli exigat, quod

Scotus.

quod ſi ſubſtantia Angeli ſit ſpecies per quam Angelus ſua prædicata quidditativa,& exiſtentiam,& ſubſiſtentiam cognoſcat,vtatur Angelus pro ſuo nutu ſua ſubſtantia, vt ſpecie,ita vt ipſa,vt ſpecie inadæquata ſui,poſsit vti.

Hæc inſtantia facilè ſolvitur;ſi neceſsitatem inductam à ſubſtantia Angeli,vt ſpecie, vt Angelus ſe cognoſcat ſemper in actu,attendas;quæ quidem neceſsitas non eſt, vt Angelus ſemper in actu ſe cognoſcat quo ad omnia ſua, tã eſſentialia , quàm accidentalia prædicabiliter ; ſed tantùm quoad eſſentialia , ad quæ neceſsitat ſubſtantia Angeli , vt ſpecies,proprium intellectum;quia ſemper eſt illi vnita , & alias eſt immaterialis, proindeque proprio intellectui proportionata,& in actu intelligibilis (quo fundamento excluſſa manet ſpecies intelligibilis accidentalis , etiam pro cognitione abſtractiva propriæ ſubſtantiæ ab Scoto excogitata):ad prædicata verò non eſſentialia,ſeu accidentalia prædicabiliter,vt ſunt exiſtentia,& ſubſiſtentia propria, non neceſsitat proprium intellectum ſubſtantia Angeli,vt ſpecies, ſed poteſt Angelus per ſuam ſubſtantiam,vt ſpeciem,vtendo ea inadæquatè,cognoſcere propriam eſſentiam, non cõſiderata exiſtentia , & propriam naturam non conſiderata ſubſiſtentia propria.

Reſpondetur inſtãtiç.

Subſtantia Angeli, vt ſpecies, neceſsitat proprium intellectum , vt ſemper Angelus ſe cognoſcat quo ad ſua eſſentialia , non verò quo ad ſua accidẽtalia præ dicabiliter.

Quis enim dubitat poſſe Angelum ſe cognoſcere in eo ſtatu quo eſſet,ſi nõ eſſet creatus,vel ſi anihilatus fuiſſet?Certe nullus, ſed in eo ſtatu tantum convenirent ſubſtantiæ Angeli prędicata quidditativa; ergo poteſt Angelus per ſuam ſubſtantiam , vt ſpeciem ſe cognoſcere tantùm quoad prædicata eſſentialia.Cuius exemplum habes in ſpecie accidentali,recepta in intellectu Angelico ipſi reprçſentanti quidditatem,& exiſtentiam Leonis, qua ſpecie poteſt Angelus cognoſcere tantùm quidditatem Leonis;vnde pariter ſubſtantia Angeli,vt ſpecies repræſentans proprio intellectui,& ſe ipſam,& ſui exiſtentiam ,& ſui ſubſiſtentiam propriam, poteſt inſpici ab intellectu proprio, vt repræſentat ſe,& non vt repræſentat propriam ſubſiſtentiam (quã non reprçſentaret,ſi à Deo hypoſtaticè aſſummeretur,) & vt non repræſentat exiſtentiam , quam non repræſentaret conſiderata talis ſubſtantia,vt nondum creata,vel,vt anihilata;advertendum eſt tamen , quod ſubſtantia Angeli , vt ſit ſpecies inadæquata ſui repręſentans proprio intellectui prædi-

dicata quidditativa, & præciſa a repræſentatione exiſtentiæ, & ſubſiſtentiæ, debet eſſe ſubſiſtens, & exiſtens; quia ſubſtantia, vt ſpecies reſpectu proprij intellectus ipſam actu intelligentis, non poteſt non eſſe ſubſiſtens, & exiſtens; poteſt tamen, licèt ſit ſubſiſtens, & exiſtens, conſiderari à proprio intellectu, vt repræſentans prædicata tantùm quidditativa, & vt non repræſentans (præciſiſivè accepto ly *non*) ſubſiſtentiam, & exiſtentiam.

3. Corollarium. Angelus per ſuā ſubſtantiam, vt ſpeciē cognoſcit ſe; ſuas proprietates; & omnia accidentia, quorum ſubſtantia Angeli ſit cauſa adæquata.

42 Tertium eſt: Angelum per ſuam ſubſtantiam, vt ſpeciem, cognoſcere non ſolum ipſam ſubſtantiam, & proprietates, vt vult Pater Suarez, ſed, & alia accidentia, quorum ſubſtantia Angeli ſit cauſa adæquata: & ratio eſt, quia ſi Angelus, cognoſcens per ſuam ſubſtantiam, vt ſpeciem, ipſam ſubſtantiam, poteſt cognoſcere proprietates veras, & rigoroſas talis ſubſtantiæ, quia ſubſtantia Angeli, eſt radix ſuarum proprietatum, & qui comprehendit radicem (qualiter Angelus comprehendit ſuam ſubſtantiam) debet in radice cognoſcere proprietates radicatas; ita ſimiliter Angelus ſuam ſubſtantiam comprehendens cognoſcit in ea omnia accidentia communia, quorum ipſa ſit cauſa adæquata. Hinc Angelus cognoſcit verbum, ſeu ſpeciem expreſſam, in propria cognitione formatam, abſque aliqua ſpecie expreſſa pro talis verbi cognitione; quia tale verbum, ſeu ſpecies expreſſa, habet cauſam adæquatam ſui in propria ſubſtantia; non tamen cognoſcit Angelus per propriam ſubſtantiam, vt ſpeciem, ſpecies infuſſas ipſi pro cognitione obiectorum extra ſe, quia harum ſpecierum non eſt ſubſtantia Angeli cauſa adæquata, ſed præciſè cauſa materialis eas recipiens, & ſuſtinens; nec cognoſcit Angelus per ſuam ſubſtantiam, vt ſpeciem vlla accidentia ſupernaturalia, cum hæc exigant cognitionem ſupernaturalem, & propria ſubſtantia tantùm ſit ſpecies ad cognitionem naturalem.

Angelus cognoſcit verbū, ſeu ſpeciem expreſſam in propria cognitione formatam abſque aliqua ſpecie expreſſa pro tali cognitione verbi.

§. V.

§. V.

Vltimum Corollarium.

43 ET, cum in effectu comprehẽſo cognoſcatur cauſa eiuſdem effectus non minùs quàm in cauſa adæquata effectus, comprehenſivè cognita, ipſe effectus cognoſcitur; ideo colligimus modò ex immediatè dictis: *Angelum per ſuam ſubſtantiam, vt ſpeciem, cognoſcere Deum naturæ authorem.* Quod aſſertum, & eſt expreſſum in Præceptore Angelico tum 1. p. q. 56. art. 3. tũ in 2. diſt. 23. q. 2. art. 1. tùm 3. contra Gentes, cap. 98. tùm denique q. 8. de Veritate art. 3. & eſt commune placitum plurium DD. tàm ex antiquis Scholaſticis, quã ex celebrioribus primis Thomiſtis (vt obſervabitur à legente Auguſtinum Nyphum in 12. metaph. diſp. 10. cap. 3. hoc idem ſentientem, & eruditè propugnantem) quibus ſubſcribunt multi alij valdè Docti MM. ex Ieſuitica, & ex Schola noſtra.

Vltimũ Corollarium. Angelus per ſuam ſubſtantiam, vt ſpeciẽ cognoſcit Deũ authorẽ naturæ. *S. Thomas.* *Auguſtinus Nyphus.*

44 Et ſic breviter à ratione ſuadetur: comprehendens effectum cauſæ *A*, cauſam *A* cognoſcit per ſpeciem, per quam comprehendit effectum talis cauſæ; ſed Angelus comprehendit ſuam ſubſtantiam (vt hic ſupponimus, & ex notandis in dubio de comprehenſione amplius patebit) quæ eſt effectus Dei Authoris naturæ, & quam per ipsã, vt ſpeciem, comprehendit: ergo Angelus per ſuam ſubſtantiam, vt ſpeciem, cognoſcit Deum Authorem naturæ.

Probatur à ratione.

45 Cæterùm oppoſitum iudicant Scotiſtæ cum Subtili Doctore in 2. diſt. 3. q. 9. §. *Dico igitur*; nec non in 4. diſt. 49. q. 11. & cum Marſilio in 2. q. 7. art. 1. concluſione 8. tenentes Angelum non cognoſcere Deum Authorem naturæ, niſi per ſpeciem intelligibilem accidentalem ipſi adhoc datam; fundati argumentis, quibus connantur, & ſuam ſententiam ſtabilire, & noſtram impugnare. Quæ (vt Solvantur) proponimus provt ab eis obiecta.

Oppoſitum cum Doct. Subtili iudicant Scotiſtæ.

46 Et primum eſt: Angelus cognoſcit Deũ Authorẽ naturæ cognitione diſtincta, & non cõfuſa; ſed ſi Angelus cognoſceret Deũ Authorẽ naturæ per ſuã ſubſtantiã, vt ſpeciẽ, nõ cognoſceret illũ cognitione diſtincta, ſed cõfuſa; ergo.

1. Arguitur

ergo.

go Angelus non cognoſcit Deũ Authorem naturæ per ſuam ſubſtantiam vt ſpeciem. Maior habetur ex eo, quod Angelus perfectiùs cognoſcit Deum Authorem naturæ, quam homo in ſtatu innocentiæ, qui tamen diſtinctè cognoſcebat Deum Authorem naturæ; quod ita non fuiſſet ſi Angelus non cognoſceret ipſum cognitione diſtincta, ſed confuſſà; & minorem probant: Angelus nequit cognoſcere Deũ cognitione diſtincta, & non confuſſa per ſpeciem non repræſentantem Deum diſtinctè, ſed confuſè; ſed ſubſtantia Angeli eſt ſpecies repræſentans confusè, & non diſtinctè Deum Authorem naturæ: ergo ſi Angelus cognoſceret Deũ Authorem naturæ per ſuam ſubſtantiam, vt ſpeciem, non cognoſceret illum cognitione diſtincta, ſed confuſſà.

Reſpondetur.

47 Cui reſpondetur explicando ly *cognitione confuſſa*, & ly *cognitione diſtincta*, ſi enim *per cognitionem diſtinctam, & non confuſſam* intelligas *cognitionem claram, & intuitivam*; eſt neganda maior; quin obſtet probatio pro illa adducta; quia homo in ſtatu innocentię (imperfectiùs cognoſcens Deum authorem naturæ, quam Angelus) non cognouit naturaliter Deum authorem naturę cognitione naturali clara, & intuitiva.

Quali cognitione diſtincta, & nõ confuſſa Angelus per ſuam ſubſtãtiam Deum cognoſcat.

Si verò *per cognitionem diſtinctam, & non confuſſam* accipias cognitionem terminatam nedùm ad prædicata analogicè convenientia obiecto cognito, & ipſi cognoſcẽti, verùm, & ad prædicata propria obiecti cogniti; ſic non eſt negandum, quod Angelus per ſuam ſubſtantiam, vt ſpeciem, cognoſcit Deum authorem naturæ cognitione diſtincta, hoc eſt cognitione attingente in Deo non ſolùm prædicata Deo, & Angelo analogicè communia (*vt Deum eſſe ens, eſſe ſubſtantiam, eſſe intellectualem, &c.*) ſed etiam aliqua prædicata propria Dei; *vt Deum eſſe Æternum; infinitum, purum actum; creatorem ex nihilo; vltimum finem omnium, &c.*

Hac, & non alia cognovit Deum authorem naturæ homo in ſtatu innocentię.

Qua cognitione diſtincta (vt ita explicata) cognovit homo in ſtatu innocentiæ Deum authorem naturæ, cũ quo componitur, quod Angelus perfectiùs cognoſcat naturalitèr Deum authorem naturæ, quàm illum cognovit homo in ſtatu innocentiæ: quia intra lineam cognitionis diſtinctę, vt hic ſecundò expoſitæ, datur vna cognitio perfectior alia, conſiſtente maiori perfectione cognitionis, ſecundũ hunc ſenſum magis perfectæ in eo, quod ſit magis immaterialis, &

& actualis; & cum Angelus cognoſcat relata prædicata propria Dei immaterialiori, & actualiori cognitione, quam illa cognovit homo in ſtatu innocentiæ; hinc declaratur quomodo Angelus cognoſcat naturalitèr perfectiùs Deum authorem naturæ, quam illum cognouit homo in ſtatu innocentiæ, quin Deum authorem naturæ cognoſcat diſtinctè, niſi cognitione diſtincta provt contra poſita cognitioni attingenti tantùm prædicata Deo, & Angelo analogicè communia.

Et ſi imperfectiùs, quã Angelus.

Et iuxta hanc doctrinam eſt neganda minor; ad cuius probationem etiam eſt neganda minor: quia eſt diſcurrendum de ſubſtantia propria Angeli, vt ſpecie ipſi Angelo repræſentante Deum authorem naturæ, ſicut de cognitione diſcurrimus: vnde eſt dicendum, quod propria ſubſtantia Angeli eſt ſpecies ipſi repræſentans Deum authorem naturæ diſtinctè, & non confuſe, hoc eſt, repræſentans, vltra prædicata Deo, & Angelo analogicè communia, aliqua prædicata Deo propria.

48. In quo percipies alietatem, qua propria ſubſtantia Gabrielis (v.g.) ipſi repræſentat Deum authorem naturæ, & qua ipſi repræſentat alium Angelum; quia alium Angelum non ſic diſtinctè repræſentat; ſed tantùm confuſè, eò quod non repræſentat illum ſecùndùm prædicata ei propria, ſed præciſsè ſecùndùm prædicata Gabrieli, & Angelo ab illo diſtincto communia genericè; ſimili modo ac ſpecies, repræſentativa hominis, repræſentat confuſè equũ, quia repræſentat equum non ſecùndùm propriam differentiam ſpecificam equi, ſed dumtaxat ſecùndùm quod genericè convenit cum homine.

Aliter ſubſtantia Gabrielis ei repræſentat Deum authorem naturæ; aliter alium Angelum.

49 Si inquiras huius alietatis rationem. Dicemus eſſe, quia (vt bene notat Magiſter à Sancto Thoma 1. p. diſp. 22. art. 1. num. 5.) quando repræſentatio ſpeciei intelligibilis obiecti *A*, ſe extendens ad aliud obiectum, fundatur in ſola convenientia talis obiecti cum obiecto *A*; non eſt repræſentatio diſtincta prædicti obiecti (quod non repræſentatur diſtinctè, quando non repræſentatur ſecundùm aliqua prædicata ſibi propria, ſed præciſsè ſecundùm illa ſibi, & alteri communia) & cum repræſentatio, qua ſpecies hominis repræſentat equum, & qua propria ſubſtantia Gabrielis ipſi repræſentat alium Angelum, ſint repræſentationes fundatæ in

RR. à Sancto Thoma.

Repræſentatio, qua ſpecies hominis repręſentat equũ; & qua propria ſubſtan tia

tia Gabrielis ipſi repræſentat aliũ Angelũ fundantur in ſola conveniẽtia equi cũ homine, & alterius Angeli cũ Gabriele.

in ſola convenientia equi cum homine, & alterius Angeli cum Gabriele; ideo ſpecies repræſentativa hominis tantùm confusè repræſentat equum, & ſubſtantia Gabrielis tantùm confusè repræſentat alium Angelum à ſe diſtinctum.

Repræſentatio, qua ſubſtãtia Angeli cognoſcentis ei repræſentat Deum auctorem naturæ non fũdatur in ſola conveniẽtia Angeli cum Deo.

Repræſentatio verò, qua ſubſtantia Angeli cognoſcentis ei repræſentat Deum authorem naturæ non fundatur in ſola conveniẽtia analogica Angeli cum Deo; ſed in illa, & inſuper in eo, quod talis ſubſtantia participans à Deo authore naturæ, & eſſe imaginem, ſeu ſimilitudinem Dei, & eſſe ſpeciem ſui, eſt effectus Dei illam ex nihilo creantis; ex quo provenit, quod non ſolùm ſit repræſentatio, & prædicti Angeli, & illius in quo ipſe analogicè convenit cum Deo, ſed, & ipſius Dei ſecundùm aliqua prædicata Deo propria. Siquidem quando cognoſcitur Deus per imaginem ab ipſo ex nihilo factam, cognoſcuntur in Deo, illa prædicata, quæ exiguntur in Deo adhoc, vt creet præfatam imaginem, inter quæ ſunt aliqua prædicata propria Dei; vt ſunt: *Eſſe ens per eſſentiam, eſſe creatorem ex nihilo, &c.* Ex quibus iam habes clarum diſcrimen; vt, etſi hæc repræſentatio, qua ſubſtantia Angeli cognoſcentis ei repræſentat Deum authorem naturæ, ſit repræſentatio diſtincta Dei, non ſit repreſentatio diſtincta, ſed purè confuſſa illa, vel, qua ſpecies intelligibilis hominis repræſentat equum, vel qua ſubſtantia Gabrielis ipſi repræſentat Michaelem.

Arguitur 2.

50 Secundùm deſumitur ex eo, quod Angelus non poteſt cognoſcere Deum naturæ authorem per ſuam ſubſtantiam, vt ſpeciem, quin prius cognoſcat ſuam ſubſtantiam, & ex huius cognitione tranſeat ad cognitionem Dei authoris naturæ; quia ipſum cognoſceret per illam, vt per ſimilitudinem cognitam; ſed hoc eſt diſcurrere, & conſequenter eſt contra D. Thomam Angelis negantem diſcurſum 1. parte, q. 58. art. 3. ergo Angelus non cognoſcit per ſuam ſubſtantiam, vt ſpeciem, Deum authorem naturæ.

S. Thomas.

Reſpondetur.

51 Ad quod reſpondetur negando minorem; licèt enim ſubſtantia propria Angeli ei deſerviat ad cognitionem Dei authoris naturæ, non ſolùm, vt illum repræſentans, ſed, vt medium cognitum; at hoc non ſuadet duplicem cog-

Digitized by Google

cognitionem, quarum vna cauſetur ex alia; quod indiſpenſabiliter requiritur ad diſcurſum formalem, vt conſtabit ex dicendis in Dubio 1. diſputationis ſequentis: propter quam rationem dicitur; quod, nec probatur diſcurſus formalis, ex eo, quod in ſpecie expreſſà (quæ eſt medium cognitum) cognoſcamus res ad extra; nec putatur, quod viſus diſcurrit, quando videt hominem in ſpeculo, vt in medio viſo.

Arguitur 3.

52 Tertium eſt: quia ſi ſubſtantia Angeli, ei ſe repræſentans, repræſentaret Deum authorem naturæ, vel eſſet vt Angelus per propriam ſubſtantiam ſe, & Deum vnica cognitione cognoſceret; vel duplici; ſed, nec vnica, nec duplici, cognitione cognoſcit Angelus ſe, & Deum (non vnica; nè dicatur, quod eadem cognitio eſt ſimul intuitiva Angeli, & abſtractiva Dei; non duplici: tùm, quia eſſet dari diſcurſum in Angelo; cum tranſiret ex vna cognitione ad aliam; tùm, quia duæ cognitiones diverſæ in ſpecie (vt iſtæ eſſent) nequeunt fieri ab vnica ſpecie intelligibili): ergo ſubſtantia Angeli, ei ſe repræſentans, non repræſentat Deum authorem naturæ.

Reſpondetur.

53 Ad quod dicimus, quod Angelus per ſuam ſubſtãtiam, vt ſpeciem, poteſt cognoſcere ſe ipſum, & Deũ, & vnica, & duplici cognitione; quin obſtet adhoc, vt ſit vnica talis cognitio, quod ſit ſimul intuitiva Angeli, & abſtractiva Dei, quia (vt dicemus in primo Dubio 2. diſp.) eadem notitia ſecundùm rem poteſt eſſe ſimul intuitiva, & abſtractiva (quidditativa, & non quidditativa) reſpectu diverſorum: vt videtur; tùm, in cognitione, qua de lapide præſenti dicimus, quod non eſt Deus; quæ cognitio eſt intuitiva ſubiecti huius propoſitionis: *Lapis non eſt Deus*: & abſtractiva prædicati; tùm in cognitione, qua, ex viſione imaginis Deiparæ, Deiparam cognoſcimus; quæ eſt cognitio intuitiva imaginis præſentis, & abſtractiva Deiparæ abſentis; tùm in alijs innumeris exemplis.

Eadem notitia ſecundũ rem poteſt eſſe ſimul intuitiua, & abſtrctiva; quidditativa, & non quidditativa reſpectu diverſorũ.

Nec officit, vt ſit duplex cognitio, quod obijcitur primò, ſcilicèt, ſequi ex hoc admitti diſcurſum in Angelis, eo quod eſſet duplex cognitio, vna ex alia cauſata; quia eſt dicendum; quod, licèt eſſet duplex cognitio, vna non cauſaretur ab Angelo ex alia, cum ex vna non moveretur Angelus in aliam; quod clariùs percipies, dùm le-

legas dicenda à nobis pro impotentia Angeli ad diſcurrendum.

Duę cognitiones diverſæ in ſpecie ordinatè ſe habētes poſſunt elici media vnica ſpecie intelligibili.

Nec magis vrget, quod 2. obijcitur, videlicèt, quod duæ cognitiones, diverſæ in ſpecie, nequeunt eſſe ab vnica forma intelligibili; quia hoc intelligitur quando cognitiones, in ſpecie diverſæ, ex æquo ſe habent; non vero quando ordinem inter ſe ſervant, & cum quodam ordine eliciuntur ab intellectu media ſpecie intelligibili: quando enim ſic eliciuntur (vt contingit in his cognitionibus) ne dùm duæ cognitiones diverſæ in ſpecie, verùm, & plures poſſunt elici ab intellectu media vnica tantùm ſpecie intelligibili.

Arguitur 4.

S. Auguſt.

S. Thomas.

54 Quartum eſt depromptum ex eo, quod Sanctus Auguſtinus; tùm libro 4. ſuper *Geneſ.* cap. 22. & 31.; tùm libro 11. de *Civitate Dei* cap. 7. & 29. docuit fuiſſe in Angelis duplicem cognitionem, aliam *Matutinam*, ſeù creaturarum in Diuino Verbo; aliam *Veſpertinam*, ideſt creaturarum, vt ſunt in proprijs naturis (quod mirè explicat Doct. Angelicus 1. p. q. 58. art. 6. & 7.) ſed hæc cognitio *Veſpertina* non poteſt haberi ſine ſpecie indita repræſentante creaturas, vt ſunt in ſe: ergo, nec cognitio *Matutina* potuit eſſe ſine ſpecie repræſentante creaturas, vt ſunt in Verbo; & cōſequenter ſine ſpecie repræſentativa ipſius Verbi, ſiuè eſſētiæ Diuinę provt gerentis vices medij repræſentativi creaturarum; ergo ſubſtantia Angeli non repræſentat ei, vt ſpecies, Deum authorem naturæ.

Reſpondetur.

Cognitio *Matutina* Angelica, vel fuit viſio beatifica.

S. Thomas.

Card. Cayet.

Vel ſi fuit cognitio naturalis, creaturarum in Verbo Diuī no, non fuit per ſpeciē inditam immediatè repræſentativam Dei.

55 Sed eſt reſpondendum, vel, quod cognitio *Matutina* de qua Sanctus Auguſtinus loquebatur, erat ipſa beatifica viſio (ad quam non cōcurrit ſpecies intelligibilis creata, ſed ipſa eſſentia Diuina, vt ſpecies; vt tradditur a Præceptore Angelico 1. p. q. 12. art. 2.) vt ſentit Cardinalis Cayetanus in Commentarijs art. 3, q. 56. primæ partis: vel ſi erat cognitio naturalis, ita, vt Angelus beatus ante quam bearetur, haberet aliquam cognitionem naturalem creaturarum in Verbo, non erat cognitio habita per ſpeciem inditam immediatè repræſentativam Dei, ſed habita per ſubſtantiam ipſius Angeli cognoſcētis, vt per medium cognitum: quæ cognitio *Matutina* naturalis (ſi fuit in Angelo) differebat a cognitione naturali *Veſpertina* rerum creatarum in ſe ipſis; quia hanc cognitionem *Veſpertinam* non habe-

bebat Angelus cognoſcens per ſuam ſubſtantiam, ſed per ſpecies infuſas.

56 Quintum eſt: nam ideo hæc dicuntur: quia repugnat ſpecies intelligibilis creata quidditatiua, ſimulque abſtractiua Dei; ſed talis ſpecies non repugnat, cum conſtet, quod D. Paulus recordabatur eſſentiæ Diuinæ, quam in raptu viderat; vt habetur ex 2. ad Corinthios 12: *Audiuit arcana verba, &c* quod quidem ſuadet habuiſſe D. Paulum ſpeciem intelligibilem creatam Diuinæ eſſentiæ, per quam ſpeciem eſſentiæ Diuinæ reminiſcebatur; igitur non per ſuam ſubſtantiam, ſed per aliquam ſpeciem inditā cognoſcit Angelus Deum authorem naturæ. Arguitur 5. 2. Ad Corinth. 12. v. 4.

57 Ad quod reſpondemus, negando minorem, ob multas repugnantias prædictæ ſpeciei creatæ quidditatiuæ Dei (propugnatæ à Doct. Subtili in 2. diſt. 3. q. 9. & à ſuis, ab alijſque cum ipſo) obſervatas ab omnibus Doctoribus Thomiſtis, & ab aliquibus valdè doctis Ieſuitis 1. p. tùm, q. 12. art. 2. tùm q. 56. art. 3. in quo Magiſter Angelicus agens de cognitione naturali, qua Angeli Deum poſſunt cognoſcere aſſerit quòd: *Nulla ſimilitudo* (ſeu ſpecies intelligibilis) *creata eſt ſufficiens ad repræſentandam diuinam eſſentiam*: quod eſt idem ac huius ſpeciei impoſsibilitatem (iam à ſe traditam in q. 12.) hic iterum docere, vt præfata ſpecies etiam negetur Angelis. Maximè cum talis ſpecies non potuiſſet eſſe quidditatiua, quin ſimul eſſet intuitiua; vt rectè, inter alios, animadvertunt PP. Salmanticenſes tractatu 7. diſp. 6. numero 109. & 120. Reſpondetur. *Scotus.* *PP. Salmanticenſes.*

58 Ad illud, quod opponitur ex D. Paulo eſt dicendum: D. Paulum fuiſſe recordatum, non eſſentiæ Diuinę, ſed aliarum rerum, quas viderat in eſſentia Diuina. Vnde non dixit in numero ſingulari (quaſi ſignans obiectum ſuæ viſionis habitæ in raptu), ſed in plurali: *Audiuit arcana verba, &c.*; vt notat Cardinalis Cayetanus, vbi ſupra: quia non meminit eſſentiæ Diuinæ, ſed ſe vidiſſe eſſentiam diuinam, & aliarum rerum viſſarum in eſſentia Diuina. Quapropter ex dicto teſtimonio non probatur ſpecies creata eſſentiæ Diuinæ, ſed ſpecies rerum creatarum viſarum in eſſentia Diuina. Qualiter autem ſpecies intelligibiles rerum creatarum, viſarum in eſſentia Diuina, potuerunt formari in Diuo Paulo declaratur à Doctore Angelico, tùm 1. part. quæſt. Declaratur illud cuius recordabatur Apoſtolus, dum viſionis habitæ in raptu mentionē facieb[a]t. *Card. Cayet.* *S. Thomas.*

Digitized by Google

Arguitur vltimò.

Respondetur.

quæſt. 12. art. 9. ad 2. tùm 22. quæſt. 175. art. 4. ad tertium.

59 Vltimum eſt: cognitio naturalis, qua Angelus cognoſcit Deum, eſt eiuſdem ſpeciei in omnibus, & ſingulis Angelis: ergo non fit per ſubſtantiam Angeli cognoſcentis, vt per ſpeciem intelligibilem, ſed per ſpeciem inditam creatam, per ſe 1. repræſentantem Deum authorem naturæ. Antecedens, in quo eſt difficultas, fundatur primò in eo, quod talis cognitio naturalis erat Angelorum beatitudo naturalis, & hæc erat in omnibus, & ſingulis Angelis eiuſdem ſpeciei; vt eſt eiuſdem ſpeciei beatitudo ſupernaturalis in omnibus, & ſingulis Angelis in quibus invenitur. Secundò in eo, quod prædicta cognitio terminatur in omnibus Angelis ad idem obiectum formale, ſcilicèt, ad Deum, vt authorem, & finem naturalem; & ex vnitate obiecti formalis probatur vnitas ſpecifica cognitionum, quæ ad illud terminantur. Tertiò in eo, quod hæc cognitio elicitur medio habitu ſapientiæ naturalis, qui eſt eiuſdem ſpecie in omnibus Angelis, vt ſapientia ſupernaturalis eſt eiuſdem ſpeciei in omnibus Angelis, in quibus eſt.

Etiã ſi beatitudo ſupernaturalis ſit eiuſdẽ ſpeciei in omnibus Angelis in quibus invenitur; nõ erat eiuſdem ſpeciei in Angelis beatitudo naturalis de q. in argumẽtũ loquitur.

Cognitio Dei authoris naturæ habita ab Angelo per ſuam ſubſtãtiam nõ terminatur in omnibus Angelis ad idem obiectũ formale ſpecificans.

Si eſt in Angelis habitus ſapientię naturalis ab eorũ intellectu diſtinctus non eſt in ipſis vnus ſpecificè; ſi-

60 Cui reſpondeatur negando antecedens: & ad fundamenta pro eo oppoſita; dicendo ad primum, quod permiſo fuiſſe beatitudinem naturalem præfatam cognitionem naturalem, quã Angelus cognoſcit Deum, non inde infertur fuiſſe in omnibus eiuſdem ſpeciei; vt eſt eiuſdem ſpeciei in omnibus Angelis, in quibus eſt, beatitudo ſupernaturalis; quia hæc cognitio naturalis habet diverſum obiectum formale, & primarium in ſingulis Angelis; cum in ſingulis habeat pro obiecto formali, & primario ſubſtantiam Angeli cognoſcentis: quod non contingit in beatitudine ſupernaturali; cùm hæc in omnibus, in quibus eſt, habeat idem obiectum formale, & primarium. Ad ſecundum negetur, quod talis cognitio in omnibus Angelis terminatur ad idem obiectum formale ſpecificans, quia hoc eſt obiectum primarium, & prædicta Angelorum cognitio in quolibet Angelo habet obiectum formale primarium diſtinctum, propriam, videlicèt, cuiuſlibet ſubſtantiam. Ad tertium deniquè, quòd permi-

Digitized by Google

ſo in Angelis habitu ſapientiæ naturalis, ab eorum intellectu diſtincto, debet hic habitus diſtingui ſpecie in omnibus, & ſingulis illorum, ob diverſitatem ſpecificam obiecti formalis primarij talis habitus in omnibus, & ſingulis Angelis exiſtentis; quod non procedit in ſapientia ſupernaturali, quæ in omnibus, in quibus eſt, idem obiectum formale primarium habet.

cur eſt vnus ſpecificè habitus ſapientiæ ſupernaturalis in omnibus Angelis, in quibus eſt.

61 Si pro complemento doctrinæ præſentis Corollarij inquiras primò, an ſubſtantia Angeli ſit ei ſpecies intelligibilis ad cognoſcendum Deum authorem naturæ, ſicut eſt ſpecies ad ſui cognitionem? Reſpondemus, quod varij varia dicunt huic quæſito (vt videbis, tùm in Magiſtro Navarrete 1. part. quæſt. 56. controverſia 55. Tum in PP. Salmanticenſibus diſp. 6. hìc iam relata dubio 5.) nos tamèn iudicamus, quòd ſubſtantia Angeli cognoſcentis aliter eſt ei ſui ſpecies, aliter eſt ſpecies Dei Authoris naturæ. Quod ita ſuademus: ſubſtantia Angeli eſt ſui ſpecies non vt *quod* cognita, ſed tantum, vt *quo*; ſed Dei Authoris naturæ eſt ſpecies vt *quod* cognita: ergo ſubſtantia Angeli aliter eſt ſpecies Dei authoris naturæ, aliter eſt ſui ſpecies.

Si inquir. 1. An ſubſtantia Angeli ſit ei ſpecies intelligibilis ad cognoſcendum Deũ authorem naturę ſicut eſt ſpecies ad ſui cognitionẽ.

M. Navarr. P. Salman.

Dicemus, quod aliter eſt ſpecies Dei ac ſui; & huius alietatem explicamus.

Vnde ſubſtantia Angeli (quæ eſt ſpecies proprio intellectui, vt Angelus ſe, & Deum authorem naturæ cognoſcat) ad cognoſcendam propriam ſubſtantiam Angeli ipſa eſt ſpecies intelligibilis ſubſtantiæ; at ad cognoſcendum Deum authorem naturæ ipſa non eſt ſpecies intelligibilis Dei authoris naturæ, ſed ſubſtantiæ Angeli in qua, vt in *quod* cognito, Deus vt author naturæ cognoſcitur. Et, vno Verbo, Deus vt author naturæ non cognoſcitur *ſubſtantia Angeli*; ſed *in ſubſtantia Angeli* prius cognita: quod non tàm eſt ſubſtantiam Angeli eſſe ſpeciem intelligibilem, quàm eſſe ſpeciem obiectivam Dei authoris naturæ.

Quædã inſtantia.

Solvitur inſtantia.

Species intelligibilis eſt imago præcisè intentionalis obiecti.

62 Verùm dices: ſubſtantiam Angeli eſſe imaginem, & ſimilitudinem Dei authoris naturæ, vt habetur ex D. Thoma 1.p.q. 56. art. 3. ergo, & eſt ſpecies intelligibilis Dei authoris naturæ; ſiquidem talis ſpecies (vt ſit talis) nihil aliud exigit, quam eſſe imaginem, & ſimilitudinem Dei authoris naturę. Ad quod reſpondeatur, quod

Subſtantia Angeli non eſt imago

Digitized by Google

intentionalis, ſed realis Dei.

P. Averſa.

quod ſpecies intelligibilis alicuius obiecti (provt hic accepta) non eſt qualiſcumque imago, vel ſimilitudo obiecti, ſed præciſè eſt imago intentionalis, & ſimilitudo formalis ipſius: cumque ſubſtantia Angeli non ſit imago intentionalis, ſed realis Dei (de cuius imaginis conceptu eſt non ducere in cognitionem illius, cuius eſt imago, niſi in quantùm obiectivè cognita; vt benè obſervat P. Averſa 1. p. q. 56. ſect. 3.) nec ſit eius ſimilitudo formalis, ſed virtualis, vt eſt illa ſimilitudo, qua effectus aſſimilatur cauſæ; hinc provenit, quod non obſit dictis inſtantia hic poſita.

Si inquiras 2: vtrū Angelus nō ſolūm per ſuā ſubſtantiam vt ſpeciem; ſed, & per ſpecies intelligibiles cæterorū effectuum naturalium, cognoſcit Deū authorē naturæ? Reſpōdebimus affirmativè.

63. Si ſecundò inquiras, vtrùm Angelus non ſolùm per ſuam ſubſtantiam, vt ſpeciem, ſed, & per ſpecies intelligibiles cæterorum effectuum naturalium cognoſcit Deum authorem naturæ? Reſpondebimus affirmativè conformitèr ad iam dicta: quia ſi per ſuam ſubſtantiam illum cognoſcit, eò quòd ipſa eſt effectus Dei authoris naturæ ad imaginem Dei facta, Deoque ſimilis; cum hoc conveniat omnibus Dei effectibus (omnes enim ſunt effectus Dei, Deo ſimiles, & ad imaginem Dei facti) per omnium effectuum naturalium ſpecies cognoſcit etiam Angelus Deum authorem naturæ.

Dices ex dictis à nobis.

Sed nō obſtabit.

S. Thomas.

Quādo Angelus cognoſcit, ſiuè cōprehenſivè, ſiuè tantū quidditativè effectū Dei naturalē, vt effectū Dei, cognoſcit per illū Deū auth. naturæ.

64. Dices verò, quod ratio noſtra propoſita in numero 44. tantùm procedebat de effectu Dei authoris naturæ ab Angelo comprehenſo. Vnde cum non omnes effectus naturales Dei comprehendantur ab Angelo (iuxta doctrinam negantem, quod Angelus inferior comprehendit ſuperiorem) videtur, quod per ſpecies omnium effectuum naturalium non cognoſcit Angelus Deum authorem naturæ. Non tamèn hoc obſtat, nam cum ibi loqueremur de effectu Dei comprehenſo, vſi fuimus his vocibus: in quo non iudicavimus, quod ſolū per effectum Dei comprehenſum, (ſeù per ſpeciē illius) Deus cognoſcitur: quia cū omnibus interpretibus D. Thom. 1. p. q. 56. art. 3. ſentimus, quòd quādo Angelus cognoſcit, ſiuè cōprehenſiuè, ſiuè tantùm quidditativè quemlibet effectum Dei naturalem cognoſcit per dictum effectum (ſeù per ſpeciem illius) Deum authorem naturæ: ſiuè enim talem effectum cognoſcat cōprehenſivè, ſiuè ſolum quidditativè; dùm illum cognoſcat, vt effectum Dei; vt Deo ſimilem, & vt ad imaginem Dei factum

(vt

(vt illum poteſt cognoſcere cognitione tantùm quidditativa) cognoſcit per ſpeciem prætati effectus, Deum authorem naturæ.

65 Licet debeat animadverti, quod licèt per ſpecies omnium effectuum naturalium Dei Deus, vt author naturæ repræſentetur Angelis, non repræſentatur æquè perfectè per omnes has ſpecies; eò quod perfectiùs repræſentatur Deus per ſpeciem comprehenſivam effectus naturalis, quàm per ſpeciem non comprehenſivam; ſed purè quidditativam prædicti effectus; & perfectiùs etiam repræſentatur per ſpeciem comprehenſivam perfectioris effectus naturalis, quàm per ſpeciem comprehenſivam minus perfecti effectus naturalis. Propter quod eſt dicendum, quod ſi Angelus inferior non comprehendit ſuperiorem (vt nos iudicabimus in proprio loco) perfectiùs cognoſcit Deum Authorem naturę per ſuam ſubſtantiam, quàm per ſpecies rerum creatarum ſibi inferiorum, & quàm per ſpecies Angeli ſuperioris. Ratio primi eſt; quia licèt tàm ſe, quàm res creatas ſibi inferiores comprehendat; at ſua ſubſtantia eſt perfectior ſimilitudo Dei, quàm res creatæ ſibi inferiores; cum illa ſit perfectior effectus naturalis Dei, quàm res creatę ſibi inferiores. Ratio ſecundi eſt; quia licèt ſubſtantia Angeli ſuperioris ſit perfectior ſimilitudo Dei, & perfectior Dei effectus, quàm ſubſtantia Angeli inferioris; verùm, cùm ipſi repræſentetur propria ſubſtantia per ſe ipſam, vt per ſpeciem comprehenſivam; & ſubſtantia Angeli ſuperioris per ſpeciem non comprehenſivam, perfectiùs repræſentatur ipſi Deus per ſuam ſubſtantiam, quàm per ſpeciem Angeli ſuperioris à ſe non cōprehenſi; vt eſt clariſsimum. Si verò Angelus inferior ſuperiorem comprehenderet, perfectiùs repræſentaretur ei Deus author naturæ per ſpeciem Angeli ſuperioris, quàm per ſuam ſubſtantiam; quia tunc, & eſſet Angelus ſuperior (vt nunc eſt) ſimilitudo Dei, & effectus Dei perfectior; & comprehēſive repræſentaretur Angelo inferiori. ¶. Et hæc de hoc dubio applicando, diſt. 3. lib. 2. diſt. Magiſtri ſententiarū; vbi illud movent Doct. Subtilis, tùm q. 8. tùm q. 10. Durandus q. 6. num. 7. aliique Magiſtri Commentatores, (& etiam cōprehenditur ſub titulo articuli 1. q. 3. ibi exagitatè à Præceptore Angelico) necnon Baconius in 2. diſt. 4. q. 1.

Licèt aliter repræſentetur Deus author naturę per vnam ſpeciem, quàm per aliam effectuum naturalium.

Quia perfectiùs repræſentatur per ſpecies effectus comprehēſivas, quā per nō comprehenſivas.

Scotus.

Durandus.

S. Thomas.

Bacon.

DVBIVM SECVNDVM.

Vtrùm eſſentia Angeli ſit etiam ſpecies reſpectu proprij intellectus, vt Angelus alia à ſe cognoſcat? Vel an requiratur ad horum cognitionem ſpecies intelligibilis accidentalis in intellectu Angeli intelligentis recepta?

§. I.

Aliqua ſupponuntur, & referuntur ſententiæ.

1. Notabile, De obiectis, de quibus eſt hoc dubium.

1 PRimò notandum eſt quæſtionem noſtram procedere, nedùm de alijs Angelis ab Angelo cognoſcente cognoſcendis; verùm de alijs obiectis creatis ab ipſomet etiam diſtinctis (de *creatis* loquimur; quia de Deo, *vt authore naturæ*, iàm diximus in immediato dubio à numero 43.) & inquirit, an eſſentia Angeli cognoſcentis ſufficiat, vt ſpecies pro omniũ obiectorum cognitione? *Diſtincta* videlicet, *ſeù non confuſſa, hoc eſt* ſecundùm prædicata omnium obiectorum propria (eò, quod ad illorum cognitionem *confuſſam*, vt ſupra explicatam, non deſiderabatur alia ſpecies intelligibilis in numero 44. præcedentis dubij) vel, an requiratur ſpecies intelligibilis accidentalis diſtincta, & ab Angelo cognoſcente, & ab obiectis cognoſcendis? In quo excluſum manet, quòd ipſamet obiecta poſsint abſque ſpecie intelligibili determinare intellectum ad ſui cognitionem; quod placuit aliquibus Antiquis. Et (expreſsè loquentes de Angelo cognoſcente) Durandus in 2. diſt. 3. q. 6. à numero 17. Gabriel q. 2. art. 2. concluſione 2. Baſſolis ibi, q. 3. art. 2. in fine; Gregorius diſt. 7. q. 5. art. 1. Ocham in 2. q. 14. 15. & 16. & Pater Vazquez 1. p. diſp. 201. num. 11. ſentiunt, poſſe obiecta ab Angelo cognoſci, abſque vlla ſpecie; ita, vt nec eſſentia Angeli cog-

Durandus. Gabriel. Baſſolis. Gregorius. Ocham. P. Vazquez.

Digitized by Google

cognoſcentis deſerviat, vt ſpecies, neque detur ſpecies accidentalis, ſed quod ipſamet obiecta poſsint determinare intellectum Angeli, vt ea cognoſcat; quod ęgrè componitur cum communi apprehenſione diſtinguente potentiam intellectivam ab appetitiua in eo, quod intellectiua trahit obiecta diſtincta a cognoſcente ad ſe, potentia verò appetitiua fertur ad obiecta, cum appetitus feratur ad obiecta pondere, intellectus vero ſimilitudine; quæ ſimilitudo eſt in intellectu, vt per eam intellectus aſsimiletur obiecto cognoſcendo: & hanc ſimilitudinem eſſe in intellectu cognoſcentis, & non extra, ſuadetur; tùm ex conceptu trahendi obiectum ad potentiam, quod quidem, nequit trahi per ſimilitudinem extra intellectum exiſtentem; tùm etiam ex immaterialitate ſimilitudinis deſideratæ, vt obiectum materiale depuretur à conditionibus materialibus, quibus in ſe afficitur; &, vt obiectum immateriale proportionetur immaterialitati intellectus ipſum cognoſcentis; cum tale obiectum, vel poſsit excedere, vel poſsit excedi in immaterialitate à ſubiecto illud cognoſcente; quæ omnia probant ſimilitudinem obiecti cognoſcendi eſſe intra, & non extra intellectum cognoſcentem. Igitur, quod noſtra concertat Diſputatio eſt an hæc ſimilitudo obiectorum aliorum ab Angelo cognoſcente, quæ eſt ſpecies, ſit ipſamet eſſentia Angeli cognoſcentis, vel an aliqua ſpecies accidentalis à tali eſſentia diſtincta?

Diſtinctio potentiæ intellectiuæ ab appetitiua explicatur.

Suadetur quod ſimilitudo obiecti cognoſcẽdi ſit in intellectu cognoſcentis.

2 Secundò ſupponendum eſt, eſſentiam Angeli eſſe finitam, & limitatam non ſolum in eſſe entitatiuo, ſed etiam in eſſe intelligibili, quæ limitatio in eſſe intelligibili oritur tanquam à prima radice à limitatione in eſſe entitativo; cum ex eo probetur non poſſe dari aliquam ſpeciem impreſſam, per quam cognoſcatur Deus quidditativè, & cõtineat ipſum Deum ſecundum infinitatem in eſſe intelligibili; quia, ſi talem infinitatem haberet, etiam eſſet infinita entitatiuè. Ex quo colligitur Angelum ſecundùm ſe ipſum non poſſe habere rationem ſpeciei intelligibilis, vt ipſe cognoſcat quævis obiecta extra ſe; ſi hoc exigat infinitatem in eſſe intelligibili; immò, & ſi ſolùm dicat maiorem perfectionẽ in eſſe intelligibili, quàm correſpondentem eſſe entitativo Angeli cognoſcentis; ſed ſicut eſſentia Angeli in eſſe entitatiuo non poteſt excedere ſuos proprios limites, ita neque in

2. Notabile eſſentia Angeli eſt finita, & limitata non ſolũ in eſſe entitatiuo, ſed etiã in eſſe intelligibili.

Angelus nõ poteſt eſſe ſpecies intelligibilis aliorum à ſe, ſi hoc exigat infinitatem,

Digitized by Google

in genere intelligibili poteſt continere quidquid illam extrahat à proprio genere, & propria differentia, & à limitatione, quam habet in eſſe intelligibili orta à limitatione ſui in eſſe entitatiuò. Quo præiacto inquirimus, an limitationi eſſentiæ Angeli repugnet, quòd ſit ſpecies, vt Angelus cognoſcat omnia obiecta extra ſe? Si enim non repugnet, non erit neceſſaria ſpecies accidentalis.

1. Sentētia negat Angelis ſpecies, vt alia à ſe cognoſcāt. Et ſunt pro ea. *Durandus. Gabriel. Ocham. Baſſolis. Gregorius. P. Vazquez. Altiſsiodorenſ.*

3 In hac quæſtione relati in numero 1. aſſerunt non eſſe neceſſarias ſpecies intelligibiles diſtinctas ab obiectis, & ab Angelo cognoſcēte, vt Angelus cognoſcat omnia obiecta extra ſe: quia licèt P. Vazquez in diſp. 200. appareat dubius erga hanc ſententiam, & erga oppoſitam; in diſp. tamē 201. in numero 11. (iam ſupra citato) ait: facilius ad intelligendum ſibi viſum eſſe; Angelum non indigere ſpeciebus, vt intelligat quidquid intra limites ſui obiecti continetur. Quæ opinio (vt rectè obſervat Pater Suarez libro 2. de Angelis, cap. 3. numero 4.) tribui poteſt Altiſsiodorenſi lib. 2. ſum. tractatu 5. cap. 4. & hoc opinantur præfati DD. non quia iudicent (vt de illis cenſet Magiſter Ferre tomo 3. in 1. p. numero 834.) Angelum omnia cognoſcere per ſuam eſſentiam, vt ſpeciem; ſed, quia exiſtimant poſſe Angelum omnia obiecta cognoſcere, quin ſit neceſſarium ponere ſpecies, vel aliquid, quod loco obiecti concurrat ad cognitionem.

Quibus ſuffragatur. *Henricus.*

Quibus ex parte ſuffragatur Henricus; quatenùs in principio quæſtionis 14. *Quodlibeti* 5. dicit: quod fruſtra finguntur ſpecies impreſſæ: licèt poſtea ibi ſingulariter diſcurrat putans quòd; etſi Angelus non habeat ſpecies intelligibiles, vt reducatur in actum cognitionis, eget quodam habitu ſcientiali, quem habet à natura congenitum, vt perfectus ſit; poſsitque ſibi præſentia facere omnia naturaliter à ſe cognoſcibilia, quæ in illo habitu virtute continentur: in quo videtur deſiderare hunc Doctorem talem habitum in ſupplementum ſpecierum; & per hoc diſcordare à prædictis AA.

2. Sentētia tenet ſufficere ſubſtantiam Angeli cognoſcētis pro ſpecie obiecti cognoſcendi. Pro qua ſunt. *Averroes. Alexander. Aphrodis. Vidaric.*

Alij, tenentes requiri ſpeciem intelligibilem ad hoc, vt Angelus eliciat cognitionem cuiuſcumque obiecti, defendunt, hanc ſpeciem non debere eſſe accidentalem Angelo cognoſcenti ſuperadditam, ſed poſſe ſubſtantiā talis Angeli ei ſufficienter deſervire per modum ſpeciei, vt rē quācumque poſſet cognoſcere. Pro quo placito adduci ſolent Aue-

Digitized by Google

Auerroes; Alexander, Aphrodis 12. Metaph. text. 44. & 51. Vldaric, lib. 4. ſummæ; vt refert Carthus in 2. diſt. 3. q. 5.

3. Sententia iudicat, quod Angelus cognoſcendus eſt ſpecies, vt alter cum cognoſcat. Et pro hac ſunt.

Verùm Pater Molina 1. p. q. 56. art. 2. §. *Dubium verò eſt*; & quidam ex veteribus (refutati à Præceptore Angelico: Tùm in q. 8. de *Veritate*, art. 7. Tum in 2. *contra Gentes* capite 98.) tuentur, quod vnus Angelus cognoſcit alium non per eſſentiam ſuam, ſed per eſſentiam Angeli cogniti. Quibus adhæret Pater Becanus tract. de Angelis cap. 1. q. 8. num. 3. vbi propugnat, quod Angelus poteſt cognoſcere aliū intuitivè per ſubſtantiam cogniti, quandò à ſe invicèm non diſtant. Et P. Arriaga tractatu de Angelis diſp. 5. num. 23. fatetur nullam ad eſſe repugnantiam de potentia Dei abſoluta in hoc, quod Angelus cognoſcendus per ſe immediatè ſine intermedijs ſpeciebus poſsit concurrere cum intellectu alieno ad ſui cognitionem.

P. Molina, & quidam Antiqui. Illiſque adhæret *P. Becanus*. *P. Arriaga*.

Doct. Subtilis in 2. diſt. 3. q. 10. §. *Ad quæſtionem*, verſ. *Et ſi*; loquitur cum diſtinctione, concedens Angelis ſpecies intelligibiles, vt alia à ſe abſtractivè cognoſcant, non tamèn, vt talia alia cognoſcant intuitivè (à quo non ſe elongat P. DerKenis, diſp. 2. num. 16. vbi ait nihil aliud exigi ex parte obiecti, vt Angelus quodlibet obiectū cognoſcat, niſi quod obiectum, non ſit nimis diſtans) cui ſubſcribunt Faber; Piloſus; Licheus; & Pontius: hocquè idem debent tenere omnes Scotiſtæ, cum ſit expreſſum aſſertum ſui Doctoris; vt animadvertit Magiſter Delgadillo cap. 4. de Angelis, difficultate 2. numero 19. Quam ſententiam, quoad partem, eligit Pater Echeverria diſp. 4. de Angelis numero 13. dicens, ibi: quod Angelus nullis indiget ſpeciebus impreſsis ſuperadditis ad cognoſcenda obiecta naturalia (immò ſupernaturalia) actu exiſtentia & præſentia; ſin verò eget ſpecie (non quidem virtuali, & ſubiectiva, *media qua*; ſed formali obiectiva *in qua*) ad abſtractiuè, & mediatè cognoſcenda obiecta (ſeu naturalia, ſeu ſupernaturalia), quæ non videt in ſe ipſis, nec ſunt ipſi præſentia, & exiſtentia.

3. Sententia cum diſtinctione loquitur. Et pro ea ſunt. *Scotus*. *P. DerKenis* *Faber*. *Piloſus*. *Licheus*. *Pontius*. *M. Delgadillo*. *P. Echeverria*.

Communis tamen Doctorum ſententia (vt teſtatur inter alios Pater Quiros tomo 2. in 1. p. diſp. 55. numero 0.) iudicat eſſe neceſſarias ſpecies intelligibiles accidentales, vt Angelus cognoſcat quodcūque obiectū creatū ſibi extraneū, etiam ſi ſit naturale. Quod docet Præceptor

Communis ſententia ponit in Angelo ſpecies, vt alia à ſe cognoſcat. Et ſunt pro illa.

An-

S. Thomas. D. Dionyſ. P. Suarez. Alijquè multi. S. Auguſt.

Angelicus, tum 1. p. q. 55. art. 1. Vbi hoc colligit ex D. Dionyſio (de *Diuinis nominibus* cap. 4. & 7.) tùm in 2. diſt. 12. art. 3. & 5. tùm in 3. diſt. 14. art. 1. q. 2. in *Corpore*; & in ſolutione ad primum. S. Doctorem ſequuntur ſui Diſcipuli; alijquè, quam plurimi; inter quos plena eruditione procedit P. Suarez libro 2. de Angelis, cap. 3. in cuius numero 6. multos etiam ex antiquis refert pro iſto placito; quod (ſecundū ipſum) tribui ſolet Magno Parenti Auguſtino in libris maximè *de Geneſi ad litteram*.

§. II.

Statuitur concluſio noſtra.

Angelus nequit per ſuam ſubſtantiam, vt ſpeciem, cognoſcere obiecta extra ſe; vnde indiget ſpeciebus accidentalibus omnium rerum creatarum, vt naturaliter eas cognoſcat.

4 Concluſio hæc eſt expreſſa, quoad vtramque partem, in Angelico Magiſtro 1. p. q. 55. art. 1. per ſequentia verba: *Solus Deus cognoſcit omnia per ſuam eſſentiam. Angelus autem per ſuam eſſentiam, non poteſt omnia cognoſcere, ſed oportet intellectum eius aliquibus ſpeciebus perfici ad res cognoſcendas*. In quibus ita clarè rem noſtram tradit Angelicus Magiſter; vt ſolùm egeamus doctrinam iſtam ſub forma proponere, vt aduerſariorum ſolutiones faciliùs impugnemus, eritque aſſumptū primum, tantùm, oſtendere, ſcilicèt, non poſſe Angelū alia à ſe per ſuam ſubſtantiam cognoſcere; ex quo, & ex præiactis in notabilibus conſtabit ſecundum, videlicèt, eſſe neceſſarias ſpecies accidentales, vt Angelus naturaliter cognoſcat obiecta extra ſe. Diximus conſultò, vt cognoſcat *naturaliter*, quia ſi per viſionem Beatam omnia cognoſceret, tunc non erunt neceſſariæ ſpecies accidentales omnium rerum ſed eſſentia Diuina erit ſpecies.

S. Thomas.

Probatur concluſio.

Non poteſt Angelus per ſuam eſſentiam, vt per ſpeciem, omnia cognoſcere, ſi omnium eſſe ſpeciem ſit proprium eſſentiæ Diuinæ; ſed eſſe ſpeciem omnium rerum eſt proprium eſſentiæ Diuinæ; ergo Angelus non poteſt cognoſ-

noſcere obiecta,extra ſe,per ſuā eſſentiam,vt ſpeciem. Maior eſt certa,minorem apertè docet Angelicus Magiſter teſtimonio relato:nam,quod ſoli eſſentiæ Diuinæ convenit, eſt proprium eſſentiæ Diuinæ;ſed ſoli eſſentiæ Diuinæ conuenit(ex Angelico Magiſtro) eſſe ſpeciem omnium rerū: ergo eſſe ſpeciem omnium rerum, eſt proprium eſſentiæ Diuinæ.Rationem huius vltimæ minoris dat Angelicus Magiſter paulo ante:eſſe ſpeciem omnium rerum; eſt eſſe formam continentem omnia,quorum ſit ſpecies, continentia perfecta;ſed proprium eſt eſſentiæ Diuinæ, quæ infinita eſt, vt in ſe ſimpliciter omnia comprehendat perfectè:ergo ſoli eſſentiæ Diuinæ convenit eſſe ſpeciem omnium rerum. Maior,& minor ſunt D.Thomæ in eodem articulo;ex quibus infert concluſionem ſuam,vt à nobis in principio huius numeri tranſcriptam.

Eſſe ſpeciē omniū aliorum a ſe,eſt proprium eſſentiæ Diuinæ. *S.Thomas.*

5 Explicatur:eſſentia Angeli,nequit cōtinere omnia obiecta extra ſe continentia perfecta in eſſe intelligibili;ſed eſſe ſpeciem omnium rerum,eſt continere omnia cō tinentia perfecta in eſſe intelligibili ; ergo eſſentia Angeli non eſt ſpecies intelligibilis omnium rerum. Diſcurſus eſt legitimus:prob.maiorem,& minorem:maiorem ſic: eſſentia Angeli eſt limitata in eſſe intelligibili ad certum genus, & ad certam differentiam;ſed quod eſt limitatum in eſſe intelligibili ad certum genus,& ad certam differentiam , nequit continere omnia obiecta extra ſe continentia perfecta in eſſe intelligibili:ergo eſſentia Angeli nequit continere omnia obiecta extra ſe continentia perfecta in eſſe intelligibili.Prob.minorem:continere omnia obiecta continentia perfecta in eſſe intelligibili , eſt continere omnia obiecta in eſſe intelligibili ſecundùm omnium obiectorum genus,& differentiam;ſed quod eſt limitatum in eſſe intelligibili ad certum genus,& ad certam differentiam,nequit cōtinere in eſſe intelligibili omnia obiecta ſecundùm omniū eorum genus,& differentiam(vt de ſe patet)ergo, quod eſt limitatum in eſſe intelligibili ad certum genus,& ad certam differentiam,nequit continere omnia obiecta extra ſe cōtinentia perfecta in eſſe intelligibili.

Explicatur.

Eſſentia Angeli eſt limitata in eſſe intelligibili.

Prob.iam minorem primi ſyllogiſmi: eſſe ſpeciem omnium rerum,eſt eſſe ſpeciem adæquantem,& complentem intellectum in ordine ad attingentiam omnium rerū; ſed

Species intelligibilis adæquans, & complēs intellectum in ordine ad attingentiam omniū rerum eſt ſpecies continens omnia continentia perfecta in eſſe intelligibili.

ſed ſpecies, adęquans, & complens intellectum in ordine ad attingentiam omnium rerum, eſt ſpecies continens omnia continentia perfecta in eſſe intelligibili; ergo eſſe ſpeciem omnium rerum eſt continere, omnia continentia perfecta in eſſe intelligibili. Prob. minorem: ſpecies, adæquans, & complens intellectum in ordine ad attingentiam omnium rerum, debet continere actu per modum formæ, & actus, quidquid intellectus continet in potentia, & vt potentia intelligibilis; ſed continere actu per modum formæ, & actus, quidquid intellectus continet, vt potentia intelligibilis eſt eſſe ſpeciem continentem omnia continentia perfecta in eſſe intelligibili: ergo ſpecies, adæquans, & complens intellectū in ordine ad attingentiam omnium rerum, eſt ſpecies continens omnia continentia perfecta in eſſe intelligibili. Prob. minorem: continere actu per modum formæ, & actus quidquid intellectus continet, vt potentia intelligibilis, eſt continere actu omnia intelligibilia, ſecundùm gradum omnem genericum, & ſpecificum, cōtinentia formæ, & actus in eſſe intelligibili; ſed continere actu omnia intelligibilia, ſecundū gradum omnem genericum, & ſpecificum, continentia formæ, & actus in eſſe intelligibili, eſt eſſe ſpeciem continentem omnia continentia perfecta in eſſe intelligibili; ergo continere actu per modum formæ, & actus, quidquid intellectus continet, vt potentia intelligibilis, eſt eſſe ſpeciem continentem omnia continentia perfecta in eſſe intelligibili. Conſequentia eſt legitima; maior eſt certa; cùm intellectus, vt potentia intelligibilis reſpiciat omnia intelligibilia ſecundùm gradum omnem genericum, & ſpecificum; ſiquidem obiectum ipſius eſt omne verum, in quantum *verum*; proindeque omne intelligibile, ſecundùm gradum omnem genericum, & ſpecificum, continetur in intellectu, vt in potentia intelligibili: & minor conſtat in eſſentia Diuina, quæ eſt ſpecies continens omnia continentia perfecta in eſſe intelligibili, quia continet actu omnia intelligibilia, ſecundùm gradum omnem genericum, & ſpecificum continentia formæ, & actus in eſſe intelligibili.

Dices.

6 Sed dices, quod, licèt verum ſit: ſubſtantiam Angeli eſſe limitatam omninò; proindeque, quod non poſſit continere omnia, ſi contineri omnia tali limitationi repugnet; ſi tamèn poſſit continere omnia, ſecundùm gradū omnem

omnem genericum,& ſpecificum,ſalva limitatione ſubſtantiæ Angeli,nulla erit implicatio in hoc,quod ſubſtantia Angeli poſsit eſſe omnium rerum ſpecies intelligibilis: quod verò talis continentia non opponatur limitationi ſubſtantiæ ſuadetur ex poſsibilitate ſpeciei accidentalis omnia entia creata repræſentantis,& in Angelo ſupremo recipiendæ,vt omnia intelligibilia per ipſam cognoſceret;ſi enim cum limitatione ſpeciei accidentalis componitur, quod cõtineat in eſſe intelligibili omnia intelligibilia, cur non conciliabitur etiam cum limitatione ſubſtantiæ Angeli, quod omnia intelligibilia contineat in eſſe intelligibili.

7 Sed contra hanc ſolutionem ſic argumẽtamur: ſtat limitatio ſpeciei accidentalis cum continentia omnium intelligibilium in eſſe intelligibili, quia ſpecies accidentalis, tantùm in eſſe intelligibili,& repræſentativo omnia intelligibilia contineret;ſed ſi ſubſtantia Angeli eſſet ſpecies intelligibilis omnium rerum intelligibilium contineret omnia intelligibilia nedùm in eſſe intelligibili, & repræſentativo, verùm etiam in eſſe entitativo(quod repugnare, nulli poteſt eſſe Dubium)ergo ex conciliatione continentiæ omniũ intelligibilium in ſpecie accidentali cum eiuſdem limitatione,non benè arguitur ad eandem conciliationem in ſubſtãtia Angeli,vt ſpecie omnium intelligibilium.Maior eſt doctrina authorum ſolutionis minorem prob:ſi ſubſtantia Angeli eſſet ſpecies omnium intelligibilium eſſet mediũ cognitionis omnium intelligibilium,non accidentale, ſed ſubſtantiale (vt contrarij fatentur)ſed medium ſubſtantiale cognitionis omnium intelligibilium contineret omnia intelligibilia;nedùm in eſſe intelligibili,& repræſentativo, verùm etiam in eſſe entitativo:ergo,ſi ſubſtantia Angeli eſſet ſpecies intelligibilis omnium intelligibilium, contineret omnia intelligibilia,nedùm in eſſe intelligibili,& repræſentativo,verùm etiam in eſſe entitativo. Prob.minorem: mediũ ſubſtantiale cognitionis omnium intelligibilium;non eſſet, vt repræſentaret,ſed vt eſſet;ſed mediũ cognitionis, quod non eſſet,vt repræſentaret,ſed,vt eſſet,debet continere omnia intelligibilia,nedùm in eſſe intelligibili, & repræſentativo,verùm etiam in eſſe entitativo; ergo medium ſubſtantiale cognitionis omnium intelligibilium contineret omnia intelligibilia,nedùm in eſſe intelligibili,& repræſentativo,,

Contra.

Species intelligibilis accidẽtalis poteſt continere omnia intelligibilia in eſſe intelligibili. Quæ tamẽ non poteſt ſic continere ſubſtãtia Angeli.

Digitized by Google

vo, verùm etiam in eſſe entitativo. Conſequentia legitimè infertur; maiorem, & minorem probabimus; maiorem ſic: medium ſubſtantiale cognitionis eſſet ex illis rebus, quæ inſtitutæ ſunt tantùm, vt ſint: ergo medium ſubſtantiale cognitionis omnium intelligibilium, non eſſet vt repræſentaret, ſed, vt eſſet, Prob. minorem: medium cognitionis, quod nō eſſet, vt repræſentaret, ſed vt eſſet; ſi repræſentaret, eſſet, quia eſſet cauſa, vel effectus omnium intelligibilium, quorum eſſet medium; ſed medium, quod repræſentaret omnia intelligibilia, quia eſſet cauſa, vel effectus omnium intelligibiliū, contineret omnia intelligibilia nedùm in eſſe intelligibili, & repræſentativo, verùmetiam in eſſe entitativo: ergo medium cognitionis, quod non eſſet, vt repræſentaret, ſed vt eſſet, debet continere omnia intelligibilia nedùm in eſſe intelligibili, & repræſentatiuo, verùmetiam in eſſe entitatiuo. Prob. minorem: medium quod repræſentaret omnia intelligibilia, quia eſſet cauſa, vel effectus omnium intelligibilium, contineret omnia intelligibilia, ſicut cauſa continet effectum, vel ſicut effectus continet virtutem cauſæ (vt clarum videtur) ſed cauſa in eſſe entitativo continet effectum, & effectus in eſſe entitativo continet virtutem cauſæ, (cum cauſa virtualiter in eſſe phyſico contineat effectum, & effectus virtualiter in eſſe phyſico contineat virtutem cauſę) ergo medium, quod repræſentaret omnia intelligibilia, quia eſſet cauſa, vel effectus omnium intelligibilium, cōtineret omnia intelligibilia nedùm in eſſe intelligibili, & repræſentativo, verùmetiam in eſſe entitativo.

Declaratur impugnatio.

In vniverſo alia entia inſtituta ſūt, vt ſint; alia vt repræſentent.

8 Declaratur hoc: (breviter ſupponendo, quod in vniverſo alia entia inſtituta ſunt tantùm, vt ſint, vt ſubſtātię, ſpecies, & indiuidua; alia inſtituta ſunt, nō vt ſint, ſed vt alia à ſe repræſentent, vt accidentia intentionalia, ſeu ſpecies intelligibilis accidentales) quo præ notato arguitur ſic: ſpecies intelligibilis accidentalis omnium intelligibilium, non eſſet, vt eſſet, ſed vt alia à ſe repræſentaret; ſubſtantia vero Angeli, quæ eſſet ſpecies intelligibilis omnium intelligibilium, non eſſet in vniverſo, vt repræſentaret, ſed vt eſſet; ergo ex eo quod ſpecies intelligibilis accidentalis omnium intelligibilium non in componeretur cum ſua limitatione non infertur, nec etiam in componi cum limitatione ſubſtantiæ Angeli eſſe ſpeciem omnium intelligibilium, Prob. conſe-

ſequentiam: in primo exprimitur limitatio, in ſecundo relucet infinitas; ergo non infertur: ſpecies intelligibilis accidentalis omnium intelligibilium componitur cum limitatione; ergo non incomponitur ſubſtantiam Angeli eſſe limitatam, & eſſe ſpeciem omnium intelligibilium. Prob. antecedens, quoad vtramque partem, & quoad primam primo: ſpecies intelligibilis accidentalis omnium intelligibilium ſpecificaretur ab aliquo extrinſeco, propter quod eſſet, ſed in hoc exprimitur limitatio: ergo in ſpecie intelligibili accidentali omnium intelligibilium exprimitur limitatio. Prob. maiorem: ſpecies intelligibilis accidentalis omnium intelligibilium ſpecificaretur ab obiecto, pro vt eſt in ſe phyſice, ſed obiectum, pro vt eſt in ſe phyſicè, aliquid extrinſecum eſt: ergo ſpecies intelligibilis accidentalis omnium intelligibilium ſpecificaretur ab aliquo extrinſeco propter quod eſſet.

Relucet infinitas in ſubſtãtia repræſentativa omnium intelligibilium.

Secundam partem antecedentis: ſcilicèt, relucere infinitatem in ſpecie intelligibili omnium intelligibilium, ſi talis ſpecies ſit ſubſtantia; probatur ſic: ſpecies intelligibilis, quæ ſit ſubſtantia, non repræſentaret omnia, quia ſpecificaretur ab aliquo extrinſeco (cum ſubſtantia ſit per ſe, & ad ſe, & non propter aliud extrinſecum) ergo repræſentaret omnia, quia eſſet cauſa efficiens omnium intelligibilium; tunc ſic, ſed in hoc relucet infinitas: ergo relucet infinitas in ſpecie intelligibili omnium intelligibilium, ſi talis ſpecies ſit ſubſtantiã. Prob. primam conſequentiam: quod repræſentaret omnia, & non quia eſſet propter omnia, repræſentaret omnia, vel quia eſſet effectus omnium, vel quia eſſet cauſa efficiens omnium; ſed ſubſtantia, quæ eſſet ſpecies intelligibilis omnium intelligibilium repræſentaret omnia, non quia eſſet propter omnia (cum ſubſtantia non ſit propter aliud à ſe) nec, quia eſſet effectus omnium intelligilium (cũ hoc inintelligibile ſit) ergo repræſentaret omnia, quia eſſet cauſa efficiens omnium intelligibilium; ergo non rectè concluditur: ſpecies intelligibilis accidentalis componitur cum limitatione, etiam ſi ſit ſpecies omnium intelligibilium; ergo ſubſtantia, ſalva propria limitatione, poterit eſſe ſpecies intelligibilis omnium intelligibilium.

9 Sed dices: quod ſtante doctrina immediatæ im- Dices.

Digitized by Google

impugnationis omnia, ſaltèm generationi, & corruptioni ſubiecta, poſſunt repræſentari, tanquam per ſpeciem intelligibilem, per ſubſtantiam Angeli moventis Cœlum, vt per eam ipſemet Angelus illa cognoſceret; quia ſi cauſa poteſt eſſe ſpecies effectus, Angelus, qui eſt cauſa omnium, quæ generantur, & corrumpuntur medio motu Cœli a ſe cauſato, erit ſpecies intelligibilis aliorum à ſe, ſcilicèt eorū, quorum eſt cauſa.

Contra. 10 Sed contra hanc ſolutionem ſic obijcimus: ſola cauſa efficiens adæquata effectus poteſt eſſe, inter cauſas efficientes, ſpecies intelligibilis effectuum; ſed Angelus, medio motu Cœli à ſe cauſato, non eſt cauſa adæquata omnium, quæ generantur, & corrumpuntur; ergo Angelus nō cognoſcit per ſuam eſſentiam, vt ſpeciem intelligibilem, omnia, quæ generantur, & corrumpuntur medio motu Cœli à ſe cauſato. Prob. minorem: Angelus medio motu Cœli à ſe cauſato eſt cauſa eorum, quæ generationi, & corruptioni ſubijciuntur, in eadem amplitudine, ac motus Cœli, eſt cauſa eorum, quę generantur, & corrumpuntur, (vt omnibus eſt notum) ſed motus Cœli non eſt cauſa adæquata omnium, quæ generantur, & corrumpuntur (cum motus Cœli ad iſta concurrat ſimul cum alijs cauſis talem motum determinantibus ad productionem huius effectus præ alio) ergo Angelus medio motu Cœli a ſe cauſato, non eſt cauſa adæquata omnium, quæ generantur, & corrumpuntur; ergo eſſentia Angeli, Cœlum moventis, & medio tali motu cauſantis omnia, quæ generantur, & corrumpuntur, non eſt ſpecies intelligibilis omnium, quę generantur, & corrumpuntur.

Inter cauſas efficientes ſola cauſa adæquata effectus poteſt eſſe ſpecies intelligibilis illius

Explicatur. 11 Explicatur hoc: cum dicitur, quod cauſa efficiens continet effectus modo ſufficienti, vt ſit ſpecies effectuum, loquimur de cauſa efficienti, vel vnica effectuum; vel ſi non vnica, ſed ſimul cum alijs producente effectus, ſermo eſt de illa, quæ contineat eminenter omnes alias cauſas cum ea concurrentes ad effectum; ſed Angelus, medio motu Cœli à ſe cauſato cauſans omnia, quę generantur, & corrumpuntur, nec eſt cauſa vnica horum effectuum, nec continet alias cauſas ſimul cum motu Cœli ad tales effectus concurrentes; ergo, nec eſſentia Angeli moventis Cœlum erit ſibi ipſi ſpecies intelligibilis omnium, quę generan-

rantur, & corrumpuntur medio motu Cœli à ſe cauſato. Minor eſt certiſsima. Prob. maiorem: dum dicitur, quod cauſa efficiens continet effectus modo ſufficienti, vt ſit ſpecies effectuum, loquimur de cauſa continente effectum, continentia perfecta, ſecundùm proprias effectuum rationes, & non tantum, ſecundùm aliquam rationem communem; ſed cauſa, quæ, vel non ſit vnica effectuum, vel ſi non ſit vnica, ſed ſimul cum alijs producens, quæ nõ contineat eminenter aliàs cauſas ad effectus cum ea concurrentes, non cõtinet effectus, continentia perfecta ſecundùm proprias effectuum rationes, ſed tantùm ſecundùm rationes communes: ergo cum dicitur, quod cauſa efficiens, continet effectus modo ſufficienti, vt ſit ſpecies effectuum, loquimur de cauſa efficienti, vel vnica effectuum, vel ſi non vnica, ſed ſimul cum alijs producente effectus, ſermo eſt de illa, quæ continet eminenter alias cauſas cum ea concurrentes ad effectus. Diſcurſus eſt legitimus, maior eſt certa (iuxta dicta à nobis numero 5. pro continentia perfecta, in ſpecie intelligibili eorum, quorum ipſa ſit ſpecies: & minorẽ habemus in eſſentia Diuina, quæ ſola eſt ſpecies intelligibilis omnium creatorum, & creabilium, omniumque effectuum: quia cum ſit, vel cauſa vnica omnium effectuum, vel ſi non ſit vnica, ſed ſimul cum cauſis ſecundis concurrat ad eorum productionem, quia tamen continet eminenter omnes cauſas ſecundùm omnes rationes, & formalitates ipſarum, continet omnia entia creata, creabilia, & quomodocumque producenda, ſecundùm proprias effectuum rationes, proindeque continentia perfectiſsima eminentiali: ergo, vt eſſentia Angeli, mouentis Cœlum, & medio iſto motu cauſantis ea quæ per generationem, & corruptionem attinguntur, eſſet ſpecies intelligibilis talium obiectorum, erat neceſſe, quod Angelus, medio illo motu, eſſet cauſa efficiens eorum, quæ generantur, & corrumpuntur, non vt cumque, ſed continens effectus dictos ſecundùm proprias eorum rationes, & non ſolùm ſecundùm rationes communes, ſecũdùm quas illos tantùm continet.

Eſſentia Angeli mouentis Cœlum non eſt tali Angelo ſpecies intelligibilis omnium, quæ generantur, & corrumpuntur medio motu Cœli à ſe cauſato.

Sola eſſentia diuina eſt ſpecies intelligibilis omnium creatorum, & creabilium.

12 Sed dices: quod ad minus poterit eſſentia Angeli eſſe reſpectu proprij intellectus ſpecies intelligibilis aliorũ Angelorũ, quia eſſe eſſentiã cauſã, vel effectum eorũ, quorũ ſit ſpecies tantũ exigitur, quãdo illa nõ eſt ſimilis obiectis re-

Dices.

repræſentandis: ſi enim eſſet ſimilis; hoc ipſi ſufficiet, vt ſit ſpecies eorum, quibus aſsimiletur; & cum Angeli ſint, inter ſe ſimiles, tùm in eſſe creaturæ complerè intellectualis, tùm in excluſione materiæ phyſicæ cum admiſsione materiæ metaphyſicæ, ſeu potentialitatis, videtur eſſe ſufficientem ſimilitudinem inter Angelos, vt cuiusvis illorum eſſentia ſit, reſpectu ſui ipſius, ſpecies intelligibilis aliorum Angelorum.

Contra.

13. Sed contra hanc ſolutionem argumentabimur, admittendo, vt veram doctrinam, quam talis ſolutio continet (ſcilicèt ſolum eſſe neceſſarium, quod ſubſtantia ſit cauſa, vel effectus illorum obiectorum, quorum ſit ſpecies, quãdo illa non eſt ſimilis ipſis) & intendemus ſuadere non eſſe inter Angelos illam ſimilitudinem, quæ ſufficiat ad eſſe ſpeciei ſubſtantialis; quod ſic oſtendimus: eſſentia vnius Angeli eſt ſimilis eſſentiæ alterius Angeli tantùm ſecundùm gradum genericum; ſed ſimilitudo inter duo tantùm ſecundùm gradum genericum, non ſufficit, vt vnum ſit ſpecies reſpectu alterius: ergo, licet Angeli ſint inter ſe ſimiles, non erit eſſentia vnius reſpectu proprij intellectus ſpecies intelligibilis aliorum Angelorum. Maiorem, & minorem probabimus. Maiorem ſic: quæ differunt ſpecie, & tantùm genericè conveniunt, tantùm ſunt ſimilia ſecundùm gradum genericum; ſed eſſentia vnius Angeli differt ſpecie ab eſſentia alterius; ergo eſſentia vnius Angeli eſt ſimilis eſſentiæ alterius tantùm ſecundùm gradum genericum. Prob. primam minorem: ſimilitudo ſufficiens inter duo, vt vnum ſit ſpecies reſpectu alterius (ſi vnum non ſit accidens poſitum in rerum natura, non tàm, vt ſit, quàm vt alterum repræſentet, quale eſſe ſpeciem intelligibilem accidentalem diximus numero 8.) debet fundari in convenientia, nedùm generica verùm etiam, ſpecifica vtriuſque; ſed ſimilitudo inter duo, tantùm ſecundùm gradum genericum, non fundatur in convenientia vtriuſque, tàm generica, quam ſpecifica: ergo ſimilitudo inter duo, tantùm ſecundùm gradum genericum, non ſufficit, vt vnum ſit ſpecies reſpectu alterius. Minor eſt certa; prob. maiorem: ſimilitudo ſufficiens inter duo, vt vnum ſit ſpecies reſpectu alterius debet eſſe ſimilitudo ſecundùm omnes formalitates in vtroque reſidentes; ſed ſimi-

Eſſentia vnius Angeli tãtùm eſt ſimilis eſſentiæ alterius Angeli ſecũdùm gradum genericum.

militudo ſecundùm omnes formalitates in vtroque reſidentes, debet fundari in convenientia, nedùm generica, verùm etiam ſpecifica vtriuſque: ergo ſimilitudo ſufficiens inter duo, vt vnum ſit ſpecies reſpectu alterius, debet fundari in convenientia, nedùm generica, verùm etiã ſpecifica vtriuſque. Conſequentia eſt legitima, minor certa, (loquendo ſemper de ſpecie ſubſtantiali, non inſtituta, vt repræſentet, ſed vt ſit) & maior omnibus erit nota; cùm ſpecies, repræſentans obiectum ſecundùm omnes formalitates, debeat eſſe ſimilitudo ipſius ſecundùm omnes formalitates.

14 Vrgentius contra prædictam ſolutionem inſurgimus: eſſentiam Gabrielis eſſe ſimilem eſſentijs aliorũ Angelorum, non ſuadet eſſe medium deſerviens ad cognitionẽ vnius, vel alterius Angeli in particulari; ergo, nec aliorum (omnibus Angelis à ſe diſtinctis diuiſivè numeratis) ergo eſſentia vnius Angeli non eſt proprio intellectui ſpecies intelligibilis aliorum Angelorum. Secunda conſequentia conſtat ex 1. & 2. ex eo, quod non ſit maior ratio, vt eſſentia Gabrielis ſit ſpecies, ſeu medium deſerviens ad cognitionem vnius, vel alterius Angeli, quàm omnium diuiſiuè acceptorum: ex quo faciliori via impugnatur, quod ſit ſpecies intelligibilis omnium Angelorum collectiuè. Prob. antecedens: eſſentiam vnius Angeli eſſe ſimilẽ eſſentijs aliorum Angelorum eſt eſſentiam vnius Angeli referri per relationem ſimilitudinis ad eſſentias aliorum Angelorũ; ſed, eſſentiam vnius Angeli referri per relationem ſimilitudinis ad eſſentias aliorum Angelorum, non ſuadet eſſentiã vnius Angeli (v.g. Gabrielis) eſſe medium deſerviens ad cognitionem vnius, vel alterius Angeli in particulari; ergo eſſentiam Gabrielis, eſſe ſimilẽ eſſentijs aliorum Angelorum, nõ ſuadet eſſe mediũ deſerviens ad cognitionẽ vnius, vel alterius Angeli. Prob. minorẽ: eſſentiam vnius Angeli referri per relationẽ ſimilitudinis ad eſſentias aliorũ Angelorum, ſolũ ſuadet eſſentiã talis Angeli eſſe mediũ deſerviens ad cognitionem eſſentiæ aliorũ Angelorũ vagè, & indeterminatè, non tamẽ eſſentiæ vnius Angeli determinatè, vel alterius determinatè (idẽ dicendum de eſſentia determinata cuiusvis alterius Angeli in particulari) ſed, vt eſſentia Gabrielis eſſet mediũ deſerviens ad cognitionẽ vnius, vel alterius Angeli in particulari, erat neceſſe, quod eſſentia Gabrielis eſſet mediũ deſerviens

Vrgetur impugnatio.

Licet eſſentia vnius Angeli ſit ſimilis eſſentijs aliorum nõ eſt ſpecies intelligibilis illorum.

Digitized by Google

Species intelligibilis adæquans, & complēs intellectum in ordine ad attingentiam omniū rerum eſt ſpecies continens omnia continentia perfecta in eſſe intelligibili.

ſed ſpecies, adæquans, & complens intellectum in ordine ad attingentiam omnium rerum, eſt ſpecies continens omnia continentia perfecta in eſſe intelligibili; ergo eſſe ſpeciem omnium rerum eſt continere, omnia continentia perfecta in eſſe intelligibili. Prob. minorem: ſpecies, adæquans, & complens intellectum in ordine ad attingentiam omnium rerum, debet continere actu per modum formæ, & actus, quidquid intellectus continet in potentia, & vt potentia intelligibilis; ſed continere actu per modum formæ, & actus, quidquid intellectus continet, vt potentia intelligibilis eſt eſſe ſpeciem continentem omnia continentia perfecta in eſſe intelligibili: ergo ſpecies, adæquans, & complens intellectū in ordine ad attingentiam omnium rerum, eſt ſpecies continens omnia continentia perfecta in eſſe intelligibili. Prob. minorem: continere actu per modum formæ, & actus quidquid intellectus continet, vt potentia intelligibilis, eſt continere actu omnia intelligibilia, ſecundùm gradum omnem genericum, & ſpecificum, cōtinentia formæ, & actus in eſſe intelligibili; ſed continere actu omnia intelligibilia, ſecundū gradum omnem genericum, & ſpecificum, continentia formæ, & actus in eſſe intelligibili, eſt eſſe ſpeciem continentem omnia continentia perfecta in eſſe intelligibili; ergo continere actu per modum formæ, & actus, quidquid intellectus continet, vt potentia intelligibilis, eſt eſſe ſpeciem continentem omnia continentia perfecta in eſſe intelligibili. Conſequentia eſt legitima; maior eſt certa; cùm intellectus, vt potentia intelligibilis reſpiciat omnia intelligibilia ſecundùm gradum omnem genericum, & ſpecificum; ſiquidem obiectum ipſius eſt omne verum, in quantum *verum*; proindeque omne intelligibile, ſecundùm gradum omnem genericum, & ſpecificum, continetur in intellectu, vt in potentia intelligibili: & minor conſtat in eſſentia Diuina, quæ eſt ſpecies continens omnia continentia perfecta in eſſe intelligibili, quia continet actu omnia intelligibilia, ſecundùm gradum omnem genericum, & ſpecificum continentia formæ, & actus in eſſe intelligibili.

Dices.

6 Sed dices, quod, licèt verum ſit: ſubſtantiam Angeli eſſe limitatam omninò; proindeque, quod non poſſit continere omnia, ſi contineri omnia tali limitationi repugnet; ſi tamèn poſſit continere omnia, ſecundùm gradū omnem

omnem genericum, & ſpecificum, ſalva limitatione ſubſtantiæ Angeli, nulla erit implicatio in hoc, quod ſubſtantia Angeli poſsit eſſe omnium rerum ſpecies intelligibilis: quod verò talis continentia non opponatur limitationi ſubſtantiæ ſuadetur ex poſsibilitate ſpeciei accidentalis omnia entia creata repræſentantis, & in Angelo ſupremo recipiendæ, vt omnia intelligibilia per ipſam cognoſceret; ſi enim cum limitatione ſpeciei accidentalis componitur, quod cõtineat in eſſe intelligibili omnia intelligibilia, cur non conciliabitur etiam cum limitatione ſubſtantiæ Angeli, quod omnia intelligibilia contineat in eſſe intelligibili.

Contra.

7 Sed contra hanc ſolutionem ſic argumẽtamur: ſtat limitatio ſpeciei accidentalis cum continentia omnium intelligibilium in eſſe intelligibili, quia ſpecies accidentalis, tantùm in eſſe intelligibili, & repræſentativo omnia intelligibilia contineret; ſed ſi ſubſtantia Angeli eſſet ſpecies intelligibilis omnium rerum intelligibilium contineret omnia intelligibilia nedùm in eſſe intelligibili, & repræſentativo, verùm etiam in eſſe entitativo (quod repugnare, nulli poteſt eſſe Dubium) ergo ex conciliatione continentiæ omniũ intelligibilium in ſpecie accidentali cum eiuſdem limitatione, non benè arguitur ad eandem conciliationem in ſubſtãtia Angeli, vt ſpecie omnium intelligibilium. Maior eſt doctrina authorum ſolutionis minorem prob: ſi ſubſtantia Angeli eſſet ſpecies omnium intelligibilium eſſet mediũ cognitionis omnium intelligibilium, non accidentale, ſed ſubſtantiale (vt contrarij fatentur) ſed medium ſubſtantiale cognitionis omnium intelligibilium contineret omnia intelligibilia; nedum in eſſe intelligibili, & repræſentativo, verùm etiam in eſſe entitativo: ergo, ſi ſubſtantia Angeli eſſet ſpecies intelligibilis omnium intelligibilium, contineret omnia intelligibilia, nedùm in eſſe intelligibili, & repræſentativo, verùm etiam in eſſe entitativo. Prob. minorem: mediũ ſubſtantiale cognitionis omnium intelligibilium; non eſſet, vt repræſentaret, ſed vt eſſet; ſed mediũ cognitionis, quod non eſſet, vt repræſentaret, ſed, vt eſſet, debet continere omnia intelligibilia, nedùm in eſſe intelligibili, & repræſentativo, verùm etiam in eſſe entitativo; ergo medium ſubſtantiale cognitionis omnium intelligibilium contineret omnia intelligibilia, nedùm in eſſe intelligibili, & repræſentati-

Species intelligibilis accidẽtalis poteſt continere omnia intelligibilia in eſſe intelligibili. Quæ tamẽ non poteſt ſic continere ſubſtãtia Angeli.

vo,

Digitized by Google

vo, verùm etiam in eſſe entitativo. Conſequentia legitimè infertur; maiorem, & minorem probabimus; maiorem ſic: medium ſubſtantiale cognitionis eſſet ex illis rebus, quæ inſtitutæ ſunt tantùm, vt ſint: ergo medium ſubſtantiale cognitionis omnium intelligibilium, non eſſet vt repręſentaret, ſed, vt eſſet, Prob. minorem: medium cognitionis, quod nō eſſet, vt repræſentaret, ſed vt eſſet; ſi repręſentaret, eſſet, quia eſſet cauſa, vel effectus omnium intelligibilium, quorum eſſet medium; ſed medium, quod repræſentaret omnia intelligibilia, quia eſſet cauſa, vel effectus omnium intelligibiliū, contineret omnia intelligibilia nedùm in eſſe intelligibili, & repræſentativo, verùmetiam in eſſe entitativo: ergo medium cognitionis, quod non eſſet, vt repræſentaret, ſed vt eſſet, debet continere omnia intelligibilia nedùm in eſſe intelligibili, & repræſentatino, verùmetiam in eſſe entitatiuo. Prob. minorem: medium quod repræſentaret omnia intelligibilia, quia eſſet cauſa, vel effectus omnium intelligibilium, contineret omnia intelligibilia, ſicut cauſa continet effectum, vel ſicut effectus continet virtutem cauſæ (vt clarum videtur) ſed cauſa in eſſe entitativo continet effectum, & effęctus in eſſe entitativo continet virtutem cauſæ, (cum cauſa virtualiter in eſſe phyſico contineat effectum, & effectus virtualiter in eſſe phyſico contineat virtutem cauſę) ergo medium, quod repræſentaret omnia intelligibilia, quia eſſet cauſa, vel effectus omnium intelligibilium, contineret omnia intelligibilia nedùm in eſſe intelligibili, & repræſentativo, verùmetiam in eſſe entitativo.

Declaratur impugnatio.

In vniverſo alia entia inſtitutasūt, vt ſint; alia vt repræſentent,

8 Declaratur hoc: (breviter ſupponendo, quod in vniverſo alia entia inſtituta ſunt tantùm, vt ſint, vt ſubſtātię, ſpecies, & indiuidua; alia inſtituta ſunt, nō vt ſint, ſed vt alia à ſe repræſentent, vt accidentia intentionalia, ſeu ſpecies intelligibilis accidentales) quo præ notato arguitur ſic: ſpecies intelligibilis accidentalis omnium intelligibilium, non eſſet, vt eſſet, ſed vt alia à ſe repræſentaret; ſubſtantia vero Angeli, quæ eſſet ſpecies intelligibilis omnium intelligibilium, non eſſet in vniverſo, vt repræſentaret, ſed vt eſſet; ergo ex eo quod ſpecies intelligibilis accidentalis omnium intelligibilium non in componeretur cum ſui limitatione non infertur, nec etiam in componi cum limitatione ſubſtantiæ Angeli eſſe ſpeciem omnium intelligibilium, Prob. conſe-

ſequentiam:in primo exprimitur limitatio, in ſecundo relucet infinitas; ergo non infertur:ſpecies intelligibilis accidentalis omnium intelligibilium componitur cum limitatione; ergo non incomponitur ſubſtantiam Angeli eſſe limitatam,& eſſe ſpeciem omnium intelligibilium. Prob. antecedens, quoad vtramque partem, & quoad primam primò: ſpecies intelligibilis accidentalis omnium intelligibilium ſpecificaretur ab aliquo extrinſeco, propter quod eſſet,ſed in hoc exprimitur limitatio: ergo in ſpecie intelligibili accidentali omnium intelligibilium exprimitur limitatio. Prob.maiorem: ſpecies intelligibilis accidentalis omnium intelligibilium ſpecificaretur ab obiecto, pro vt eſt in ſe phyſice,ſed obiectum, pro vt eſt in ſe phyſicè, aliquid extrinſecum eſt:ergo ſpecies intelligibilis accidentalis omnium intelligibilium ſpecificaretur ab aliquo extrinſeco propter quod eſſet.

Secundam partem antecedentis: ſcilicèt, relucere infinitatem in ſpecie intelligibili omnium intelligibilium, ſi talis ſpecies ſit ſubſtantia; probatur ſic: ſpecies intelligibilis, quæ ſit ſubſtantia, non repræſentaret omnia, quia ſpecificaretur ab aliquo extrinſeco (cum ſubſtantia ſit per ſe, & ad ſe, & non propter aliud extrinſecum) ergo repræſentaret omnia, quia eſſet cauſa efficiens omnium intelligibilium; tunc ſic, ſed in hoc relucet infinitas: ergo relucet infinitas in ſpecie intelligibili omnium intelligibilium,ſi talis ſpecies ſit ſubſtantiâ. Prob.primam conſequentiam:quod repræſentaret omnia,& non quia eſſet propter omnia,repræſentaret omnia,vel quia eſſet effec tus omnium,vel quia eſſet cauſa efficiens omnium;ſed ſubſtantia, quæ eſſet ſpecies intelligibilis omnium intelligibilium repræſentaret omnia, non quia eſſet propter omnia (cum ſubſtantia non ſit propter aliud à ſe)nec,quia eſſet effectus omnium intelligilium(cū hoc inintelligibile ſit)ergo repræſentaret omnia, quia eſſet cauſa efficiens omnium intelligibilium;ergo non rectè concluditur:ſpecies intelligibilis accidentalis componitur cum limitatione, etiam ſi ſit ſpecies omnium intelligibilium; ergo ſubſtantia, ſalva propria limitatione, poterit eſſe ſpecies intelligibilis omnium intelligibilium.

Relucet infinitas in ſubſtãtia repræſentatiua omnium intelligibilium.

9 Sed dices: quod ſtante doctrina immediatæ im-

Dices.

impugnationis omnia, ſaltèm generationi, & corruptioni ſubiecta, poſſunt repræſentari, tanquam per ſpeciem intelligibilem, per ſubſtantiam Angeli moventis Cœlum, vt per eam ipſemet Angelus illa cognoſceret; quia ſi cauſa poteſt eſſe ſpecies effectus, Angelus, qui eſt cauſa omnium, quæ generantur, & corrumpuntur medio motu Cœli a ſe cauſato, erit ſpecies intelligibilis aliorum à ſe, ſcilicèt eorũ, quorum eſt cauſa.

Contra. 10 Sed contra hanc ſolutionem ſic obijcimus: ſola cauſa efficiens adæquata effectus poteſt eſſe, inter cauſas efficientes, ſpecies intelligibilis effectuum; ſed Angelus, medio motu Cœli à ſe cauſato, non eſt cauſa adæquata omnium, quæ generantur, & corrumpuntur; ergo Angelus nõ cognoſcit per ſuam eſſentiam, vt ſpeciem intelligibilem, omnia, quæ generantur, & corrumpuntur medio motu Cœli à ſe cauſato. Prob. minorem: Angelus medio motu Cœli à ſe cauſato eſt cauſa eorum, quæ generationi, & corruptioni ſubijciuntur, in eadem amplitudine, ac motus Cœli, eſt cauſa eorum, quę generantur, & corrumpuntur, (vt omnibus eſt notum) ſed motus Cœli non eſt cauſa adæquata omnium, quæ generantur, & corrumpuntur (cum motus Cœli ad iſta concurrat ſimul cum alijs cauſis talem motum determinantibus ad productionem huius effectus præ alio) ergo Angelus medio motu Cœli à ſe cauſato, non eſt cauſa adæquata omnium, quæ generantur, & corrumpuntur; ergo eſſentia Angeli, Cœlum moventis, & medio tali motu cauſantis omnia, quæ generantur, & corrumpuntur, non eſt ſpecies intelligibilis omnium, quę generantur, & corrumpuntur.

Inter cauſas efficientes ſola cauſa adæquata effectus poteſt eſſe ſpecies intelligibilis illius

Explicatur. 11 Explicatur hoc: cum dicitur, quod cauſa efficiens continet effectus modo ſufficienti, vt ſit ſpecies effectuum, loquimur de cauſa efficienti, vel vnica effectuum; vel ſi non vnica, ſed ſimul cum alijs producente effectus, ſermo eſt de illa, quæ contineat eminenter omnes alias cauſas cum ea concurrentes ad effectum; ſed Angelus, medio motu Cœli à ſe cauſato cauſans omnia, quę generantur, & corrumpuntur, nec eſt cauſa vnica horum effectuum, nec continet alias cauſas ſimul cum motu Cœli ad tales effectus concurrentes; ergo, nec eſſentia Angeli moventis Cœlum erit ſibi ipſi ſpecies intelligibilis omnium, quę generan-

Digitized by Google

rantur, & corrumpuntur medio motu Cœli à ſe cauſato. Minor eſt certiſsima. Prob. maiorem: dum dicitur, quod cauſa efficiens continet effectus modo ſufficienti, vt ſit ſpecies effectuum, loquimur de cauſa continente effectum, continentia perfecta, ſecundùm proprias effectuum rationes, & non tantùm, ſecundùm aliquam rationem communem; ſed cauſa, quæ, vel non ſit vnica effectuum, vel ſi non ſit vnica, ſed ſimul cum alijs producens, quæ nō contineat eminenter alias cauſas ad effectus cum ea concurrentes, non cōtinet effectus, continentia perfecta ſecundùm proprias effectuum rationes, ſed tantùm ſecundùm rationes communes: ergò cum dicitur, quod cauſa efficiens, continet effectus modo ſufficienti, vt ſit ſpecies effectuum, loquimur de cauſa efficienti, vel vnica effectuum, vel ſi non vnica, ſed ſimul cum alijs producente effectus, ſermo eſt de illa, quæ continet eminenter alias cauſas cum ea concurrentes ad effectus. Diſcurſus eſt legitimus, maior eſt certa (iuxta dicta à nobis numero 5. pro continentia perfecta, in ſpecie intelligibili eorum, quorum ipſa ſit ſpecies) & minorē habemus in eſſentia Diuina, quæ ſola eſt ſpecies intelligibilis omnium creatorum, & creabilium, omniumque effectuum: quia cum ſit, vel cauſa vnica omnium effectuum, vel ſi non ſit vnica, ſed ſimul cum cauſis ſecundis concurrat ad eorum productionem, quia tamen continet eminenter omnes cauſas ſecundùm omnes rationes, & formalitates ipſarum, continet omnia entia creata, creabilia, & quomodocumque producenda, ſecundùm proprias effectuum rationes, proindeque continentia perfectiſsima eminentiali: ergo, vt eſſentia Angeli, mouentis Cœlum, & medio iſto motu cauſantis ea, quæ per generationem, & corruptionem attinguntur, eſſet ſpecies intelligibilis talium obiectorum, erat neceſſe, quod Angelus, medio illo motu, eſſet cauſa efficiens eorum, quæ generantur, & corrumpuntur, non vt cumque, ſed continens effectus dictos ſecundùm proprias eorum rationes, & non ſolùm ſecundùm rationes communes, ſecūdùm quas illos tantùm continet.

Eſſentia Angeli mouentis Cœlum non eſt tali Angelo ſpecies intelligibilis omnium, quæ generantur, & corrumpuntur medio motu Cœli à ſe cauſato.

Sola eſſentia diuina eſt ſpecies intelligibilis omnium creatorum, & creabilium.

12 Sed dices: quod ad minus poterit eſſentia Angeli eſſe reſpectu proprij intellectus ſpecies intelligibilis aliorū Angelorū, quia eſſe eſſentiā cauſā, vel effectum eorū, quorū ſit ſpecies tantū exigitur, quādo illa nō eſt ſimilis obiectis re-

Dices.

repræſentandis: ſi enim eſſet ſimilis; hoc ipſi ſufficiet, vt ſit ſpecies eorum, quibus aſsimiletur; & cum Angeli ſint, inter ſe ſimiles, tùm in eſſe creaturæ completè intellectualis, tùm in excluſione materiæ phyſicæ cum admiſsione materiæ metaphyſicæ, ſeu potentialitatis, videtur eſſe ſufficientem ſimilitudinem inter Angelos, vt cuiusvis illorum eſſentia ſit, reſpectu ſui ipſius, ſpecies intelligibilis aliorum Angelorum.

Contra.

13. Sed contra hanc ſolutionem argumentabimur, admittendo, vt veram doctrinam, quam talis ſolutio continet (ſcilicèt ſolum eſſe neceſſarium, quod ſubſtantia ſit cauſa, vel effectus illorum obiectorum, quorum ſit ſpecies, quando illa non eſt ſimilis ipſis) & intendemus ſuadere non eſſe inter Angelos illam ſimilitudinem, quæ ſufficiat ad eſſe ſpeciei ſubſtantialis; quod ſic oſtendimus: eſſentia vnius Angeli eſt ſimilis eſſentiæ alterius Angeli tantùm ſecundùm gradum genericum; ſed ſimilitudo inter duo tantùm ſecundùm gradum genericum, non ſufficit, vt vnum ſit ſpecies reſpectu alterius: ergo, licet Angeli ſint inter ſe ſimiles, non erit eſſentia vnius reſpectu proprij intellectus ſpecies intelligibilis aliorum Angelorum. Maiorem, & minorem probabimus. Maiorem ſic: quæ differunt ſpecie, & tantùm genericè conveniunt, tantùm ſunt ſimilia ſecundùm gradum genericum; ſed eſſentia vnius Angeli differt ſpecie ab eſſentia alterius; ergo eſſentia vnius Angeli eſt ſimilis eſſentiæ alterius tantùm ſecundùm gradum genericum. Prob. primam minorem: ſimilitudo ſufficiens inter duo, vt vnum ſit ſpecies reſpectu alterius (ſi vnum non ſit accidens poſitum in rerum natura, non tam, vt ſit, quàm, vt alterum repræſentet, quale eſſe ſpeciem intelligibilem accidentalem diximus numero 8.) debet fundari in convenientia, nedùm generica verùm etiam, ſpecifica vtriuſque; ſed ſimilitudo inter duo, tantùm ſecundùm gradum genericum, non fundatur in convenientia vtriuſque, tam generica, quam ſpecifica: ergo ſimilitudo inter duo, tantùm ſecundùm gradum genericum, non ſufficit, vt vnum ſit ſpecies, reſpectu alterius. Minor eſt certa; prob. maiorem: ſimilitudo ſufficiens inter duo, vt vnum ſit ſpecies reſpectu alterius debet eſſe ſimilitudo ſecundùm omnes formalitates in vtroque reſidentes; ſed ſimi-

Eſſentia vnius Angeli tãtùm eſt ſimilis eſſentiæ alterius Angeli ſecũdùm gradum genericum.

Digitized by Google

militudo ſecundùm omnes formalitates in vtroque reſidentes, debet fundari in convenientia, nedùm generica, verùm etiam ſpecifica vtriuſque: ergo ſimilitudo ſufficiens inter duo, vt vnum ſit ſpecies reſpectu alterius, debet fundari in convenientia, nedum generica, verùm etiã ſpecifica vtriuſque. Conſequentia eſt legitima, minor certa, (loquendo ſemper de ſpecie ſubſtantiali, non inſtituta, vt repræſentet, ſed vt ſit) & maior omnibus erit nota; cùm ſpecies, repræſentans obiectum ſecundùm omnes formalitates, debeat eſſe ſimilitudo ipſius ſecundùm omnes formalitates.

14 Vrgentius contra prædictam ſolutionem inſurgimus: eſſentiam Gabrielis eſſe ſimilem eſſentijs aliorũ Angelorum, non ſuadet eſſe medium deſerviens ad cognitionem vnius, vel alterius Angeli in particulari; ergo, nec aliorum (omnibus Angelis à ſe diſtinctis diuiſivè numeratis) ergo eſſentia vnius Angeli non eſt proprio intellectui ſpecies intelligibilis aliorum Angelorum. Secunda conſequentia conſtat ex 1. & 2. ex eo, quod non ſit maior ratio, vt eſſentia Gabrielis ſit ſpecies, ſeu medium deſerviens ad cognitionem vnius, vel alterius Angeli, quàm omnium diuiſiuè acceptorum: ex quo faciliori via impugnatur, quod ſit ſpecies intelligibilis omnium Angelorum collectiuè. Prob. antecedens: eſſentiam vnius Angeli eſſe ſimilẽ eſſentiis aliorum Angelorum eſt eſſentiam vnius Angeli referri per relationem ſimilitudinis ad eſſentias aliorum Angelorũ; ſed, eſſentiam vnius Angeli referri per relationem ſimilitudinis ad eſſentias aliorum Angelorum, non ſuadet eſſentiã vnius Angeli (v.g. Gabrielis) eſſe medium deſerviens ad cognitionem vnius, vel alterius Angeli in particulari; ergo eſſentiam Gabrielis, eſſe ſimilẽ eſſentijs aliorum Angelorum, nõ ſuadet eſſe mediũ deſerviens ad cognitionẽ vnius, vel alterius Angeli. Prob. minorẽ: eſſentiam vnius Angeli referri per relationẽ ſimilitudinis ad eſſentias aliorũ Angelorum, ſolũ ſuadet eſſentiã talis Angeli eſſe mediũ deſerviens ad cognitionem eſſentiæ aliorũ Angelorũ vagè, & indeterminatè, non tamẽ eſſentiæ vnius Angeli determinatè, vel alterius determinatè (idẽ dicendum de eſſentia determinata cuiusvis alterius Angeli in particulari) ſed, vt eſſentia Gabrielis eſſet mediũ deſerviens ad cognitionẽ vnius, vel alterius Angeli in particulari, erat neceſſe, quod eſſentia Gabrielis eſſet mediũ deſer-

Vrgetur impugnatio.

Licet eſſentia vnius Angeli ſit ſimilis eſſentijs aliorum nõ eſt ſpecies intelligibilis illorum.

viens ad cognitionẽ eſſentiæ vnius Angeli determinatè, vel alterius determinatè, quin ſufficeret eſſe medium deſerviẽs ad cognitionem eſſentiæ aliorum Angelorum vagè, & indeterminatè (vt clarum apparet) ergo eſſentiam vnius Angeli referri per relationem ſimilitudinis ad eſſentias aliorum Angelorum, non ſuadet eſſentiam vnius Angeli (v. g. Gabrielis) eſſe medium deſerviens ad cognitionem vnius, vel alterius Angeli in particulari.

Prob. maiorem: eſſentiam vnius Angeli referri ad eſſentias aliorum Angelorum, per relationem ſimilitudinis, eſt eſſentiam vnius Angeli referri ad eſſentiam aliorum Angelorum per vnicam relationem ſimilitudinis, ſed eſſentiã vnius Angeli referri ad eſſentias aliorum Angelorum per vnicam relationem ſimilitudinis, ſolùm ſuadet eſſentiam talis Angeli eſſe medium deſerviens ad cognitionem eſſentiæ aliorum Angelorum vagè, & indeterminatè non tamèn eſſentiæ vnius Angeli determinatè, vel alterius cuiusvis Angeli determinatè; ergo eſſentiam vnius Angeli referri per relationem ſimilitudinis ad eſſentiam aliorum Angelorum, ſolùm ſuadet eſſentiam talis Angeli eſſe medium deſerviẽs ad cognitionem eſſentiæ aliorum Angelorum vagè, & indeterminatè, non tamèn eſſentiæ vnius Angeli, determinatè, vel alterius cuiusvis Angeli determinatè. Conſequentia, eſt legitima, maior eſt certa (quia relativum refertur ad omnia ſibi ſimilia per vnicam indiviſibilem relationem ſimilitudinis: ſic Album A, reſpicit omnia alba ſibi ſimilia per vnicam relationem ſimilitudinis) minorem prob. eſſentiam vnius Angeli referri ad eſſentias aliorum Angelorum, per vnicam relationem ſimilitudinis, ſolùm ſuadet eſſentiam talis Angeli eſſe medium deſerviens ad cognitionem ſimilis in communi dictam relationem terminantis; ſed ſimile in communi terminans dictam relationem eſt eſſentia aliorum Angelorum vagè, & indeterminatè, non tamèn eſſentia vnius Angeli determinatè, vel alterius cuiusvis Angeli determinatè: ergo eſſentiam vnius Angeli referri ad eſſentias aliorum Angelorum per vnicam relationem ſimilitudinis ſolùm ſuadet eſſentiam talis Angeli eſſe medium deſerviens ad cognitionem eſſentiæ aliorum Angelorum, vagè, & indeterminatè; non tamèn eſſentiæ vnius Angeli determinatè, vel alterius cuiusvis Angeli determinatè.

Eſſentia vnius Angeli non eſt ipſi Angelo medium deſerviens ad cognitionẽ aliorum Angelorum, niſi vagè, & indeterminatè.

Diſ-

Diſcurſus eſt rectiſsimus:minor certa, & maior conſtabit ex meditatione eſſentiæ relativij, in quo, qui cognoſcit reſpectum,per quem relativum,ſibi correlativum, & ſibi ſimilia reſpicit, poterit cognoſcere correllativum, ſeu ſimile vagè, & incommuni, non tamèn ſubſtracta in particulari,in quibus eſſet ratio correlatiui,aut ſimilis; vt videri eſt,tùm in Albo *A*,cuius correlativum, & ſimile eſt, aliud Album;qui tamèn Album *A*, in quantùm relativum ad aliud Album,cognoſceret, cognoſceret albi *A* correlativum,aliud ſcilicèt album;non verò hoc ſubſtractum determinatè,vel illud determinatè,in quibus eſſet ratio correlativij albi *A*;ſic ſimiliter,qui cognoſceret Patrem per reſpectum relationis paternitatis filium reſpicientem, cognoſceret filium,in quantùm correlativum relationis paternitatis; non tamèn Franciſcum,vel Ioannem aliumvè filium in particulari. Quia in vniverſùm:relativum non eſt medium deſerviens ad cognitionem termini materialis ſuæ relationis, ſed tantùm formalis,& hoc,vel illud album in particulari, eſt terminus materialis relationis ſimilitudinis Albi *A*; cuius terminus formalis eſt aliud album ab albo *A*.Hic,vel ille filius,etiam eſt terminus materialis relationis paternitatis, cuius terminus formalis,tantùm eſt filius incommuni. Firmum ergo manebit:eſſentiam vnius Angeli(Gabrielis v.g.) referri ad eſſentiam aliorum Angelorum, per vnicam relationem ſimilitudinis, ſolùm ſuadere eſſentiam talis Angeli eſſe medium deſerviens ad cognitionem aliorum Angelorum vagè,& indeterminatè;non verò eſſentiæ vnius Angeli determinatè,vel alterius cuiusvis Angeli determinatè:ergo ſimilitudo,quæ eſt inter Angelos, non eſt ſufficiens, vt cuiusvis illorum eſſentia ſit reſpectu ſui ipſius ſpecies intelligibilis aliorum Angelorum; ergo cum alias non ſit cauſa, vel effectus aliorum Angelorum,nulla pro ea ſtat ratio,vt poſsit eſſe intellectui Angeli,cuius ſit eſſentia,ſpecies intelligibilis aliorum Angelorum.

Cognoſcēs vnum relativum,cognoſcit ſuum correlativū vagè: non verò ſubſtractū hoc, vel illud talis correlatiui.

Digitized by Google

§. III.

Solvuntur argumenta.

Arguitur 1. 15. ARguitur 1. ex Angelico Magiſtro q. 8. de Veritate art. 7. vbi refert quorundam opinionẽ affirmantem: Angelum, cognoſcentem ſuam eſſentiam, cognoſcere perfectè intellectualem naturam, qua cognita, cognoſcuntur omnes gradus intellectualis naturæ; proindeque omnes alij Angeli: hunc dicendi modum approbat Angelicus Magiſter, cum aſſerat: *Et ſecundum hoc, vnus Angelus eſſentiam ſuam videns concipit ſingulos gradus naturæ intellectualis, & per huiuſmodi conceptiones de omnibus alijs Angelis cognitionem completam habet*: ergo iuxta Angelicum Præceptorem vnus Angelus per ſuam eſſentiam Angelos alios à ſe cognoſcit; ergo non eſt vniverſaliter verum Angelum per ſuam eſſentiam non cognoſcere intelligibilia à ſe diſtincta.

S. Thomas.

Reſpõdetur argumento. 16. Huic argumento facilis erit ſolutio, ſi ipſum Doctorem Angelicum loco citato, poſt relata verba, attendas: ponit igitur ibi poſt ſententiam in argumento propoſitam, & à Sapientiſsimo Magiſtro non abſque hæſitatione probabilitatis adductam (cum de ipſa loquens dicat: *Fortè poſſet aliquomodo ſuſtineri modus iſte*) ſententiam oppoſitam, cui adhæret Doctor Angelicus non vt cumque, ſed docendo nos inter ſententias illas ſecundam eſſe amplectendam. *Vnde alius modus eſt eligendus* (ait Magiſter noſter) *vt dicatur, quod vnus Angelus alios cognoſcit per ſimilitudinem rerum in intellectu eius exiſtentes.* Vide iam quid menti Angelici Magiſtri conformius?

Arguitur 2. 17. 2. Arguitur: Angelus per ſuam eſſentiam dicit habitudinem ad plura entia creata; ſed hoc ſufficit, vt eſſentia Angeli ſit talium rerum ſpecies: ergo eſſentia Angeli aliorum à ſe eſt ſpecies. Maior eſt certa: nam Angelus per ſuam eſſentiam dicit habitudinem ad Angelos ſibi ſuperiores (ſi ſit Angelus medius), vt ad ſui Illuminatores, ad inferiores, vt ad à ſe illuminatos, & ad res corporeas, quibus præ eſt, vt ad terminum ſuę præſidentiæ, & gubernationis: & minor probatur: vt eſſentia Angeli ſit ſpecies ſufficit

qua-

Digitized by Google

qualiſcumque habitudo ad rem per ipſam cognoſcendam; ergo poſita habitudine in Angelo, per ſuam eſſentiam, ad plura entia creata, erit quod ſufficit, vt eſſentia Angeli ſit talium rerum ſpecies.

18 Reſpondetur conceſſa maiori, & negando minorem; ad cuius probationem negandum eſt antecedens: non enim ſufficit qualiscumque habitudo vnius ad alterū, vt vnum ſit ſpecies reſpectu alterius; ſed requiritur habitudo, vel cauſæ continentis effectum adæquatè, & ſecundùm omnia prædicata effectus (quia ſit cauſa vnica effectus, vel ſi non vnica, quia ſit cauſa continens eminēter virtutem aliarum cauſarum) ad talem effectum, vel effectus ad cauſam, ipſum, modo dicto, continentem: non enim effectus ducit in cognitionem cuiuscumque cauſæ; ſed tantùm in cognitionem ſuæ cauſæ vnicæ, vel, ſi non vnicæ, cauſæ, quæ cæteras cauſas eminentiali perfecta continentia cōtineat. Vnde, cognita eſſentia propria, poteſt in ea Angelus Deum cognoſcere; cognito tamen homine, non poſſumus in eo cognoſcere ſolem, quia Sol, nec eſt cauſa vnica hominis, nec cō tinet Deum, qui eſt prima cauſa hominis. Vel ſi non ſit habitudo cauſæ ad effectum, vel effectus ad cauſam debet eſſe habitudo exacta in re (vt ſit ſpecies) habitudo imaginis, & ſimilitudinis ad repræſentatum per ipſam; cumque eſſentia Angeli, nullam ex his habitudinibus dicat ad entia creata, nō dicit ſufficientem habitudinem, vt ſit ſpecies. Non negamus tamen eam habitudinem, quam Angelus medius dicit ad Angelos ſibi ſuperiores, tanquàm ad ſui illuminatores; ad inferiores tanquàm ad illuminatos à ſe; & ad creaturas corporeas, quibus præeſt, tanquam ad terminum ſuæ prçſidentiæ, & gubernationis eſſe ſufficientem ad cognitionem talium entium, ſi talis cognitio ſit tantùm confuſa, & imperfecta, quam Angelis non negavit D.Thomas q.55.1. partis art.1. in ſolutione ad 3. Cæterum, vt iam diximus in n.1. nō de hac procedit quæſtio; ſed tantùm de cognitione diſtincta, & quidditativa ibi ab Angelo Magiſtro Angelis denegata; erga alia obiecta creata per ſuam eſſentiam, vt ſpeciem.

Reſpondetur ad 2. argumentum.

Vt cauſa ſit ſpecies repræſentativa alicuius effectus debet eſſe, vel cauſa vnica illius; vel cauſa continens eminenter virtutem aliarum cauſarum.

19 Tertio arguitur: qui cognoſcit comprehenſiuè per ſuam eſſentiam, ſe ipſum, propriumque intellectum, & voluntatem, poteſt per ſuam eſſentiam omne ens cognoſce-

Arguitur 3.

cere;ſed Angelus cognoſcit comprehenſivè per ſuam eſſentiam ſe ipſum, propriumque intellectum, & voluntatem; ergo Angelus per ſuam eſſentiam omne ens cognoſcit: ergo ſuperfluunt ſpecies accidentales, vt Angelus omnia entia cognoſcat; Probatur maior: qui per ſuam eſſentiam cognoſcit comprehenſiue ſe ipſum, propriumque intellectum, & voluntatem, cognoſcit omnem cognitionem, & volitionem ſibi poſsibilem, ſed qui cognoſcit omnem cognitionem, & volitionem ſibi poſsibilem, cognoſcit omne ens: ergo qui cognoſcit comprehenſiuè per ſuam eſſentiam, ſe ipſum, propriumque intellectum, & voluntatem, poteſt per ſuam eſſentiam omne ens cognoſcere. Probatur maior, (poſteaque erit probanda minor): qui cognoſcit comprehenſivè, per ſuam eſſentiam, cauſam, cognoſcit in tali cauſa omnes eius effectus poſsibiles; ſed qui cognoſcit, per ſuam eſſentiam, comprehenſiuè, ſe ipſum, propriumque intellectum, & voluntatem, cognoſcit per ſuam eſſentiam comprehenſiuè cauſam omnium cognitionum, & volitionum ſibi poſsibilium (quia intellectus, & voluntas ſunt cauſa omnium cognitionum, & volitionum ſibi poſsibilium) ergo qui per ſuam eſſentiam cognoſcit comprehēſiuè ſe ipſum, propriumque intellectum, & voluntatem, cognoſcit omnem cognitionem, & volitionem ſibi poſsibilem. Iam probatur minor promiſſa, ſcilicèt, quod qui cognoſcit omnem cognitionem, & volitionem ſibi poſsibilem cognoſcit omne ens: omne ens eſt obiectum cognitionum, & volitionum Angelo (v.g.) poſsibilium (vt eſt omnino certum) ſed non poſſunt cognoſci omnes cognitiones, & volitiones Angelo poſsibiles, quin talium cognitionum, & volitionum cognoſcatur obiectū (vt omnibus debet eſſe notum) ergo qui cognoſcit omnem cognitionē, & volitionem ſibi poſsibilem, cognoſcit omne ens.

Confirmatur.

20 Confirmatur eſſentia Angeli eſt radicaliter intellectiva totius entis naturalis: ergo Angelus qui per talem eſſentiam, vt ſpeciem, eam comprehenſiuè cognoſcit, etiam omne ens naturale per ipſam, vt ſpeciem, cognoſcet. Probatur conſequentia; quia hoc ipſo, quod omnipotentia ſit factiua omnium poſsibilium, benè arguitur ex cognitione comprehenſiua omnipotentiæ per eſſentiam Diuinam, vt ſpeciem, cognitio compre-

hen-

Digitized by Google

henſiva omnium poſsibilium per eandem eſſentiam, vt ſpeciem: ergo pariter ex cognitione comprehentiua eſſentiæ Angeli, vt radicaliter intellectiuæ totius entis naturali; (cuius cognitionis ſit ſpecies ipſamet eſſentia Angeli) benè arguitur ad cognitionem comprehenſivam omnis entis naturalis per eandem eſſentiam, vt ſpeciem; & conſequenter Angelus, qui per ſuam eſſentiam, vt ſpeciem, eam cognoſcat, omne ens naturale per eandem eſſentiam, vt ſpeciem, cognoſcet.

Reſpondetur 3. argumento.

21 Reſpondetur (iuxta doctrinam traditam numeris 10. & 11.) negando maiorem, & ad eius probationem, etiam negando maiorem (loquendo de cognitione perfecta, & quidditativa) ad eius probationem debet diſtingui maior: qui cognoſcit comprehenſiuè, per ſuam eſſentiam, cauſam, cognoſcit in tali cauſa omnes eius effectus poſsibiles: ſi, cauſa cognita, ſit cauſa adæquata effectuum conced. maiorē; ſi non ſit cauſa adæquata effectuum neg. maiorem. Et ſimili modo eſt diſtinguenda minor: qui cognoſcit comprehenſiuè per ſuam eſſentiam ſe ipſum, propriumque intellectum, & voluntatē, cognoſcit per ſuam eſſentiam comprehēſiuè cauſam omnium cognitionum, & volitionum poſsibilium: *cauſam adæquatam* neg. minorē; *inadæquatam* conced. minorē, & negatur conſequēt. Vel diſtinguatur conſequens: ergo, qui per ſuam eſſentiam cognoſcit comprehenſiuè ſe ipſum, propriumque intellectum, & voluntatem, cognoſcit omnem cognitionē, & volitionem ſibi poſsibilē in communi, & in confuſo, quoad rationem generalem cognitionis, & volitionis, conced. conſequentiā: in particulari hanc cognitionem prout ab alia diſtinctam, & hanc volitionem etiā prout ab alia diſtinctam (& ſic de cæteris cognitionibus, & volitionibus proprijs) neg. conſequentiā. Vnde Angelus per ſuam eſſentiam, proprium intellectū, & voluntatem comprehendens, valet cognoſcere in communi omnes actus ſibi poſsibiles proprij intellectus, & voluntatis, non verò in particulari; ita vt cognoſcat in particulari hanc cognitionem poſsibilem prout diſtinctam ab alia cognitione poſsibili, & idem intellige de volitionibus proprijs ſibi poſsibilibus: cuius ratio vnica, ſatisque firma, eſt, quod diſtinctio inter actus intellectus Angeli, tùm inter ſe, tùm ab actibus voluntatis; & diſtinctio inter actus ſuæ voluntata-

Angelus per ſuam eſſentiam cognoſcens comprehenſiuè ſe ipſū propriumque intellectū, & voluntatem, nō cognoſcit omnem ſuam cognitionē, & volitionem poſsibilem niſi in communi, & in confuſò.

Digitized by Google

Cuius datur ratio.

tatis, vel inter ſe, vel ab actibus intellectus, originatur, non à ſolo intellectu, vel à ſola voluntate Angeli; ſed diſtinctio actus intellectus ſumitur ab intellectu, vt ſimul concurrente ad dictos actus cum obiectis ſpecificativis ipſorum, a quibus obiectis, & à Deo determinatur intellectus Angeli, vt intelligat obiectum *A*, potius quam obiectum *B*, proindeque vt eliciat hanc cognitionem, potius quam aliam, & ſimiliter diſtinctio actuum voluntatis Angeli non promanat à ſola voluntate, ſed ab illa, vt ſimul etiam concurrente cũ obiectis talium actuum, à quibus obiectis, & à Deo determinatur voluntas Angeli, vt eliciat volitionem potius, erga obiectum *A*, quam erga obiectum *B*. ex quo colligimus neceſſitatem ſpecierum intelligibilium accidentalium, vt poſſit Angelus cognoſcere in particulari omnes ſuos actus intellectus, & voluntatis: cum cauſa adæquata omnium cognitionum, & volitionum Angelo poſſibilium, non ſalvetur in ſolo proprio intellectu, nec in ſola propria voluntate.

Reſpondetur ad confirmationẽ.

22 Ad confirmationem Reſpondetur concedendo antecedens, & negando conſequentiam, ad cuius probationem etiam conceditur antecedens negatis conſequentijs. Non enim eſt eadem ratio de eſſentia Angeli, vt radicaliter intellectiva omnis entis naturalis, ac de omnipotentia omnium poſſibilium factiva: omnipotentia, quidem, eſt factiua omnium poſſibilium, quia illa perfectiſſimè præcontinet per modum actus perfectiſſimi diſtinctè, & in particulari omnia poſſibilia continẽtis; & ſic, ea comprehenſa, non confuſsè, ſed diſtinctè, & in particulari omnia poſſibilia perfectiſſimè cognoſcuntur: eſſentia tamen Angeli, vt radicaliter intellectiua omnis entis naturalis ſolum continet omnia entia naturalia per modum puræ potentiæ in genere intelligibili, conſiderata ſine ſpeciebus intelligibilibus accidentalibus; cumque proprium ſit puræ potentiæ continere tantùm confuſsè illa reſpectu quorum eſt pura potentia; clarè deducitur non ſufficere eſſentiam Angeli (licèt ſit radicaliter intellectiua totius entis naturalis) ad cognitionem diſtinctam, & in particulari omnis entis naturalis diſtinctè, & in particulari, ſed indigere ſpeciebus intelligibilibus accidentalibus, vt Angelus omnia entia naturalia, naturaliter diſtinctè cognoſcat.

Declaratur alietas eſſentiæ Angeli, vt radicaliter intellectiuæ omnis entis naturalis, ab omnipotentia, vt factiua omnium poſſibilium.

Sed

Digitized by Google

23 Sed replicabis admiſſo, quod Angelus per ſuam eſſentiam, vt ſpeciem, ſe ipſum comprehendat, vt nos aſſerimus, & gratis dato, quod in intellectu Angeli ſint ſpecies accidentales omnium entium naturalium, ſequitur totum, quod argumentum intendit, ſcilicèt, quod Angelus per ſuã eſſentiã, vt ſpeciem, omnia entia naturalia cognoſcat; quod ſic breviter oſtenditur: Angelus, qui per ſuam eſſentiam, vt ſpeciem, ſe ipſum comprehendit, eodem ictu comprehendit omnes ſpecies accidentales omnium entium naturaliũ in proprio intellectu receptas (quia, qui comprehendit propriam ſubſtantiam, comprehendit accidentia propria eadẽ indiviſibili comprehenſione; & ſpecies intelligibiles accidẽtales omnium entium naturalium, in intellectu Angeli receptę, ſunt accidentia ipſi propria), ſed ſi comprehendit per ſuam eſſentiam, vt ſpeciem, omnes ſpecies accidentales omnium entium naturalium in proprio intellectu receptas, cognoſcit per ſuam eſſentiam, vt ſpeciem, omnia entia naturalia; (cum repugnet comprehendi omnes ſpecies omnium entium naturalium, & ſimul non cognoſci eadem cognitione omnia entia naturalia) ergo licèt admittantur ſpecies accidentales omnium entium naturalium, non poterit Angelus per ſuam eſſentiam, vt ſpeciem omnia entia naturalia cognoſcere. Replicabis.

24 Reſpondetur (præſcindendo pro nunc ab eo, an ſpecies accidentales in intellectu Angeli receptæ ſint accidentia propria Angelo? de quo in quæſtione ſequenti) admiſſa maiori, negando minorem: tùm, quia, eſto Angelus per ſuam eſſentiam, vt ſpeciem, ſe ipſum, & ſpecies intelligibiles accidentales omnium rerum naturalium cognoſcat; non ex hoc debet cognoſcere omnia entia naturalia; illa enim (vt benè obſervat Magiſter Ferre in præſenti Dubio) continentur in ſpeciebus accidentalibus ſuperadditis ad propriã ſubſtantiam, non verò in propria ſubſtantia; adhuc in linea intelligibili, tanquam in ſimilitudine omnium: vnde ſi Angelus non haberet dictas ſpecies omnium entium naturaliũ, maneret tunc propria ſubſtantia; & licèt illam cognoſceret non tamen cognoſceret omnia entia naturalia cum deficerent ſpecies accidentales intellectui Angeli ſuperadditæ, in quibus entia naturalia, vt in ſimilitudine continentur; proindeque malè arguitur: *Angelus per ſuam eſſentiam ſe cognoſcit; er-*

Reſpondetur.

Eſto Angelus cognoſcat per ſuã eſſentiam ſe ipſum, & omnes ſpecies rerũ naturaliũ, non infertur, quod cognoſcat omnia entia naturalia.

M. Ferre.

Digitized by Google

Ex eo quod Angelus cognoſcat comprehẽſiuè ſe ipſũ per ſuã eſſẽtiam, vt ſpeciẽ, & etiã per eam ſpecies intelligibiles omniũ entium naturalium ſolũ infertur cognitio omniũ entium naturalium ſi tales ſpecies cognoſcuntur, vt in exercitio ſunt tales.

ergo omnia entia naturalia per eandem eſſentiam, vt ſpeciem, cognoſcit.

25 Tum etiam: quia ex comprehenſione ſubſtantiæ Angeli à proprio intellectu per ſuam eſſentiam, vt ſpeciem, per quam ſimul cognoſcat ſpecies intelligibiles accidentales omnium entium naturalium ſolùm infertur cognitio omnium entium naturalium, ſi tales ſpecies cognoſcantur, vt in exercitio ſunt ſpecies omnium entium naturaliũ; non verò ſi tantùm cognoſcantur per modum quidditatis; poſſunt etenim cognoſci ſpecies, & ſecundùm prædicata quidditatiua ſpeciei, & ſecundùm exercitium actuale, ſecũdùm quod actu ducunt cognoſcentem ad cognitionem obiectorum; hoc ſecundo modo cognitæ benè deducitur ex earum cognitione cognitio omnium entium naturaliũ; non verò, vt primo modo cognitæ, & ſic tantùm cognoſcuntur, cum Angelus videt per ſuam eſſentiam, vt ſpeciem, propriam ſubſtantiam, ſiquidem ex hoc tantũ ducitur Angelus ad videndum omnes quidditates in proprio intellectu receptas, non verò exercitia talium quidditatum; & hæc ſolutio, eſt facilior.

§. IV.

Aliqua Corollaria ex dictis.

1. Corollar. Eſſentia Angeli cognoſcentis, nec de potẽtia Dei abſoluta poteſt eſſe ei ſpecies creaturarũ aliarũ à ſe.

26 PRimum eſt, quod, nec de potentia Dei abſoluta poteſt Deus efficere, quod eſſentia Angeli ſit ſpecies creaturarum aliarum à ſe; quia cũ repugnantia, vt ſit ſpecies, oriatur à ſui limitatione ad proprium genus, & ad propriam differentiam (vt numero 5. diximus) & hæc limitatio ſit ipſi eſſentialis; Deus, qui eſſentialia rei (remanente) non poteſt variare, adhuc de potentia abſoluta non poteſt efficere ſecundùm hoc poſſe, quod eſſentia Angeli ſit ſpecies creaturarum aliarum à ſe.

2. Corollar. Doctrina data intelligitur de omni obiecto creato (quodcũq; illud ſit) diſ-

27 Secundum eſt; quod nullum eſt obiectum creatum (ſiuè materiale, ſiuè ſpirituale; ſiuè ſupernaturale, ſiuè naturale; ſiuè nimis, ſiuè non nimis diſtans; ſiue abſens, ſiuè præſens) diſtinctum ab Angelo A (v.g.) quod valeat determinare intellectum talis Angeli ad ſui cognitionem ſine intermedijs ſpeciebus intelligibilibus ab ipſo diſtinctis, Eò

quod

quod, ſi abſque prædictis ſpeciebus poſſet determinare intellectum Angeli *A* ad ſui cognitionem, eſſet, vt manens extra talem intellectum (cum non eſſet intra illum, niſi media ſui ſimilitudine, ſeù ſpecie intelligibili) ſed, vt ſic manens, non poteſt determinare intellectum Angeli *A*, ad præfatam ſui cognitionem (vt habetur ex dictis ſupra in numero primo) ergo nullum eſt obiectum creatum (quodcumque illud ſit) diſtinctum ab Angelo *A*, quod poſſet determinare intellectum talis Angeli ad ſui cognitionem ſine intermedijs ſpeciebus intelligibilibus ab ipſo diſtinctis. tincto ab Angelo cognoſcente.

Ex quo colligitur: quod ſtante doctrina propugnata in hoc dubio, nequeat Angelus cognoſcere cognitione *diſtincta non beatifica* (quia de beatifica nunc non loquimur, & de ea iam diximus in numero 4.) Vllum obiectum creatum à ſe diſtinctum, ſi non adſit ſpecies intelligibilis accidentalis, media qua ponatur intra intellectum Angeli cognoſcentis. Vnde pro cognitione non beatifica talis obiecti requiritur ſpecies intelligibilis accidëtalis in Angelo cognoſcente.

28 Si dicas ſalvari: quod obiectum creatum diſtinctum ab Angelo *A*, non determinet ad ſui non confuſam cognitionem intellectum Angeli *A*, niſi vt exiſtens intra talem intellectum, etiam ſi non interveniant ſpecies accidentales, medijs, quibus ponatur ibi, & etiam ſi hoc non fiat per hoc, quod eſſentia Angeli *A*, ſit ei ſpecies pro prædicti obiecti *diſtincta* cognitione: cum poſſet hoc fieri per hoc, quod tale obiectum ſit ſui ipſius ſpecies, vt opinantur relati in numero 3. §. *Verùm*. Si dicas poſſe prędictũ obiectũ eſſe ſui ſpeciẽ intelligibilem.

Eſt in eius oppoſitum: non cohærere cum limitatione eſſentiali præfati obiecti, quod efficaciter prædominetur intellectui Angeli *A* (vel cuiuslibet alterius Angeli à ſe diſtincti) vt efficaciter prædominaretur, ſi ipſum eſſet ſui ſpecies: eò, quod eſſet principium efficiens cognitionis ſui à prædicto Angelo eliciendæ, non ſubordinatum intellectui illius, ſed potius ſibi ſubordinans talem intellectum, in quo genere ſubordinationis (vt fatentur Pater Suarez libro ſecundo de Angelis capit. 5. numero 14. & Magiſter Maſtrius in ſecundo Sententiarum, diſp. ſecunda numero 160. vt què nos latè dicemus dubio immediato, tùm à numero 24. tùm in vltimo 51 Satis fiet explicando repugnantiã, vt obiectũ creatum diſtinctum ab Angelo cognoſcẽte ſit, ſui ſpecies reſpectu talis cognoſcentis. *P. Suarez. M. Maſtrius.*

Co-

Corollario)importatur illapſus propriè dictus, ſoli Deo reſervatus iuxta SS. PP. & Scholaſticorum communem conſenſum.

SS. PP. & Scholaſtici.

Dices.

29 Dices tamèn: ſi hæc ita ſunt, cur admittimus in intellectu Angeli *A* ſpeciem intelligibilem accidentalem Angeli *B*; cum magis, quam ſubſtantiæ creatæ diſtinctæ ab Angelo cognoſcente, debeat repugnare accidenti (vt eſt talis ſpecies) illabi intra intellectum Angeli *A*.

Sed reſpondetur.

Ad quod reſpondebimus: eſſe magnum diſcrimen inter vnum, & aliud; quia ſpecies intelligibilis accidentalis repræſentativa Angeli *B* receptaque in intellectu Angeli *A*, non ſubordinaret ſibi talem intellectum, ſed potius (vt eſt clariſsimum) ipſa ſubordinaretur Angelo *A*; ideoque non eſſet ipſius intellectui propriè illapſa, ſicut illi eſſet illapſus Angelus *B*, titulo prędominii, & ſubordinationis activæ, iā explicatæ in præcedenti numero. Vnde eſt negandum: eſſe in ſpecie intelligibili accidentali illam repugnantiam, quæ eſt in ſubſtantia creata diſtincta ab Angelo cognoſcente.

3. Corollarium. Habitus ſciētialis non ſupplet defectum ſpecierum intelligibiliū.

30 Tertium eſt: quod habitus ſcientialis excogitatus ad Henrico, vt poſsit facere Angelo intelligenti præſentia obiecta ab ipſo naturaliter cognoſcibilia eſt inſufficiens ad præſtandum hoc munus; quia licèt habitus hic tenderet ad obiectum cognoſcendum, non poſſet illud reddere præſens Angelo: cum in tantùm hoc poſſet, in quantùm eſſet ſimilitudo obiecti in intellectu Angeli recepta; ſed nullus habitus receptus in intellectu eſt ſimilitudo obiecti intelligendi (eo quod nullus ex his habitibus ſit, qui illud intētionaliter contineat) ergo habitus hic ſcientialis non ſufficit adhoc, vt obiectum non præſens Angelo intelligenti fiat ei intentionaliter præſens: ergo ſi deficiant ſpecies intelligibiles, deſideratæ a nobis in hoc dubio, vt Angelus cognoſcat obiecta creata, alia à ſe, non ſupplebitur earum abſentia per prædicti habitus poſitionem.

Vltimū corollarium.

Angelus cognoſcit per ſuā eſſentiam, vt ſpeciē malū ſibi oppoſitum.

31 Vltimum eſt: tradita in præſenti dubio eſſe intelligenda de obiecto creato diſtincto ab Angelo cognoſcente, ſi tale obiectum ſit per ſe cognoſcibile: ſi enim ſit obiectum cognoſcibile, non per ſe, ſed per ipſum Angelū cognoſcentem, vt eſt cognoſcibile, per ipſum, malum ei oppoſitum; tunc ipſa ſubſtantia Angeli cognoſcentis erit prę dicto Angelo ſpecies intelligibilis ad cognoſcendum tale ma-

Digitized by Google

malum ſibi oppoſitum. Quia dicta à num. 8. intendentia, quod Angelus non cognoſcit diſtinctè per ſuam eſſentiam, vt ſpeciem, obiecta creata alia à ſe (eo quod non continet illa tanquam eorum cauſa adæquata) tantum ſunt dicta pro obiecto per ſe cognoſcibili à præfato Angelo: ſicut quando dicitur quod eſſentia Diuina eſt medium ad cognoſcendũ omne obiectum creatum; quia continet omne illud tanquam eius cauſa, hoc intelligitur de obiecto per ſe cognoſcibili (ſcilicèt, de bono creato) non de peccato; quod quidem, cum non ſit per ſe cognoſcibile, ſed per bonum, quo privat (vel cuius eſt formale) cognoſcitur per eſſentiam diuinam, vt perfectiſsimè continentem bonum, quo privat (vel, quod eſt materiale ipſius peccati) vt expreſsè docuit Præceptor Angelicus 1. p. q. 14. ar. 10. ¶ Et hæc de hoc dubio applicando dist. 3. lib. 2. distint. Magiſtri. Vbi illud mouent S. Thomas q. 3. art. 1. Doct. Subtilis, q. 10. Durandus, q. 6. Bacon, q. 1. Nominales, & alij relati ibi à P. Ripalda. *S. Thomas. Scotus. Durandus. Nominales. Bacon. P. Ripalda.*

DVBIVM TERTIVM.

Vtrùm ſpecies Angelico intellectui ſuperaddita, vt alia à ſe intelligat, ſint infuſſa, vel à rebus accepta?

§. I.

Aliqua ſupponuntur, & referuntur ſententiæ.

1 PRæiacto iam in præcedentibus quæſtionibus eſſe ſpeciei intelligibilis, tùm ſubſtantialis, tùm accidentalis; quarum prima Angelus ſe intelligit (vt in Dubio primo diximus), & ſecunda, entia creata, alia à ſe, cognoſcit; (vt in ſecundo ſtatuimus) reſtat nùnc inquirere de harum ſpecierum accidentalium comparatione; an ſcilicèt Angelus eas habeat infuſſas à Deo à principio; vel, an illas à rebus accipiat? Primumque ex 2. conſtabit; ſi enim Angelus à principio habeat omnes ſpecies infuſſas à Deo, ad quid ipſas comparabit a rebus? Conſul- 1. Notabile.

ſultò diximus, ſi *habeat omnes*, vt occurramus Subtili Doctori ſentienti: poſſe Angelum quaſdam ſpecies ab obiectis creatis accipere; quaſdam verò non; quia, licèt a principio poſsit habere à Deo ſpecies repræſentantes rem vniverſalem, v.g. naturam aliquam, vt humanam, aut Equinam (vt ſic ſalvetur, quod Angelus creatus eſt à Deo naturaliter perfectus in intellectu, & ſcientia, quæ eſt communis Sanctorũ Patrum vox, & ſcientia ex 28. Ezech. deducta); non tamèn eſt perceptibile ſic, habuiſſe ſpecies ſingularia repræſentantes (v.g. ſpecies repręſentantes hunc, vel illum hominem, hunc, vel illum equum, & ſic de alijs ſingularibus cuiuſcumque alterius naturæ) quia, licèt res vniverſalis, vt natura humana (cum non ſit ſucceſsivè) poſsit per ſpeciem à principio creationis Angeli ſibi à Deo infuſſam ab ipſomet Angelo cognoſci: res ſingulares, quæ ſucceſsivè ſunt, exigunt ſpecies ſui repræſentativas, tunc quando incipiunt eſſe, & non a principio Angeli (cum nulla res exigat ſpeciem exiſtentem propriori ad ſui eſſe) ex quo infert Angelum cõparaſſe dictas ſpecies ſingularium ab ipſiſmet ſingularibus (alias eſſet deterioris cõditionis natura intellectiua Angeli, quam hominis; cum ille ſpecies accipiat à rebus exprimendo in hoc perfectionem) igitur non dubitamus in præſenti, an Angelus omnes ſpecies rerum creatarum repræſentatiuas accipiat à rebus? quia ſaltèm ſpecies rerum vniverſalium repræſentatiuas à principio ſuę formationis habet à Deo infuſſas; ſed tantùm eſt quæſtio de rebus ſingularibus, an ſcilicèt Angelus pro rerum ſingularium cognitione accipiat ſpecies ab ipſiſmet rebus? ſi hoc enim non poſsit eſſe, à fortiori omnes ſpecies à Deo infuſſas habebit.

Angelus habuit ab initio ſui eſſe infuſsas à Deo ſpecies repræſentatiuas rerum vniverſalium.

2. Notabile. Hoc dubiũ procedit de ſpeciebus repræſentativis ſingulariũ. Sed aliter de vnis ſingularibus, ac de alijs.

2 Secundò notandum eſt: hanc quęſtionem poſſe procedere de ſpeciebus repręſentantibus, iam ſingularia Angelo cognoſcenti ſuperiora, iam inferiora, quæ poſsunt intelligi, vel vt ſpiritualia, vel, vt corporea, & iuxta diverſitatem horum obiectorum aliter, & aliter erit loquendum; ſi enim dubitetur, an Angelus accipiat ſpecies ab obiectis ſingularibus ſibi ſuperioribus, ly *accipiat* ſpecies a rebus poteſt intelligi paſsivè, aut activè; ſi tamen de ſingularibus ſibi inferioribus ſit ſermo ly *accipiat* ſpecies a rebus, debet intelligi non paſsivè, ita, vt Angelus intelligens ab obiectis ſibi inferioribus accipiat ſpecies, ipſe ſe habens paſsivè ad illarũ re-

receptionem) nam ſic obiecta inferiora Angelo intelligenti haberent ſuperioritatem reſpectu illius, quod necùm in Angelo, verùm in homine (in aliquo ſenſu) negandum eſt. Quamvis enim obiecta intelligibilia emittant ſuas ſpecies, quas homo recipit, paſsivè ſe habendo ante actionem intellectus agentis; tamèn cum intellectus agens elicit ſpecies, quæ recipiuntur in intellectu poſsibili, talis receptio non comparatur primariò ad obiectum; ſed ad intellectum agentem; atque ex conſequenti intellectus poſsibilis habet ſe, vt patiens reſpectu intellectus agentis, & totus homo ſe reducit de potentia ad actum formaliter in eſſe intelligibili medijs illis principijs, & non reducitur medio aliquo agente exteriori, vel operante in genere cauſæ efficientis (quia hæc operatio ſoli Deo reſervatur) vel operante in genere cauſæ obiectivæ. Verùm eſt, quod obiecta exteriora non dicuntur ſolùm miniſtrare ſpecies in genere cauſæ materialis, ita vt tota virtus in hominem reducatur (de quo non eſt nunc agendum) ſed tamèn formalis illa virtus actuandi intellectum poſsibilem redducitur primò, & per ſe in intellectum agentem: non ergo Angelus poteſt recipere ſpecies intelligibiles, paſsivè ſe habendo reſpectu rerum, ſi talis res inferiores ſint.

3 3. Notandum eſt hominem accipere ſpecies à rebus eliciendo ſpecies à phantaſmatibus, quod quidem in homine arguit animam vnitam materię, ex qua vnione provenit vſus potentiarum ſenſitivarum deſervientium potentiæ intellectivæ, & ita convenit homini elicientia ſpecierum à phantaſmatibus, quod ſi anima maneat ſeparata (vt modò ſunt, quæ in Cœlis habitant, & quarum corpora in terris habemus) intellectus agens non poteſt tunc abſtrahere ſpecies à phantaſmatibus; quia hæc abſtractio convenit ei ſecundùm vnionem cum phantaſia: non quod ex tali vnione proveniat virtus abſtrahendi ſpecies; ſed quia, veiut in genere cauſæ diſpoſitivæ, prærequiritur adminiſtratio ſpecierum per phantaſiam tanquàm per potentiam vnitam, & vitaliter colligatam intellectui, vt ex phantaſia educantur ſpecies. Simul obſervandum eſt, non eſſe in Angelis ſenſitivas potentias, nec phantaſiam (cum omninò incorporei ſint) Vnde ſi Angelus debet elicere ſpecies à phan-

3. notabile.

De ſtatu, in quo homo accipit ſpecies à rebus.

Anima ſeparata non poteſt abſtrahere ſpecies à phantaſmatibus;

Angelus nō habet potē tias ſenſitivas, nec phā taſiam.

1. Sententia omnes ſpecies ponit in Angelo acceptas a rebus.

phantaſmatibus modo, quo intellectus humanus, haùd dubium eſt non poſſe Agelum accipere ſpecies à rebus; ſi enim ſuadeamus Angelum non poſſe abſtrahere ſpecies à phantaſmatibus, niſi eas abſtrahat ſicut homo; actum erit pro parte negativa.

Gregorius Ocham.

2. Sententia non omnes, ſed ſingularium.

Scotus. Marſilius Maior. P. Echeverria.

Tertia ſententia nullas ſed omnes cenſet eſſe à Deo infuſsas.

S. Thomas. PP. Suarez, Vazquez, Valentia, S. Dionyſius, S. Auguſtinus, Ezech. 28. v. 12.

4 Circa quam quæſtionem Gregorius in 2. diſt. diſt. 2. q. 5. art. 1, & Ocham ibi q. 16. aſſerunt Angelum accipere omnes ſpecies à rebus: quæ ſententia iam exulat ab ſcholis. Doct. ſubtilis (cum ſuis) in 2. diſt. 3. q. 11. Marſilius q. 7. art. 1. p. 2. concluſ. 5. & 9. Maior q. 7. & aliqui alij DD. tàm ex Antiquis, quàm ex Recẽtioribus: iudicant Angelum habere infuſſas à Deo ſpecies repræſentantes naturas communes; per actionem verò intellectus agentis acquirere ſpecies rerum ſingularium: cum quibus AA. debet ſentire, ſaltèm quoàd 2. ſui aſſerti partem, P. Echeverria diſp. 4 de Angelis num. 3. vbi dicit intellectum Angeli denominari agẽtem quatenus producit ſpecies. Alij aſſerunt non habere aliquas ſpecies à rebus, ſed omnes habere inditas ab initio ſuæ conditionis. Ita D. Tho. 1. p. q. 55. art. 2. quem ſequuntur omnes Thomiſtæ; plurimique alij cum Patre Suarez lib. 2. de Angelis cap. 5. & 6. & P. Vazq. 1. p. diſp. 201. cap. 2. appellãte hanc ſententiam *communem*, quam eſſe *veriorem* Theologorum iudicat P. Valentia tom. 1. diſp. 4. q. 6. p. 2. & meritò.

Cùm hæc ſit mens Divi Dionyſij cap. 7. de divinis nominibus, & Divi Auguſtini lib. 2. de Geneſi ad litteram, quę quidem concluſio magna cum probabilitate deducitur ex illo Ezech. 28. vbi de Lucifero dicitur: *Tu ſignaculum ſimilitudinis plenus ſapientia, & perfectus decore*: quam ſapientiæ plenitudinem non poteſt Angelus abſque ſpeciebus habere; quod autèm hanc ſapientiæ plenitudinem non acquiſierit ſucceſſu temporis. Sed eam habuerit ab inſtanti ſuæ creationis conſtat, quia loquitur de Lucifero in die formationis ſuæ, illis ſuadentibus verbis: *In die, qua conditus es*, & poſtea: *Perfectus in vijs tuis à die cõditionis tuæ*: ſi autẽ acquireret ſapientiam per ſpecies ſucceſſu temporis; non eſſet plenus ſapientia, in die, qua conditus eſt.

PP. Arriaga Quiros, Herrera.

Quare hæc vltima ſententia (cui partim adhærent PP. Arriaga diſp. 6. de Angelis ſect. 2. Quiros diſp. 56. de Angelis ſect. 2. Herrera quæſt. 7. de Angelis ſect. 1.) erit, & noſtra, quam

Digitized by Google

quam vt clariùs explicemus per duas concluſiones declarabimus. In 1. dicemus: Angelum nõ poſſe accipere ſpecies à rebus ſenſibilibus, adhuc acceptione activa. In 2. oſtendemus: Angelum non poſſe accipere ſpecies a rebus ſpiritualibus ſibi inferioribus, aut ſibi ſuperioribus, vlla acceptione ſivè activa, ſivè paſsiva.

§. II.
PRIMA CONCLVSIO.

Non poteſt Angelus accipere ſpecies à rebus ſenſibilibus.

5 HAnc concluſionem prob. 1. ex D. Thoma 1. p. q. 56. art. 2. vbi expreſsè eam tradit per ſequentia verba: *Vnicuiq; ſpiritualiũ creaturarũ à Verbo Dei impreſſæ ſunt omnes rationes rerũ omniũ tàm ſpiritualium, quàm corporalium*; quod etiam exprimit tùm in ſolutione ad 3. tùm in quæſtione 8. de veritate art. 7. tùm 2. contra Gentes cap. 96. tùm 1. part. quæſt. 89. art. 1. 2. & 3. & in 2. diſt. diſt. 3. quæſt. 2. art. 1. de *Veritate* quæſt. 8. art. 9. tùm tandèm opuſculo 3. cap. 224. in quibus verbis expreſsè tenet noſtram ſententiam, & ex quibus hanc deducimus rationem. S. Thomas. Probatur ex ipſo conclusio 1.

Si Angelus à principio habuit rationes omnium rerum corporalium, habuit ſpecies omnium rerum ſenſibilium repreſſentativas, Sed iuxta D. Thomam Angelus ab initio ſuæ creationis habuit rationes omnium rerum corporalium: ergo Angelus habuit ſpecies omnium rerum ſenſibilium repreſſentativas: ergo Angelus non accepit ſpecies à rebus ſenſibilibus. 2. Conſequentia conſtat ex prima, & prob. maiorem (ſolum ſuaſione indigentem) ſi haberet rationes omnium rerum corporalium; haberet imagines impreſſas in intellectu omnium rerum corporalium, ſed imagines impreſſæ in intellectu omnium rerum corporalium ſunt ſpecies repræſentativæ omnium rerum ſenſibilium: ergo, ſi Angelus haberet rationes omnium rerum corporalium ab initio ſuæ creationis, haberet ſpecies repreſentativas omnium ſenſibilium. Et etiam à ratione.

6 Confirmatur hoc: Si Angelus non haberet

Confirmatur. ret à principio ſpecies repræſentativas omnium rerum ſenſibilium, eſſet quia decurſu temporis poſsit accipere ſpecies omnium rerum ſenſibilium acceptione actiua; ſed Angelus non poteſt habere decurſu temporis ſpecies rerum ſenſibilium ab ipſismet ſenſibilibus acceptione actiua: ergo Angelus habuit à principio ſuæ creationis omnes ſpecies à Deo inditas. Minorem prob. Si Angelus haberet decurſu temporis ſpecies rerum ſenſibilium ab ipſismet ſenſibilibus acceptione actiua, abſtraheret ſpecies repræſentativas rerum ſenſibilium ab ipſismet ſenſibilibus; ſed Angelus non poteſt abſtrahere ſpecies rerum ſenſibilium ab ipſismet rebus ſenſibilibus: ergo Angelus non poteſt decurſu temporis habere ſpecies rerum ſenſibilium ab ipſiſmet ſenſibilibus acceptione actiua. Conſequentia eſt legitima: Maior iuxta mentem contrariorum; & minorem prob: Non poteſt abſtrahere ſpecies repræſentativas rerum ſenſibilium ab ipſismet ſenſibilibus, qui caret inſtrumentis (ſeù quaſi inſtrumentis) neceſſarijs ad talem abſtractionem; ſed Angelus caret inſtrumentis neceſſarijs ad ſpecierum rerum ſenſibilium abſtractionem: ergo Angelus non poteſt abſtrahere ſpecies repræſentatiuas rerum ſenſibilium ab ipſismet ſenſibilibus. Prob. minorem: Inſtrumenta (ſeu quaſi inſtrumenta) neceſſaria ad abſtractionem ſpecierum rerum ſenſibilium ſunt phantaſia, & ſenſus interni, atque externi; ſed Angelus (vtpote incorporeus) caret phantaſia, & ſenſibus internis, atque externis: ergo Angelus caret inſtrumentis neceſſarijs ad abſtractionem ſpecierum rerum ſenſibilium: Diſcurſus eſt legitimus: minor iam eſt fundata. Prob. maiorem: Inſtrumenta ſeù quaſi inſtrumenta neceſſaria ad abſtractionē ſpecierum rerum ſēſibilium, ſunt media, per quæ res ſenſibiles gradatim recedunt à materia, & accedunt ad eſſe intelligibile; ſed phantaſia, & ſenſus interni, atque externi ſunt talia media: ergo phantaſia, & ſenſus interni, atque externi ſunt inſtrumenta neceſſaria ab abſtractionem ſpecierum rerum ſenſibilium,

Dices. 7 Sed dices: Hoc ita verum eſſe ſi Angelus abſtraheret ſpecies rerum ſenſibilium, modo, quo homo eas abſtrahit; ſed cum aliter Angelus debeat abſtrahere ſpecies rerum ſenſibilium, ac illas abſtrahit homo, minus firmum eſt argumentum. Phantaſia enim, & ſenſus in-

Digitized by Google

interni,atque externi,ſunt inſtrumenta(ſeu quaſi inſtrumenta) neceſſaria,vt homo poſsit abſtrahere ſpecies, quia homo inſpicit res ſenſibiles,vt aſcendentes ad mentem gradatim per ſenſus externos,internos,& phantaſiam; proindeque vtitur phantaſia,(quæ inter internos annumeratur ſenſus)& ſenſibus internis,& externis,tanquam medijs miniſterialiter(ſeu prævie) inſervientibus ad talem abſtractionem:at Angelus(cum nec habeat phantaſiam,nec ſenſus internos,aut externos.vt abſtrahat ſpecies à rebus ſenſibilibus)nihil aliud exigit,niſi quod ipſæmet res ſenſibiles, vt ab homine phantaſiatæ,obiectivè ad ipſum comparentur.

8 Sed contra hanc ſolutionem ſic arguitur. Angelus nequit abſtrahere ſpecies rerum ſenſibilium ab ipſiſmet rebus ſenſibilibus,etiam ſi ipſæ purè obiectivè comparentur ad Angelum abſtrahentem: ergo nec vt homo, nec aliter,ac homo poteſt Angelus abſtrahere ſpecies rerum ſenſibilium ab ipſiſmet ſenſibilibus. Prob.antecedens: Nequit Angelus vlla abſtractione abſtrahere ſpecies rerum ſenſibilium ab ipſiſmet ſenſibilibus,ſi in omni abſtractione involuatur dependentia Angeli à rebus ſenſibilibus, vt poſſit intelligere res ſenſibiles; ſed in omni abſtractione involvitur dependentia Angeli abſtrahentis ſpecies rerum ſenſibilium ab ipſiſmet ſenſibilibus,vt eas poſsit intelligere; ergo Angelus nequit abſtrahere vlla abſtractione ſpecies rerum ſenſibilium ab ipſiſmet rebus ſenſibilibus. Prob. minorem:In abſtractione ſpecierum rerum ſenſibilium, à ſolutione excogitata,involvitur dependentia Angeli à rebus ſenſibilibus, vt eas poſsit intelligere:ergo in omni abſtractione ſpecierum rerum ſenſibilium ab ipſiſmet rebus ſenſibilibus involuitur dependentia Angeli à rebus ſenſibilibus, vt eas poſsit intelligere. Conſequentia patet,(cum alia omnis abſtractio, ab à ſolutione excogitata diſtincta,repugnet Angelo, vt Authores ſolutionis fatentur)Prob. antecedens: Abſtrahens ſpecies ab obiecto dependet à tali obiecto; ſed in abſtractione ſpecierum rerum ſenſibilium ab ipſiſmet ſenſibilibus (vt à ſolutione excogitata) res ſenſibiles ſunt obiectum à quo Angelus abſtrahit ſpecies (ſecundùm prædictam ſolutionem) ergo in abſtractione ſpecierum rerum ſenſibilium à ſolutione excogitata, involuitur, dependentia Angeli à rebus ſenſibilibus,vt eas poſsit intelligere. Contra.

Digitized by Google

Conſequentia eſt legitima, minor eſt certa, & maior conſtat ex eo, quod omne obiectum abſtractionis ſpecierũ perficiat abſtrahentem, quod ſine dependentia abſtrahentis a tali obiecto nequit intelligi.

Dices. 9 Sed dices: quod licèt Angelus abſtrahat ſpecies à ſenſibilibus dependendo ab ipſiſmet ſenſibilibus, vt ab obiectis, nulla repugnantia apparet, etiam ſi Angelus omninò incorporeus ſit; quia ex eius eſſe omninò incorporeo ſolùm infertur, quod non dependeat a ſenſibilibus in eſſendo; non verò, quod non dependeat à ſenſibilibus in intelligendo.

Contra. 10 Sed contra hanc ſolutionem ſic arguitur breviter: Ex dependentia Angeli in intelligendo a ſenſibilibus, vt obiectis, infertur dependentia in eſſendo: ergo ſi hoc ſecundùm repugnat Angelo, & primùm etiam repugnabit. Antecedens prob. Ex dependentia animæ rationalis in intelligendo à ſenſibilibus, vt obiectis, infertur dependentia in eſſendo à ſenſibilibus, (hoc eſt dependentia à corpore tanquàm à ſubiecto informationis) ergo ex dependentia Angeli à ſenſibilibus, vt obiectis, in intelligendo infertur dependentia in eſſendo ab ipſiſmet ſenſibilibus.

Vrgentiùs. 11 Aliter, & vrgentiùs impugnatur principalis ſolutio: Abſtrahere Angelum ſpecies à rebus ſenſibilibus, vt obiectis arguit maiorem perfectionem in obiecto intellectus Angelici, ac habet dictum obiectum: ergo nec vt ab obiectis poteſt intellectus Angeli abſtrahere ſpecies à rebus ſenſibilibus, vt phantaſiatis ab homine; iuxta quem ſenſum ſemper loquimur de ſenſibilibus. Prob. antecedens: Talis abſtractio arguit, quod obiectum materiale, ſit obiectum intellectus Angeli, vt relucens in phantaſmate humano; ſed hoc arguit minorem perfectionem in obiecto intellectus Angelici, ac habet dictum obiectum: ergo Angelum abſtrahere ſpecies à rebus ſenſibilibus, vt obiectis, arguit perfectionem minorem in obiecto intellectus Angelici, ac habet dictum obiectum. Prob. minorem: Obiectum materiale relucens in phantaſmate humano eſt obiectum minùs abſtractum, ac eſt obiectum intellectus Angelici; ſed obiectum minùs abſtractum, ac eſt obiectum intellectus

An-

Digitized by Google

Angelici habet minorem perfectionem, ac obiectum intellectus Angelici: ergo talis abſtractio, ex qua infertur, quod obiectum materiale ſit obiectum intellectus Angelici, vt relucens in phantaſmate humano, arguit minorem perfectionem in obiecto intellectus Angelici, ac habet dictum obiectum. Prob. maiorem: Obiectum intellectus humani eſt minùs abſtractum obiecto intellectus Angelici; ſed obiectum proprium intellectus humani eſt obiectum materiale, vt relucens in phantaſmate humano: ergo obiectum materiale relucens in phantaſmate humano eſt obiectum minùs abſtractum, ac obiectum intellectus Angelici. Prob. minorem: Proprium obiectum intellectus humani eſt quidditas materialis, prout elucet, vel elucere poteſt in phantaſmate humano, (vt omnibus debet eſſe notum) ergo proprium obiectum intellectus humani eſt obiectum materiale, vt relucens in phantaſmate humano.

12 Explicatur: Perfectioris intellectus abſtractius, & altius debet eſſe obiectum; ſed intellectus Angelicus eſt perfectior intellectu humano: ergo perfectius, & abſtractius erit obiectum intellectus Angelici, ac intellectus humani: ergo cum obiectum proprium intellectus humani ſit quidditas materialis, vt elucet in phantaſmate, non erit hoc obiectum reſpectu intellectus Angelici, vt ab ipſo Angelus ſpecies abſtrahat: Diſcurſus, cum conſequentijs illatis, eſt legitimè formatus. Prob. maiorem (ſolùm probatione egentem): quia phantaſia eſt perfectior ſenſibus externis, habet altius, & perfectius obiectum, ac ſenſus externi: ergo etiam perfectioris intellectus abſtractius, & altius eſt obiectum. Prob. antecedens: Obiectum phantaſiæ eſt phantaſma, obiectum ſenſuum externorum eſt res ſenſibilis extra animam; ſed phantaſma altius, & perfectius eſt obiectum, ac res ſenſibilis extra animam: (ita vt phantaſma ſit obiectum intrinſecum phantaſiæ ab eius perfectione exactum, resquè ſenſibiles extra animam ſint obiectum intrinſecum ſenſuum externorum ob eorum materialitatem) ergo quia phantaſia eſt perfectior ſenſibus externis habet altius, & perfectius obiectum, ac ſenſus externi. Explicatur.

(?)

§. III.

Solvuntur Argumenta.

1. Arguitur. 13 PRimò arguitur non repugnat intellectum Angeli (etiam ſi Angelus omninò incorporeus ſit, & immaterialis immaterialitate phyſica) accipere ſpecies rerum ſenſibilium ab ipſiſmet ſenſibilibus per abſtractionem talium ſpecierum à ſenſibilibus: ergo Angelus poteſt accipere ſpecies rerum ſenſibilium ab ipſiſmet ſenſibilibus acceptione activa. Probatur antecedens: Abſtrahere ſpecies rerum ſenſibilium ab ipſiſmet ſenſibilibus, vt in phantaſmate exiſtentibus (ſic tantùm, vt iam diximus, de ſenſibilibus loquimur) convenit intellectui noſtro: ergo, & intellectui Angeli. Probatur conſequentia: non eſt deneganda perfectiori virtuti perfectio, quæ inferiori virtuti conveniat; ſed intellectus Angeli eſt perfectior virtus intellectiva, quàm intellectus humanus (tùm quia, ſic, omnibus conſtat. Tum quia expreſsè à Diuo Thoma docetur 2. contra Gentes. cap. 96. ratione 2.) & abſtrahere ſpecies rerum ſenſibilium a phantaſmatibus eſt perfectio, vtpote activitatem intellectus demonſtrans: ergo intellectui Angeli convenit abſtrahere ſpecies rerum ſenſibilium ab ipſiſmet ſenſibilibus, vt in phantaſmate relucentibus.

Confirmatur. 14 Confirmatur: Ad perfectionem naturæ intellectivæ humanæ pertinet vt poſsit ſe reducere in actum per ſpecies intelligibiles (ſeu per earum abſtractionem à phantaſmatibus) ergo etiam hoc ſpectabit ad perfectionem perfectioris naturæ intellectivæ: ergo, & ad perfectionem intellectus Angelici.

Reſpondetur 1. argumento. 15 Reſpondetur ad argumentum negando antecedens, & ad eius probationem conceſſo antecedenti negatur conſequentia, ad cuius probationem reſpondetur diſtinguendo maiorem: Perfectiori virtuti non eſt deneganda perfectio, quæ conveniat inferiori virtuti ſi ſit perfectio ſimpliciter, conced. maiorem: Si ſit perfectio exigens ſtatum imperfectum in virtute inferiori, vt ei conveniat, neg. maiorem, & diſtinguitur minor, quoad ſecundam partem (conceſſa quoad primam) abſtrahere ſpecies rerum ſenſibilium

Digitized by Google

à phantaſmatibus, eſt perfectio ſimpliciter, neg. minorem: deſiderans in virtute, cui conveniat ſtatum imperfectum, conced. minorem, & neg. conſequentiam. Itaque hoc quod eſt abſtrahere ſpecies rerum ſenſibilium à phantaſmatibus, dicit perfectionem, ſeu activitatem noſtro intellectui convenientem: cum tamèn exigat in noſtro intellectu ſtatum poſsibilem, in quo careat dictis ſpeciebus: ideo dicimus eſſe perfectionem exigentem in virtute, cui conveniat ſtatum imperfectum. Vnde abſtrahere ſpecies à phantaſmatibus, non arguit perfectiorem virtutem intellectivam; ſed ſolùm virtutem animæ vnitæ materiæ, ex qua vnione provenit vſus potentiarum ſenſitivarum inſervientium potentiæ intellectivæ (vt in numero 3. diximus) quod quidem minimè Angelo convenit.

Igitur virtus intellectiua humana, non quia virtus intellectiva abſtrahit ſpecies rerum ſenſibilium à phantaſmatibus rerum ſenſibilium; ſed quia talis virtus intellectiva, quæ proximè accedit ad imaginatiuam, & phantaſiam: & ita vltimum, quod reperitur in phantaſia debet in cohare id, quod recipitur primò in intellectu; ex quo provenit, quod in ſtatu ſeparationis animæ noſtræ non abſtrahantur ſpecies (recole dicta numero 3.) perfectiusquè eſt non indigere virtute abſtractiua ſpecierum rerum ſenſibilium à phātaſmatibus, quam illa ornari; cum ſit perfectius habere intelligentem a principio omnes ſpecies rerum ſenſibilium (pro quarum comparatione virtus abſtractiua deſideratur) quam illas acquirere: cum hoc ſecundum arguat carentiam ſpecierum, & ſtatum potentialem ad ipſas: ſicut perfectius eſſet nobis habere a principio totum augmentum, quod acquirimus ſucceſſu temporis per virtutem augmentativam, quam tali virtute indigere ad creſcendum, quę virtus creſcendi non eſt in Cœlo, nec quidem in corporibus glorioſis erit exercitium huius augmentationis (Vt benè notat Magiſter à Sancto Thoma in hoc dubio) quia omnia corpora erunt in ſuo debito ſtatu, & menſura.

Virtus intellectiva humana, nō quia virtus intellectiva abſtrahit ſpecies a phantaſmatibus; ſed quia talis virtus intellectiva.

RR. à Sācto Thoma.

16 Ad confirmationem ſimiliter reſpondetur diſtinguendo antecedens: Se reducere de potentia ad actum per ſpecies intelligibiles, ſeu per earum abſtractionem à phantaſmatibus, pertinet ad perfectionem naturæ intellectivæ humanæ: in quantùm intellectus humanus (cui hæc per-

Reſpondetur ad confirmationē.

fec-

fectio convenit) intellectus eſt, neg. antecedens: In quantùm talis intellectus eſt, conced. antecedens; & neg. conſequentiam. Maior enim perfectio eſt in Angelo habere innatas ſpecies, & quod eius cognitio ortum habeat à ſuprema, & vniverſaliſsima cauſa, quàm ex aliquo particulari obiecto; & ita non poſſe abſtrahere illas ſpecies, non dicitur in potentia privatiua, ſed negatiua (hoc eſt non potentia) ſicut nec eſt in Angelo potentia ad vtendum phantaſia: homini tamèn (cuius intellectus, quatenùs talis intellectus eſt, perfectibilis eſt radicaliter, & initiatiuè à rebus ſenſibilibus, & cuius cognitio, quatenùs talis ortum habet à ſenſu) eſt perfectio poſſe abſtrahere ſpecies à phantaſmatibus, & quod proprius intellectus reducatur de potentia ad actum per talium ſpecierum comparationem, in quo eius inferioritatem ad Angelum, quò ad vim intellectivam comprehendes.

Maior perfectio eſt in Angelo habere ſpecies innatas, quā ex aliquo particulari obiecto.

17 Arguitur 2. Angelus omnia ſenſibilia, quæ occurrunt, & incipiunt exiſtere, poteſt vt exiſtentia cognoſcere; ſed ſenſibilium (ſecundùm hanc conſiderationem) nō habuit Angelus ſpecies à principio: ergo non omnes ſpecies repræſentatiuas rerum ſenſibilium habuit Angelus à principio. Probatur minor: Senſibilia omnia, quæ occurrunt, & incipiunt exiſtere, ſunt omnia ſingularia ſenſibilia, vt exiſtentia; ſed omnium ſingularium ſenſibilium, vt exiſtentium, Angelus non habuit a principio ſpecies repræſentativas: ergo ſenſibilium omnium, prout exiſtentium, non habuit à principio Angelus ſpecies repræſentativas. Probatur minor: Tum quia omnia ſingularia ſenſibilia ſunt ferè infinita, & non poteſt eſſe in intellectu Angeli tanta ſpecierum multitudo à principio ſuæ creationis: Tum quia, ſi ſpecies omnium ſingularium ſenſibilium, vt exiſtentium, haberet Angelus a principio ſuæ creationis, abinitio ſuę creationis cognoſceret omnia futura; ſed hoc repugnat Angelo: ergo, & ſpecies repræſentatiuæ omnium ſingularium ſenſibilium datæ à Deo in primo inſtanti eſſe Angeli. Conſequentia eſt legitima; minor certa; & maior probatur: Repræſentatio ſpecierum eſt naturalis; vnde ſpecies in repręſentatione obiectorum agunt ſecundùm vltimum potentiæ, & conſequenter repræſentant ſtatim quidquid poſſunt repræſentare: ergo, cum

2. Arguitur.

Digitized by Google

cum ſpecies omnium ſingularium ſenſibilium Angelo inditæ a principio, ſint ſpecies futurorum, repræſentabunt futura: ergo Angelus omnia futura ſenſibilia a principio cognoſceret.

18 Reſpondetur conceſſa maiori, diſtinguendo minorem. Angelus non habuit ſpecies omnium ſenſibilium, quæ occurrunt, & incipiunt exiſtere; ſpecies immediatas, & primario repræſentantes talia ſenſibilia, conced. minorem: Mediatas, & ſecundario repræſentantes omnia ſenſibilia, quæ occurrunt, & incipiunt exiſtere, neg. minorem, & diſtinguitur conſequens eodem modo: Non habuit ſpecies omnes immediatas rerum ſenſibilium ſingularium, conced. conſequentiam: Mediatas ſingularium, & immediatas naturæ vniuerſalis, neg. conſequentiam: Omnium enim ſenſibilium ſingularium, vt exiſtentium, non habuit Angelus ſpecies immediatas repræſentativas à principio; ſin verò mediatas, & ſecundariò repræſentantes talia ſingularia: quin ex hoc ſequatur multitudo ferè infinita ſpecierum: quia non datur in intellectu Angeli multitudo ſpecierum correſpondēs numero ſenſibiliū ſingularium, quæ occurrant, & incipiant exiſtere; ſed præciſè dantur pro omnibus his ſenſibilibus ſingularibus ſpecies immediatę naturarum vniverſalium, quæ quidē repręſentāt mediatè, & ſecundariò omnia ſingularia illorum naturarū; & ſic numerus ſpecierum non numero ſingularium; ſed naturarum vniverſalium debet correſpondere; qua doctrina manet præoccupata prima probatio vltimæ maioris.

Reſpondetur 2. argumento.

Angelus nō habuit a principio ſpecies immediatas repræſentativas omniū ſingulariū, vt exiſtentium.

19 Sed dices: Si Angelus cognoſceret ſingularia ſenſibilia cuiuſcumque naturæ vniverſalis per ſpecies naturarum vniverſalium, ſingularia tantùm confuſè cognoſcerentur ab Angelo (& quaſi in communi) ergo ad cognitionem particularem, & diſtinctam ſingularium ſenſibilium requiruntur aliæ ſpecies diſtinctæ ab à Deo inditis repræſentatiuis naturarum vniverſalium: ergo has ſpecies, per quas in particulari, & diſtinctè cognoſcantur ſingularia ſenſibilia, poterit Angelus abſtrahere à rebus ſenſibilibus; omnes conſequentiæ conſtant: Probatur antecedens: Species repræſentans naturam vniuerſalem, eſt ſpecies repręſentans naturam communem; ſed ſpecies repræſentans naturam communem, in communi, & confuſè re-

Dices.

repræſentat ſingularia talis naturæ, vt videri eſt in noſtris ſpeciebus repræſentantibus naturam communem) ergo ſi Angelus cognoſceret ſingularia ſenſibilia cuiuſcumque naturæ vniuerſalis per ſpecies naturarum vniuerſalium; ſingularia tantùm confuſsè (& quaſi in communi) cognoſcerentur ab Angelo.

Reſpondetur Repliçę.

20 Reſpondetur diſtinguendo antecedens: Si Angelus cognoſceret ſingularia ſenſibilia cuiuſcumque naturæ vniuerſalis per ſpecies naturarum vniuerſalium; ſingularia tantùm confuſsè (& quaſi in communi) cognoſcerentur ab Angelo: Si ſpecies naturarum vniverſalium repræſentent naturas vniuerſales, prout exiſtentes in omnibus ſuis ſingularibus, neg. antecedens: Si non repræſentent ſic naturas vniuerſales: ſed tantùm ſecundùm ſuum eſſe commune, conced. antecedens, & neg. conſequentiam. Species enim repræſentantes vniuerſales naturas poſſunt eſſe vniuerſales ſecundũ duplicẽ conſiderationem; & quia abſtrahantur ab obiectis, & conditionibus indiuiduantibus (vt ſunt vniuerſales ſpecies noſtræ) vel quia repræſentant naturam vniuerſalem, non tantùm ſecundùm rationem communem, ſed etiam prout exiſtentem in omni ſuo indiuiduo.

Species repræſentites naturas vniverſales poſſunt eſſe ſecundùm duplicem conſideration ẽ vniverſales.

Per primas ſpecies haud dubium eſt confuſsè cognoſci ſingularia, cum non ad illorum cognitionem diſtinctã (etiã ſecundariam) deſerviant, vt patet in nobis: cum ſpecies repræſentatiua naturæ humanæ, vel alterius cuiuſcumque naturę, non ſufficiat, vt poſsimus etiam ſecundariò diſtinctè, & in particulari cognoſcere indiuidua illius naturæ, ſed pro quocũque ſingulari debemus abſtrahere ſpeciem, vt tale ſingulare, non purè confuſsè cognoſcatur, ſpecies tamèn, quæ dicitur vniuerſalis, quia repræſentat naturam vniuerſalem, non tantùm ſecundùm rationem communem; ſed etiam prout exiſtentem in omni ſuo indiuiduo, diſtinctè, & in particulari repræſentat omnia ſingularia naturæ, cuius ſit ſpecies: & ita primariò repræſentat naturam ſecundariò, & mediatè indiuidua illius naturæ; ſed licèt ſecundariò, & mediatè repræſentet ſingularia, non repræſentat ea reflexè, ſed directè, vt terminos ſecundarios ſuæ repræſentationis. Cuius ratio eſt: quia ſpecies, hoc ſecundo modo vniuerſalis, repræſentat naturam vniuerſalem, prout exiſtentem in vniverſo (cum ad ſic repræſentandum naturam vniuerſalẽ in-

Et acceptæ ſecundùm vnam conſiderationẽ repræſentat confuſè ſingularia; nõ vero vt acceptæ ſecũdùm aliam.

Digitized by Google

infundatur à Deo) & natura vniuerſalis exiſtit in vniuerſo, prout in omni ſuo indiuiduo exiſtenti exiſtit; ſed de hoc latius in ſequentibus dubijs.

21 Ad ſecundam probationem vltimæ minoris argumenti (quæ obſtare poteſt etiam ſuppoſita diſtinctione data in numero 18.) reſpondetur negando maiorem: & ad eius probationem conceſſo antecedenti quoad primam partem: quoad ſecundam diſtinguitur: & conſequenter repræſentant ſtatim quidquid poſſunt repræſentare: ſi quidquid poſſint repræſentare pertineat ad ordinem vniverſi, conced. antecedens: Si non pertineat, neg. antecedens, & diſtinguitur primùm conſequens: ergo, cum ſpecies omnium ſenſibilium ſingularium Angelo inditæ à principio ſint ſpecies futurorum, repræſentabunt futura: ſi ſint ſpecies futurorum *vt talium*, conced. conſequentiam: Si non *vt talium*, neg. conſequentiam; & ſimul aliam conſequentiam ex hac deductam. Futura enim, quatenùs talia, non pertinent ad ordinem vniverſi, & ſpecies Angeli tantùm ſunt eorum, quæ pertinent ad ordinem vniuerſi, proindeque eorum, quæ contineantur intra latitudinem obiecti proportionati reſpectu Angeli; quod tantùm eſſe hoc vniverſum ſubtiliſſimè ſuadet in ſuo tractatu de cognitione Angelorum præclariſsimus huius noſtræ Vniverſitatis Primarius Reverendiſsimus P. M. Fr. Carolus de Bayona, nobis ſemper venerandus Magiſter. ¶ Vnde licèt ſpecies, quam habet Angelus agat per modum naturæ, & ſecundùm vnionem potentiæ, non ſe extendit ad repræſentandum futura, quouſquè futura debitè approximentur in ratione obiecti proportionati reſpectu virtutis cognoſcitiuæ Angeli; & ex probatione huius vltimæ minoris infertur, quod poſito in rerum natura hoc, vel illo ſenſibili ſingulari naturæ vniverſalis repræſentatæ in ſpecie vniuerſali Angeli, non eſſe in poteſtate Angeli illud non cognoſcere: quandò quidem cum ſpecies repræſentet naturaliter poſito obiecto debitè proportionato; debet illud neceſſario repræſentare; non verò, quod cognoſcatur tale ſenſibile ſingulare antequā exiſtat; quia tunc eſt improportionatum, vtpote non clauſum in hoc vniverſo. Si deſideres ſcire cum vniverſum hoc ſit obiectum proportionatum intellectus Angelici? Eſt in promptu ratio: quia obiectum proportionatum, & attributionis intellectus An-

Reſpondetur ad quandam probationem,

Species omnium ſenſibilium ſingulariū Angelo inditæ a principio, non repræſentabant futura, vt talia.

RR. Bayona.

Angelus eſt illud, cuius cognitio debetur Angelo, & extra quod non eſt aliud obiectum, cuius cognitio debeatur Angelo; ſed Angelo debetur cognitio omnium pertinentium ad vniuerſum, & non non pertinentium ad illud (cum ideo non debeantur Angelo ſpecies poſsibilium in connexorum cum hoc vniverſo; quia talia poſsibilia ad vniverſum non ſpectant) ergo, Sed de his plura dicemus in proprio loco.

§. IV.

SECVNDA CONCLVSIO.

Angelus non accipit ſpecies à rebus ſpiritualibus vlla acceptione ſiue actiua, ſiue paſsiua.

S. Thomas in eo fundatur hæc 2. concluſio.

22 QVam concluſionem in teſtimonio pro prima concluſione adducto expreſſam reperies. *Vnicuique ſpiritualium creaturarum à Verbo Dei impreſſæ ſunt omnes rationes rerum omnium tàm ſpiritualium, quàm corporalium. &c.* Ibi enim æquè loquitur Angelicus Magiſter, de rationibus, ſeu ſpeciebus impreſsis rerum ſpiritualium, ac corporalium: ſentiens omnes rationes rerum omnium tàm ſpiritualium, quàm corporalium fuiſſe Angelis impreſſas à Verbo Dei; quod quidèm ſuadet non poſſe Angelum connaturaliter abſtrahere ſpecies à rebus ſenſibilibus, aut eas accipere à rebus ſpiritualibus vlla acceptione, ſiue actiua, ſiue paſsiva; quia ſi Angelus poſſet connaturaliter accipere ſpecies a rebus ſpiritualibus, & eas abſtrahere à rebus ſenſibilibus, non fuiſſet ei denegatum accipere ſpecies à rebus ſpiritualibus, & abſtrahere eas à ſenſibilibus, vt factum fuit per infuſsionem ſpecierum omnium rerum, tàm ſpiritualium, quàm corporalium, quàm extitiſſe in Angelis præiactum teſtimonium ſatis demonſtrat.

Probatur à ratione.

Vide S. D. 2. contra Gent. cap. 98. circa finem; & 2. ad

23 Varijs rationibus firmatur hæc concluſio à Doctoribus pro ea pugnantibus; vna tamèn à priori illam fundare conabimur: Si Angelus poteſt accipere ſpecies à rebus ſpiritualibus aliqua acceptione, ſiuè actiua, ſiuè paſsiua; eſſet quia Angelus poſſet accipere ſpecies acceptione paſsiva ab alijs Angelis (vt eos intelligeret) vel quia Angelus

Digitized by Google

lus intelligens acciperet acceptione actiua ſpecies intelligibiles aliorum Angelorum ab ipſiſmet Angelis intelligendis; ſed nec Angelus intelligens accipit actiuè ſpecies intelligibiles aliorum Angelorum ab ipſiſmet Angelis intelligendis, nec Angeli intelligendi immittunt ſpecies ipſorum repræſentativas Angelo intelligenti: ergo Angelus, non poteſt accipere ſpecies à rebus ſpiritualibus vlla acceptione ſiuè activa, ſiuè paſsiua. Minor (in qua eſt difficultas) quoad vtramque partem probare debemus, & quoad primã primò ſic: vt Angelus intelligens acciperet acceptione actiua ſpecies intelligibiles aliorum Angelorum ab ipſiſmet Angelis intelligendis, erat neceſſe, quod Angelus intelligens ſua actione extraheret ſuas ſpecies ab Angelis intelligendis; ſed repugnat Angelo intelligenti extrahere ſua actione dictas ſpecies ab Angelis intelligendis: ergo Angelus intelligẽs nõ accipit activè ſpecies intelligibiles aliorũ Angelorum ab ipſiſmet Angelis intelligendis. Prob. minorem: Qui ſua actione extraheret ſpecies intelligibiles ab Angelis intelligendis, ageret in Angelis intelligendis: ſed repugnat Angelo intelligenti agere in Angelis intelligibilis: ergo repugnat Angelo intelligenti extrahere ſpecies ab Angelis intelligendis. Maior eſt certa; Conſequentia benè deducitur. Prob. minorẽ: Vt Angelus intelligẽs ageret in Angelis intelligendis, intellectus Angeli intelligentis debebat eſſe approximatus Angelis intelligendis; ſed intellectui Angeli intelligentis, nudè conſiderato (hoc eſt, abſque ſpeciebus aliorum Angelorum, vt eſſet pro priori ad talium ſpecierum comparationem) repugnat approximari in illo ſtatu Angelis intelligendis: ergo Angelo intelligenti repugnat agere in Angelis intelligendis. Maior ab omnibus debet concedi; cum, ſpecies intelligibiles acciperet Angelus intelligens, in quantùm eius intellectus eas extraheret ab Angelis intelligendis.

Annibaldum dist. ., q. vnic, art. 1, ad ad 2.

Angelus intelliges Angelos alios a ſe, nequit ſua actione extrahere ſpecies intelligibiles illorum ab ipſis intelligendis.

Quia repugnat ei agere in Angelis intelligẽdis.

Minor probatur: Intellectus Angeli intelligentis, nudè cõſideratus purè negatiuè poteſt ſe habere in illo ſtatu reſpectu Angelorum intelligendorũ; ſed intellectui, qui purè negativè poteſt ſe habere reſpectu Angelorum intelligendorum repugnat approximari Angelis intelligendis: ergo intellectui Angeli intelligentis, nudè conſiderato, repugnat approximari in illo ſtatu Angelis intelligendis. Prob. maiorẽ, & minorem: maiorem ſic; intellectus Angeli intelligentis nudè

con-

Quæ approximatio deſideretur, vt vnus Angelus agat in alio Angelo?

conſideratus nō poteſt præhabere pro illo ſtatu in eſſe intelligibili Angelos alios à ſe: ergo intellectus Angeli intelligentis, nude conſideratus, purè negatiue poteſt ſe habere in illo ſtatu reſpectu Angelorum intelligendorum. Antecedens eſt certum, & conſequentia conſtat (cum Angelus eatenùs dicat poſsitivum reſpectum ad res extra ſe, quatenùs illas præhabet in eſſe intelligibili) Prob. minorem: Approximatio deſiderata, vt vnus Angelus agat in alio, eſt indiſtantia poſsitiua, & immediata vnio agentis cum paſſo; ſed intellectui, qui purè negativè poſsit ſe habere reſpectu Angelorum intelligendorum, repugnat ſe approximari Angelis intelligendis (in illo ſtatu) ergo intellectui, qui purè negativè poſsit ſe habere reſpectu Angelorum intelligendorum, repugnat approximari in illo ſtatu Angelis intelligendis.

Angeli intelligendi immittunt ſpecies ipſorum repræſentatiuas intra intellectum Angeli intelligentis.

24 Iam probemus ſecundam partem minoris, ſcilicèt, quod neque Angeli intelligendi immitunt ſpecies ipſorum repræſentativas Angelo intelligenti: Si Angeli intelligendi immitterēt ſpecies ipſorum repræſentativas intra intellectum Angeli intelligentis, agerent in intellectu Angeli intelligentis; ſed repugnat, quod Angeli intelligendi agant in intellectu Angeli intelligentis: ergo nec Angeli intelligendi immittunt ſpecies ipſorū repræſentativas Angelo intelligēti, Maior eſt certa (quia ſi Angeli intelligendi immitterent ſpecies ipſorum repræſentativas intra intellectum Angeli intelligentis illum reducerent effectivè per talem ſpecierum immiſsionem de potentia ad actum primum intelligendi) Prob, minorem: Si Angeli intelligendi agerent in intellectu Angeli intelligentis, ſubordinarent ſibi intellectum Angeli intelligentis; ſed repugnat, quod Angeli intelligendi ſubordinent ſibi intellectū Angeli intelligentis: ergo repugnat, quod Angeli intelligēdi agant in intellectu Angeli intelligentis. Maior conſtat ex conceptu cuiuſcumque agentis principalis, (quale eſſent Angeli intelligendi, quoad munus reducendi intellectum Angeli intelligentis de potentia ad actum primum intelligendi) Minorem prob. Proprium eſt Dei ſubordinare ſibi intellectum Angeli intelligentis: ergo repugnat, quod Angeli intelligendi ſubordinent ſibi intellectum Angeli intelligentis. Prob. antecedens: Quod ita ſubordinatur Deo, vt repugnet ſubordinari creaturæ, explicat eſſe proprium Dei illud ſibi ſubordinare; ſed

Digitized by Google

ſed intellectus Angeli intelligentis, ita ſubordinatur Deo, vt repugnet ſubordinari creaturæ: ergo proprium eſt Dei ſibi ſubordinare intellectum Angeli intelligentis.

Prob. minorem. intellectus Angeli intelligentis, ſolùm poſſet ſubordinari creaturę, quæ eſſet potentia vniverſalior ipſo; ſed nulla datur potentia creata, quæ poſsit eſſe vniverſalior intellectu Angeli intelligentis: ergo intellectus Angeli intelligentis ita ſubordinatur Deo (de qua ſubordinatione dubitare non licèt) vt repugnet ſubordinari creaturæ. Minorem prob. Nulla potentia creata poteſt eſſe vniverſalior potentia inſpiciente pro obiecto ens in quantùm ens; ſed intellectus Angeli intelligentis eſt potentia inſpiciens pro obiecto ens in quantùm ens: ergo nulla datur potentia creata, quæ poſsit eſſe vniverſalior intellectu Angeli intelligentis.

25 Explicatur hoc: Potentia ita vniverſalis, quod inſpiciat vt obiectum ens in quantùm ens, ſolùm valet ſubordinari potentiæ creatæ tendenti ad vniverſalius obiectum; ſed nulla potentia creata poteſt tendere ad obiectum vniverſalius ente in quantùm tali: ergo intellectus Angeli intelligentis, qui eſt potentia ita vniuerſalis, vt inſpiciat pro obiecto ens in quantùm tale, nequit ſubordinari vlli potentiæ creatę: ergo ſolum Deo ſubordinabitur. Maior clara videtur: Conſequentia eſt legitima, & minor conſtat; Tum quia non eſt aſsignabilis inter obiecta potentiarum creatarum obiectum vniverſalius ente in quantùm tali; Tum quia ſi aliqua potentia poſſet inſpicere obiectum vniverſalius prædicto, eſſet aliqua potentia intellectiva Angeli ſuperioris ad Angelum inferiorem intelligentem, cuius eſſet intellectus inſpiciens pro obiecto ens in quantùm tale (cùm potentia intellectiva ex ſuis intrinſecis excedat in vniverſalitate cæteras alias potentias creatas) ſed quævis potentia intellectiua cuiuſcumque intelligẽtis creati (etiam ſi perfectior omnibus ſit) eſt æqualis, in vniuerſalitate obiecti, intellectui Angeli intelligentis, licèt infimus hic eſſet (quia omnes intellectus ſiuè Angelici, ſiuè humani æquales ſunt quoad vniverſalitatẽ obiecti) ergo repugnabit vnum intellectum creatum alteri ſubordinari: ergo, & ſubordinari cuiuſcumque agenti particulari; cuius potentia non poteſt eſſe vniuerſalior potentia intellectiva: ergo intellectus creatus ſolùm Deo ſubordinari valet.

Explicatur.

Nulla potentia creata poteſt tẽdere ad obiectum vniverſalius ente in quantùm tali.

Digitized by Google

Dices. 26 Sed dices: Quod Angelus perfectior Angelo intelligente poterit (ſeruata eadem vniuerſalitate obiecti inter vtriuſque intellectum) actuare intellectum Angeli intelligentis, cum perfectior creatura intellectualis ſufficiat ad actuandum imperfectiorem; ex quo infertur, quod etiam poſsit immittere ſpecies intra intellectum Angeli intelligentis, cum hoc quoddam genus actuandi exprimat.

Contra. 27 Sed contra hanc ſolutionem ſic arguitur: Magìs requiritur ad hoc, vt Angelus perfectior intelligendus immittat ſpeciem ſui repræſentatiuā intra intellectum Angeli intelligentis inferioris in perfectiore reſpectu Angeli intelligendi, quàm, vt illum perficiat: ergo non benè arguitur in ſolutione ex 2. ad 1. Prob. antecedens: Vt Angelus perfectior intelligendus immittat ſpeciem ſui repræſentatiuam intra intellectum Angeli inferioris intelligentis, exigitur ſubordinatio intellectus Angeli intelligentis ad potentiā factiuam ſpecierum Angeli intelligendi (vt ex numero 25. conſtat); ſed ad hoc, vt Angelus perfectior intelligendus perficiat intellectum Angeli inferioris intelligentis non deſideratur tantum: ergo magis requiritur ad hoc, vt Angelus perfectior intelligendus immittat ſpeciem ſui repræſentatiuam intra intellectum Angeli intelligentis inferioris in perfectione reſpectu Angeli intelligendi, quàm, vt talem intellectum perficiat. Conſequentia eſt legitima, & minor non negatur à contrarijs.

Magis requiritur, vt Angelus intelligendus immittat ſpeciem ſui repræſentatiuam intra intellectum intelligētis, quàm vt illum perficiat.

Efficaciùs. 28 Efficaciùs impugnatur ſolutio: Licèt ſeruata eadē vniuerſalitate obiecti inter potentiam Angeli perficientis, & intellectum perficiendum Angeli inferioris, poſſet perfici intellectus Angeli inferioris à potentia Angeli ſuperioris, non tamē poteſt (manente hac eadem vniuerſalitate obiecti) potentia Angeli ſuperioris immittere ſpecies Angeli ſuperioris repræſentatiuas intra intellectum Angeli inferioris ſuperiorem intelligentis: ergo licèt benè percipiatur primum; ſecus verò ſecundum. Prob. antecedens: Angelum ſuperiorem perficere intellectum Angeli inferioris, eſt illum illuminare; immittere ſpecies ſui repræſentatiuas intra intellectum Angeli inferioris intelligentis, eſt plenè dominari tali intellectui; ſed etiam, ſi primum cōponatur, ſalua eadem vniuerſalitate obiecti inter potentiam Angeli perficientis, & intellectum perficiendum, non ita, eadem vniuerſalita

Angelū ſuperiorē perficere intellectum Angeli inferioris eſt illum illuminare.

Digitized by Google

te manente, ſalvari valet ſecundum: ergo licèt ſervata eadē vniuerſalitate obiecti inter potentiam Angeli perficientis, & intellectum perficiendum Angeli inferioris, poſsit perfici intellectus Angeli inferioris a potentia Angeli ſuperioris, non tamèn poteſt (manente hac eadem vniuerſalitate obiecti) potentia Angeli ſuperioris immittere ſpecies Angeli ſuperioris repræſentativas intra intellectum Angeli inferioris ſuperiorem intelligentis.

Prob. minorem quoad primam partem (poſtea probaturi quòad ſecundam): Angelum ſuperiorem illuminare intellectū Angeli inferioris, non eſt agere in intellectu Angeli inferioris; ſed in obiecto intelligendo, quod ſuo lumine illuſtrat; ſed ſalua eadem vniverſalitate obiecti inter potentiam Angeli perficientis, & intellectum inferioris perficiendum componitur benè, quod Angelus ſuperior agat in obiecto intelligendo ab intellectu inferioris, quod ſuo lumine illuſtrat ſuperior: ergo eadem vniverſalitate obiecti exiſtente inter potentiam Angeli perficientis, & intellectū perficiendū componitur, quod Angelus illuminet intellectum Angeli inferioris intelligentis: Maior eſt doctrina communis Thomiſtarum erga explicationem conceptus illuminationis Angelicæ; conſequentia rectè deducitur; & minor conſtat: quia in hoc, quōd eſt Angelum ſuperiorem agere in obiecto intelligendo ab Angelo inferiori exprimitur idē eſſe obiectum vtriuſque intellectus, licèt clariùs à primo, quàm à ſecundo attactum, quod quidem fuſsiùs ſuo loco enodabimus.

Angelus illuminans alium, nō agit in intellectu illuminandi, ſed in obiecto intelligendo.

Prob. iam ſecundam partem minoris (ſcilicet) quod eadem vniverſalitate obiecti manente, inter potentiam Angeli perficientis, & intellectum perficiendum Angeli inferioris, non benè componitūr potentiam Angeli ſuperioris plenè dominari intellectui Angeli inferioris: qui plenè dominatur intellectui Angeli intelligentis, illi dominatur, in quātùm eſt potentia vniverſalis (cùm intellectus, vt talis, potentia vniverſalis ſit) ſed, qui plenè dominatur intellectui Angeli intelligentis, in quantùm potentia vniuerſalis eſt, exigit habere obiectum vniuerſalius obiecto intellectus plenè a ſe dominati (vt certum apparet) ergo eadem vniverſalitate obiecti manente, inter potētiā Angeli perficiētis, & intellectū perficiēdū Angeli inferioris, nō benē cōponitur potētiā Angeli ſuperioris plenè dominari intellectui Angeli inferioris: Sed

Manēte eademvniuerſalitate obiecti inter potentias duplicis Angeli no benè componitur, quod potentia vnius plenè dominetur intellectui alterius.

P. Suarez. 29 Sed dices cum P. Suarez lib. 6. de Angelis cap. 13. à num. 24. quod etiam, quandò Angelus ſuperior inferiorem illuminat, agit in intellectu inferioris, ſiquidem illum illuminat, per hoc, quod ſpeciem aliquam impreſſam producat intra intellectum illuminati; cumque iam habeamus, quod ſalua eadem vniuerſalitate obiecti inter potentiam Angeli perficientis (ſeù illuminantis, & intellectum illuminati) poſsit Angelus illuminans intellectum inferioris illuminare, & perficere, manente hac eadem vniuerſalitate, poterit Angelus ſuperior ſpeciem ſui repræſentativam producere intra intellectum Angeli inferioris intelligentis.

Contra. 30 Sed contra hanc ſolutionem ſpecialiter (niſi fallimur) argumentamur (dato ad eius impugnationem fieri illuminationem per ſpeciei productionem intra intellectum Angeli illuminati, quod, vt omninò falſum, exiſtimamus iuxta viam Angelici Magiſtri) illuminationem fieri per productionem ſpeciei impreſſæ intra intellectum Angeli illuminati, exiſtente eadem vniuerſalitate obiecti inter intellectum huius, & potentiam Angeli illuminantis, tantùm ſuadet, quod Angelus illuminans immittat intra intellectum illuminati ſpeciem obiecti ab illuminante illuſtrandi; ſed ex hoc non ſequitur, quod manente eadem vniverſalitate obiecti inter potentiam Angeli ſuperioris, & intellectum Angeli inferioris, poſsit Angelus ſuperior ſpeciem ſui repræſentativam producere intra intellectum Angeli inferioris intelligentis: ergo licèt Angelus ſuperior Illuminans agat in intellectum Angeli illuminati per immiſsionem ſpeciei obiecti, circa, quod fit illuminatio, manente eadem vniuerſalitate inter obiecta intellectus illuminati, & potentiam illuminantis, non ſequitur, quod Angelus ſuperior ſpeciem ſui repræſentatiuam poſsit producere intra intellectum Angeli inferioris intelligentis, ſervata (etiam) eadem vniuerſalitate inter vtriuſque intellectus obiecta. Prob. minorem: Manere eādem vniuerſalitatem inter obiecta potētiæ agētis in intellectu aliquo, & talis intellectus, ſi potētia agit in intellectu cum dependētia ab intellectu, non ſuadet manere eandē vniverſalitatem inter illa obiecta, ſi potentia agat in intellectu independenter ab intellectu (vt cuiuis conſtabit) ſed quando Angelus illuminans immittit intra intellectum illuminati ſpeciem obiecti ab illuminante illuſtrandi agit in dicto in-

Quando Angelus illuminās immittit intra intellectum illuminati ſpeciē obiecti ab illuminante illuſtrādi, agit in dicto intel-

intellectu cum dependentia ab illo,& quando Angelus ſuperior produceret ſpeciem ſui repræſentativam intra intellectũ Angeli inferioris intelligentis, ageret in intellectu inferioris independenter ab illo;ergo licèt manente eadem vniuerſalitate obiecti inter potentiam Angeli illuminantis, & intellectum illuminati,poſsit illuminans agere in intellectu illuminati per immiſsionem ſpeciei obiecti ab illuminante illuſtrandi, non poterit Angelus ſuperior ſpeciem ſui repræſentativã producere in intellectũ Angeli intelligentis, eadem permanente vniverſalitate obiecti inter intellectum huius,& potentiam Angeli ſuperioris. Maior iam eſt ſuppoſita; conſequentia eſt legitima; & minorem duplici conſtantem parte, quò ad vtramque breviter probamus.

lectu cũ dependẽtia ab illo;& quando produceret ſpeciem ſui repræſentativam intra intellectum Angeli A, Angelus B, ageret in intellectu Angeli A independẽter ab illo.

Quoad primam ſic:Quia vt illuminans illuminet intellectum illuminandi per immiſsionem ſpeciei obiecti ab illuminante illuſtrandi debet Angelus illuminandus conſentire in talem immiſsionem. Tum quia ſi Angelus illuminandus non præbet facul-atem,& conſenſum nulla perfectio proveniens ab Angelo illuminante poteſt actuare, vel illuminare intellectum eius(vt clarum fiet legenti M. Navarrete controverſia 54. tom.1. in primam partem. fol. 524. columna 1.1.B.) Tum quia illuminatio aliquod magiſterium, & diſcipulatum importat,ita quod illuminans doceat, & illuminatus diſcat, & vt Magiſter doceat diſcipulum,requiritur,quod iſte conſentiat explicationi Magiſtri(ſic atteſtante experientia)ergo, vt illuminans illuminet intellectum illuminandi per immiſsionem ſpeciei, immittit talem ſpeciem dependenter à conſenſu illuminandi (loquimur de illuminatione creaturæ à creatura, non à Deo; cum hic illuminet independenter à conſenſu illuminandi, quod non haberet,ſi Suprçmus Dominus intellectuss illuminandi non eſſet)ergo,quando Angelus illuminans immittit ſpeciem obiecti à ſe illuſtrandi intra intellectum illuminandi,agit in dicto intellectu cum dependentia ab illo.

Ricardus in 2.diſt.3.art. 1.q.1. aſſerit: *Speciem immittẽdam intra intellectum inferioris Angeli dependere ab huius conſenſu,immo, & quod magis ab iſto, quàm ab Angelo immittente dependet.*

Prob.minorem quoad ſecundam partem (ſcilicet) quod quando Angelus ſuperior produceret ſpeciem ſui repræſentativam intra intellectum Angeli inferioris intelligentis,ageret in intellectu inferioris independenter ab illo: qui immitteret ſpeciem ſui repræſentativam intra intellectum aliquem,vt ab illo cognoſceretur,non exploraret conſen-

Conſule P. *Suarez* lib. 2.de Angelis cap. 28. à num. 55. vſque ad 58. incluſ. &M.Navarrete tom.1.

in 1. parte. cōtrov. 51. fol. 612. col. 2. B.

ſenſum illius, cuius eſſet intellectus intra quem immitteret ſpeciem; ſed propriam actiuitatem; Tum quia ſic videtur verum; Tum quia licèt addiſcere, vel non addiſcere, illuminari, vel non illuminari dependeat à conſenſu Diſcipuli, & illuminati; poſſe tamèn addiſcere, vel illuminari, quod conſtituitur per intellectum, tanquam per potentiam, & per ſpecies tanquàm per formam, & determinativum ex parte obiecti, non dependet à conſenſu intelligentis; maximè, quando ipſe non extrahit ſpecies à rebus: Vt in præſenti contingit: ergo, qui ſic immitteret ſpeciem ſui repræſentativam intra intellectum aliquem, non dependeret à tali intellectu, vel à cōſenſu ſubiecti talis intellectus: ergo, quando Angelus ſuperior produceret ſpeciem ſui repræſentativam intra intellectum Angeli inferioris intelligentis, ageret in intellectu inferioris independenter ab illo.

Angelus immittens ſpeciem ſui repręſentativam intra intellectum aliquem, vt ab eo cognoſceretur, non exploraret conſenſum illius, ſed propriam activitatem.

§. V.

Solvuntur Argumenta.

Arguitur 1. *ex S. Thoma.*

31 PRimò arguitur ex Angelico Præceptore quæſtione de Anima, art, 18. ad 13. vbi Sanctus Doctor aſſerit, quod Angeli agunt in intellectum animæ ſeparatæ, quia cum dicat: *Animæ ſeparatæ infunduntur ſpecies mediantibus Angelis*: Videtur ſentire per immiſsionē ſpecierum intra intellectum animæ ſeparatæ operari Angelos, quibus medijs introducitur ſpecies intra intellectum animę ſeparatę; quod in ſecūdo ſent. diſt. 8. q. 1. art. 5, ad 6. clariùs exprimit Angelicus Magiſter; Ibi enim (poſtquā, quod loqueretur de immiſsione cogitationum per malos Angelos; & de libertate humana, vt intellectus noſter illas cogitationes reſpuat!) de bonis Angelis ſic fatur: *Sed boni Angeli etiam directè in intellectu imprimere poſſunt, quia ſecundùm Auguſtinum operantur in intelligentias noſtras miris quibuſdam modis*; in quibus notari debent ly *in intellectu imprimere*, & ly *operātur in intelligentias noſtras*: ergo Angeli boni, & imprimunt, ſeu immittunt ſpecies, & operantur in intelligentias noſtras: ergo, & operari poſſunt intra intellectum cuiuſvis alterius Angeli inferioris (cùm ratio à nobis adducta æquè pugnet pro intellectu humano, ac pro Angelico,

S. Auguſtinus.

quoad

quoad repugnantiam operationis Angeli in intellectum humanum, vel Angelicum): tandem hoc confirmat Sapientiſſimus Doctor in eodem loco ſententiarum in ſolutione ad 7. per ſequentia verba: *In voluntatem autem imprimere ſolius Dei eſt, quod eſt propter libertatem voluntatis, quæ eſt Domina ſui actus, & non cogitur ab obiecto; ſicut intellectus cogitur à demonſtratione; vnde patet, quod Dæmones imprimunt in phantaſiam; ſed boni Angeli etiam in intellectum; Deus autem ſolus in voluntatem*; En vbi ſatis apertè ponit differentiam inter voluntatem, & intellectum, facitquè proprium Dei imprimere in voluntatem: ſecus vero in intellectum (cùm hoc bonis Angelis concedat) ergo benè poterunt Angeli boni agere in intellectum cuiuſcumque (ſiuè Angeli ſibi inferioris, ſiuè hominis) producendo intra illum ſpecies intelligibiles ipſorum repræſentativas.

52 Hoc argumentum ita difficile fuit iudicatum à viris doctiſsimis, præcipuè propter primam authoritatem, vt affirmarent Sanctum Doctorem mutaſſe ſententiam traditã in quæſtione de Anima ſupra citata; docuiſſeque oppoſitum. 1. p. quæſt. 89. art. 1. ad 3. ibi enim ait: *Dicendum, quod Anima ſeparata non intelligit per ſpecies innatas, nec per ſpecies, quas tunc abſtrahit, nec ſolùm per ſpecies conſervatas, ſed per ſpecies ex influentia Divini luminis participatas, quarum Anima fuit particeps; ſicut, & aliæ ſubſtantiæ ſeparatæ, quamvis inferiori modo*. Cumque ſubſtantiæ ſeparatæ, ſeu Angeli, a ſolo Deo ſpecies accipiant, vt habemus ex D. Thoma 1. part. q. 55. art. 2. ad 1. *In mente* (inquit) *Angeli ſunt ſimilitudines creaturarum, non quidem ab ipſis creaturis acceptæ; ſed à Deo, qui eſt creaturarum cauſa, & in quo primo ſimilitudines rerum exiſtunt*. Videtur, quod iuxta D. Thomam, rectè iſti Doctores aſſerant Sanctum Doctorem ſuam in quæſtione de Anima poſita correxiſſe ſententiam.

Argumentum hoc eſt difficile.

Aliqui iudicant S. Thomam mutaſſe in ſumma doctrinam traditam in q. de *Anima*.

Nihilominus tamèn iudicamus cum Magiſtro Ferre hic, (vbi valdè eruditè hoc proponit, & ſoluit argumẽtum) Angelicum Magiſtrum, non mutaſſe ſententiam ſuam primam: ſed idẽ in quæſtione de Anima, ac in q. 89. primæ partis tradidiſſe, ſic atteſtante ſubtiliſsimo Caietano in Cõmentario quæſtionis 89. 1. p. art. 1. in ſolutione ad 3. *Nec potes* (ait) *influxum iſtum dici Divinum, quia fit à Deo immediatè, quoniam fit mediantibus Angelis, vt patet ex quæſtione*

Sed eſt iudicandũ cum M. Ferre non mutaſſe ſententiam.

Card. Caietanus.

de Anima. Vbi clariſsimus hic interpres concordat hæc teſtimonia, inter ſe prima facie oppoſita: ex hoc, quod ſpecies infunduntur animæ ſeparatæ mediantibus Angelis, non tãquã cauſis principalibus (quod tantùm excludit, & vitare tentat Angelicus Doctor in quæſt: 89. 1. partis) Vnde ly *mediantibus Angelis* non de mediatione cauſæ principalis; ſed tantùm inſtrumentalis debet intelligi.

Reſpondetur huic 1. argumento.

33 Iuxta hunc ſenſuum reſpondemus ad argumentum ex prima authoritate deductum: Angelis mediantibus infunduntur ſpecies animæ ſeparatæ. Si ly *mediantibus*, accipiatur quaſi Angeli medient ad talem infuſsionem, vt cauſæ principales ſpecierum animæ ſeparatæ, neg. Si ly *mediantibus* intelligatur tantùm de Angelis medijs ad ſpecierum infuſsionem; quia Angeli ſint cauſæ merè inſtrumentales, permittimus: Sic intelligimus doctrinam Angelici Magiſtri ex quæſtione de Anima expreſſàm; ibique indagator veritatis inveniet, æquè Angelicum noſtrum locutum fuiſſe de ſpeciebus ordinis ſupernaturalis, & de ſpeciebus ordinis naturalis; cumque nullus valeat dicere poſſe infundi animæ ſeparatæ ſpecies ordinis ſupernaturalis, medijs Angelis tanquàm cauſis principalibus; idem pariter ſentiendum videtur circa infuſsionem ſpecierum ordinis naturalis. Quin huic reſolutioni officiat, quod ſi hoc ita verum foret, etiam Angelis infunderet Deus ſpecies, mediantibus alijs Angelis tanquàm cauſis inſtrumentalibus. Nam aliter Angelus debet accipere ſpecies à Deo; aliter anima ſeparata; ille ſuperiori, illa inferiori modo, vt verba vltima quæſtionis 89. (citatæ in principio numero 32.) ſatis clarè demonſtrant: Congruum enim videtur animam ſeparatam medijs Angelis, vt cauſis inſtrumenralibus habere a Deo, vt à cauſa principali ſpecies in ſe recipiendas: vt non ita nobiliter, ac Angelus (qui eſt forma ſeparata complctè intellectualis) dictas ſpecies accipiat anima ſeparata, quæ (etiam ſic conſiderata) eſt forma incompleta in linea intellectuali. Facit inſuper ad hoc; quod cum anima, quandò eſt corpori vnita, à duplici principio recipiat ſpecies intelligibiles; ab intellectu (ſcilicèt) agente, vt à cauſa principali, & a phantaſmate obiecti cognoſceudi tanquàm à cauſa inſtrumentali: quando à corpore manet ſeparata à duplici etiam cauſa debet accipere ſpecies: perfectiori tamèn vtraque (quia anima

tunc

Digitized by Google

tunc perfectiori modo intelligit)quarum vna, & principalis ſit Deus,ſecunda,& inſtrumentalis ſit Angelus.

Si tandem aliquis inſiſtat pro actione Angelorum in intellectum animę ſeparatæ:quod concurſus inſtrumenti,vt talis,ad productionem ſpecierum intra intellectum animæ ſeparatæ præſupponit concurſum prævium talis inſtrumenti in dictum intellectum;ſecundùm communem Thomiſtarum erga inſtrumenta ſententiam.Debet,qui ſic inſtaverit,attendere:non verificari ſemper iſtam doctrinam in inſtrumentis divinis,in quibus tantùm exigitur diſpoſitio obedientialis reſpectu divinæ potentiæ,non verò diſpoſitio,quę paſſum proportionet ad operationem Dei, vt agentis principalis;ſic actio prævia,quæ eſt in igne materiali torquente dæmones,non eſt actio operans in paſſo,vt paſſum proportionet ad operationem ſpiritualem Dei principalis agentis, (cum ignitio nihil poſsit in ſpiritum efficere)ſic ablutio Baptiſmalis elevatur ad producendam gratiam in anima , quin in anima operetur prævië ipſam materialiter abluendo ; ſic denique actio immanens intellectus,& voluntatis poteſt elevari(iuxta Doctorem Angelicum 2.2. quæſt. 178. art.2.ad 1.)vt Deus media illa producat in ligno,ignem,vel quemlibet alium effectum materialem,& tamen actus intellectus, & voluntatis nihil pręvië operari poſſunt in paſſo externo, in quibus omnibus diſpoſitionem obedientialem , vt Deus illis,in quaſvis vtatur effectuum productiones,reperies;non verò aliquid,quod paſſum proportionat ad receptionem à Deo(vt à cauſa principali)effectuum aſsignatorum. Alias ſolutiones,ſeu explicationes primæ authoritatis,brevitati conſulentes omittimus.

Si inſiſtet aliquis pro actione Angelorũ in intellectũ animę ſeparatæ. Satisfiet explicando qualiter ſolẽt procedere inſtrumẽta divina.

S.Thomas.

34 Ad 2.teſtimonium,& conſequentèr ad 3. vnica ſolutione dicimus:quod Angeli boni præ malis Angelis directè agunt in intelligentias noſtras, non vt ſonat ly *agere*;ita vt Angeli boni præ malis producant in intellectu noſtro ſpeciem impreſſam , lumen aliquod,quamlibet (ve) aliam qualitatem intentionalem,ſed ly *agere* accepto pro *confortar*.;Angeli enim boni agunt directè in phantaſiam noſtram,inquam omnes Angeli,ſivè boni,ſivè mali agere poſſunt,vtpote in potentiam organo corporali affixam ; cùm omnes hi tranſmutare poſsint naturam corpoream : quia tamen Angeli boni,dum in phantaſiam agunt,illuſtrant phãtaſ-

Reſpondetur ad obiecta ex aliis authoritatibus S.Thomæ. Declaratur differentia, quàm habet Angelus bonus a malo

lo in agendo in intelligẽtias noſtras.

taſmata, vt intellectus, cui talis inſeruit phantaſia; rectè iudicet, agunt ſic directè in intellectum noſtrum confortando intellectum agentem per dictam phantaſmatum illuſtrationem in ordine ad iudicium, ſecundùm regulas rationis; quod, per oppoſitum, à malis Angelis provenit, qui debilitant intellectum noſtrum agentem; cum phantaſmata (illi quaſi inſtrumẽta cõparata) nõ moveant, vt rectè iudicemus, ſed præciſsè, vt cum deceptione intelligamus; vnde boni Angeli, præ malis, in noſtrum intellectum directè agunt, quia confortant intellectum quod nunquam Dœmones intendunt. Ita Angelicus Magiſter 2. ſentent. diſt. 8. q. 1. art. 5. ad 6. in fine; *Et ideo* (ait Sanct. Doct. loquens ibi de malis Angelis) *non intendunt iudicium rationis noſtræ rectificare per confortationem intellectualis luminis, ſed aliqua nobis oſtendere ex quibus decipiamur*; anteaquè immediatè explicaverat Magiſter Sanctiſsimus modum operationis Angelorum bonorũ (deductæ ex Magno Parente Auguſtino, & in argumento oppoſitæ) *Quia ſecundùm Auguſtinum* (inquit) *operantur in intelligentias noſtras, miris quibuſdam modis; hoc autem eſt, in quantùm lumen intellectus agentis noſtri confortatur per intellectuale lumen ipſorum, ſed hoc Dœmonibus non competit*. Quid ad roborandum dictum noſtrum clarius adduci poterit?

S. Thomas.

S. Auguſtinus.

35 Illud tandèm, quod ex vltima authoritate obijciebatur: eſſe (ſcilicèt) proprium Dei imprimere in voluntatem; malorum Angelorum eſſe operari tantùm in phantaſiam; bonorum vero etiam in intellectum; debet intelligi, ita, quod boni Angeli dùm operantur intra phantaſiam, phantaſmata illuſtrando, poſſunt per ſuam confortationem agere (modo ſupra explicato) intra intellectum, quod nunquam competit Dœmonibus; non tamèn tunc operatio Angelorum bonorum poteſt pervenire ad voluntatem: cuius pulchram rationem dedit Angelicus Magiſter, in præcitata quæſtione 2. ſententiarum in ſolutione articuli; *Sic etiam per accidens* (loquebatur de Angelis) *eorum operatio reſultat in intellectum, cuius obiectum eſt phantaſia, ſicut color viſus; vt dicitur in 3. de Anima; ſed tamèn hoc non pervenit vſque ad voluntatem; quia voluntas nec quantùm ad actum, nec quantùm ad obiectum dependet ex organo corporali; quia obiectum ſuum ab intellectu accipit ſecundùm quod intellectus*

Quomodo ſit intelligẽdũ eſſe proprium Dei imprimere in voluntatem Angeli mali operari phantaſiam, boni vero etiam in intellectum.

S. Thomas.

tus apprehendit aliquid in ratione boni.

36 2. arguitur: Angelis ſunt obiecta immaterialia, & purè ſpiritualia; ſed obiecta immaterialia, & purè ſpiritualia, poſſunt immittere ſpeciem ſui repræſentativam intra intellectum: ergo Angeli poſſunt immittere ſpecies ipſorum repræſentatiuas intra intellectum alterius Angeli illos intelligentis. Prob. minorem: Cauſa non exceſſa; ſed pluries excedens in actualitate, & immaterialitate effectum, potens eſt producere talem effectum; ſed ſpecies intelligibilis eſt effectus, non excedens, ſed pluries exceſſus in actualitate, & immaterialitate ab obiectis immaterialibus, & purè ſpiritualibus; ergo obiecta immaterialia, & purè ſpiritualia poſſunt immittere ſpeciem ſui repræſentativam intra intellectum. Maior conſtat ex obiectis materialibus, quæ, quia talia ſunt, non cauſant immediatè ſpecies intelligibiles, à quibus in actualitate propter ipſorum immaterialitatem excedantur: Minor conſtat etiam quoad primam partem (cùm effectus immaterialis, qualis eſt ſpecies intelligibilis, non excedat in actualitate, & immaterialitate obiectum purè ſpirituale) & quoad ſecundam breviter probatur: Angelus ſuperior excedit in actualitate, & immaterialitate ſpeciem ſui repræſentativam in Angelo inferiori receptam (& hoc quidèm reſpectu cuiuſcumque Angeli ſuperioris verificatur) ergo ſpecies intelligibilis eſt effectus pluries exceſſus in actualitate, & immaterialitate ab obiectis immaterialibus, & purè ſpiritualibus. 2. arguitur.

37 Reſpondetur conceſſa maiori, negando minorem, & ad eius probationem diſting. maiorem: Cauſa non exceſſa, ſed pluries excedens in actualitate, & immaterialitate effectum, potens eſt producere talem effectum; ſi nullum adſit caput repugnantiæ ad eius productionem, conced. maiorē: Si adſit, neg. maiorē, & conceſſa minori, diſting. conſequens: ergo obiecta immaterialia, & purè ſpiritualia poſſunt immittere ſpeciem ſui repræſentativam intra intellectum: Si non adſit ad hoc vllum caput repugnantiæ, conced. conſequentiam: Si adſit, neg. conſequentiā. Caput huius repugnantiæ latè probavimus a num. 24. cùm enim hæc ſpecies intelligibilis nō poſsit perduci ad intellectū Angeli intelligētis Reſpondetur 2. argumento. Cauſa non exceſſa, ſed potiùs pluries excedens effectum, non ſemper eſt potens producere talē effectum.

per

per medium ſenſibile deberet ibi poni per actionem Angeli intelligendi in intellectum intelligentis; quàm repugnare vidimus a præcitato vſquè ad præſentem numerum.

Dices. 38 Sed dices: Subſtantiæ ſeparatæ (quales ſunt Angeli) ſunt ex quarum participatione convenit ſenſibilibus diffundere ſpeciem propriam ſenſibilem ad ſenſum; ita docente Angelico Magiſtro quæſt. 5. *de Potentia*, art. 8: ergo ſubſtantiæ ſeparatæ diffundere valent ſpeciem propriam intelligibilem ad intellectum: Conſequenterque in illo operari. Antecedens iam manet probatum: Conſequentia probatur: Tum quia illud ex cuius participatione aliud habet modum aliquem operandi, debet talem exercere modum operandi (licèt altiori genere) ergo ſi ſenſibilia diffundunt ex partícipatione ſubſtantiarum ſeparatarum, quoadmodum operandi illarum, ſpeciem propriam ſenſibilem ad ſenſum, ſubſtantiæ ſeparatæ altiori genere exercebunt hunc operandi modum, immittendo ſpeciem propriam intelligibilem intra intellectum Angeli, vel animæ ſeparatæ intelligentis: Tum apparitate rationis; ſenſibile in actu, quia tale, potens eſt diffundere ſpeciem ſenſibilem ſui ad ſenſum: ergo intelligibile in actu (vt ſunt ſubſtantiæ ſeparatæ) potens etiam erit diffundere ſpeciem ſui intelligibilem intra intellectum intelligentis: Antecedens eſt certum, & conſequentiam ſuadet paritas, potiori iure vrgens in obiecto maioris activitatis, quale eſſe debet obiectum actualius, & formalius, quod reſpectu obiecti ſenſit illis haud dubiò eſt obiectum intelligibile in actu: ſuadetur etiam conſequentia, quia intelligibile in actu activitatem exprimit in ordine ad ſui intellectionem (vt ex conceptu ipſius habetur) ſed hæc activitas per nihil poteſt exponi meliùs, quàm per eſſe diffuſivum ſpecierum ſui, intra intellectum illud intelligentis, qui ſit paſſivum huic activo correſpondens: ergo intelligibile in actu potens etiam erit diffundere ſpeciem ſui intelligilem intra intellectum intelligentis.

Reſpondetur. Ex participatione ſubſtantiarum ſeparatarũ con- 39 Reſpondetur diſtinguendo antecedens: Subſtantiæ ſeparatæ ſunt, ex quarum participatione convenit ſenſibilibus diffundere ſpeciem propriam ſenſibilem ad ſenſum; quoad hoc, quod eſt diffundere ſpeciem propriam ſenſibilem, neg. antecedens: Quoad hoc, quod eſt, taliter diffundere, conced. antecedens, & neg. conſequentiam: Ad

cu-

cuius primam probationem, diſtinguitur ſimiliter antecedens: Illud ex cuius participatione aliud habet modum aliquem operandi, debet talem exercere modum operandi, licèt altiori genere; debet exercere talem modum, ſi ex participatione habeat aliud talem modum operandi, conced. antecedens: Si ex participatione illius non habeat aliud talem modum operandi; ſed taliter exercere talem modum operandi, neg. antecedens; & diſtinguatur conſequens: Si ſenſibilia diffundunt ex participatione ſubſtantiarum ſeparatarum quoadmodum operandi illarum, ſpeciem propriam ſenſibilem ad ſenſum, ſubſtantiæ ſeparatæ altiori genere exercebunt hunc operandi modum immittendo ſpeciem propriam intelligibilem intra intellectum Angeli, vel animæ ſeparatæ intelligentis; ſi participent diffundere ſpeciem, conced. conſequentiam: Si non diffundere ſpeciem, ſed tantùm taliter diffundere, neg. conſequentiam.

cõvenit ſẽſibilibus diffundere taliter ſpeciem propriam ſenſibilẽ ad ſenſum; ſeu taliter exercere diffundere dictam ſpeciẽ; non verò illam diffundere,

40 Et ad ſecundam probationem conſequentiæ, a paritate deſumptam; conceſſo antecedenti, neg. conſequentiam; quam non ſuadet paritas. Fatemur: Actualius, & formalius eſſe intelligibile in actu, quam ſenſibile in actu; cæterùm ex hoc non infertur activitatem Intelligibilis in actu fęcundam eſſe ad productionem ſpecierum intelligibilium; ſicut eſt activitas ſenſibilis in actu ad productionem ſpecierum ſenſibilium: quia ſenſibili in actu, convenit naturaliter hæc fęcunditas ex eo quod agit in potentiam ſenſitivam; quæ quidem poteſt paulatim, & ſucceſsivè immutari; & quia adeſt medium, per quod poſsit perduci ſpecies ſenſibilis ad ſenſum, in quo elucet diſcrimen ſenſibilis in actu ab intelligibili in actu, vt primum poſsit producere ſpeciem ſenſibilem, & ſecundùm non valeat diffundere ſpeciem intelligibilem; illud enim inſpicit potentiam exigentem paulatim (ob propriam imperfectionem) perfici ab activo ſui ordinis; proindequè non habere ſpecies ſenſibiles à principio datas, & non a ſenſibilibus accipiendas. Intelligibile vero in actu (Angelus, ſcilicèt, intelligendus) reſpicit intellectum Angeli intelligentis; qui quidem intellectus perficitur, quò ad ſpecies, non paulatim, vt potentia ſenſitiva; ſed potius exigit perfici, quoad dictas ſpecies, à ſui initio à Deo Authore naturæ, ex eo, quod ſit intellectus ſubſtantię completæ in ordine intellectuali, cui correſpondere congruit

Reſpondetur ad 2. probationẽ cõſequentiæ. Licèt ſit actualius, & formalius intelligibile in actu, quàm ſenſibile in actu; nõ habet activitatem fęcundam ad productionem ſpecierum intelligibilium, ſicut ſenſibile in actu habet activitatem fecundã producẽdi ſpecies ſenſibiles.

Digitized by Google

gruit complementum per modum actus primi (hoc eſt ſpecies intelligibilis) datum a principio à Deo, vt proprius intellectus maneat completus ex tunc ad intelligendum, ſalvaturque maior activitas Angeli intelligendi, vt intelligibilis in actu, in eo, quod reſpectu proprij intellectus habet ſe per modum ſpeciei non indigentis alia ſpecie, ſicut indiget obiectum ſenſibile in actu ſpecie ſenſibili in omni eventu.

Reſpondetur ad alterius conſequentiæ probationẽ

41 Ad ſecundam probationem conſequentiæ depromptam ex eo; quod intelligibile, in actu, activitatẽ exprimit in ordine ad ſui intellectionẽ; & quod hæc actiuitas, per nihil aliud meliùs exponi poteſt, quàm per eſſe diffuſsivum ſpecierũ ſui intra intellectũ illud intelligentis, qui ſit paſsivũ correſpondens huic actiuo: neg. hanc actiuitatẽ exponi ſic, ſed modo immediatè explicato; quia videlicèt intelligibile, in actu, ſufficit ad ſui intellectionẽ abſque vlla ſpecie reſpectu proprij intellectus (ſi ſit illi proportionatũ, vt eſſe ſubſtantiã Angeli in dubio primo ſuppoſuimus) & licèt egeat ſpecie, vt cognoſcatur ab alienis intellectibus, & hæc ſpecies cõferatur à Deo; media illa, tanquã virtute, influit in intelligibile, in actu, in operationẽ actualiorẽ, & puriorẽ, quã poſsit eſſe operatio, ſeu cognitio, inquã influat obiectum ſenſibile in actu, media ſpecie ſenſibili, à ſe diffuſſa; & hoc verificat eſſe intelligibile in actu actualius, & formalius ſenſibili in actu; quia influit in operationẽ longè nobiliorẽ, & perfectiorem, quã ſenſibile in actu; licèt illud media ſpecie à ſe diffuſſa, & illud media ſpecie, data à Deo, in propriã cognitionem influat: & ſicut Angelus actualior eſt corpore, etiam ſi nõ habeat vim (ſaltèm tanquã cauſa particularis) ad producendas aliquas operationes, quas corpus elicit; quia Angelo ſufficit, quod ſit cauſa perfectiorũ operationũ, quã corpus, vt ſit actualior corpore; ita licèt non habeat intelligibile, in actu, diffundere ſpeciem intelligibilem ſui; ſicut ſenſibile, in actu, ſpeciem ſenſibilem, actualius erit ſenſibili in actu, quia ad valdè excedentem imperfectione operationem concurrit, quàm ſenſibile in actu.

Intelligibile in actu eſt actualius, & formalius ſenſibili in actu, quia influit in operationẽ nobiliorem, & actualiorẽ, quàm ſenſibile in actu.

42 Reſtat, vt explicemus quid ſit ſenſibilia habere ex participatione ſubſtantiarum ſeparatarũ non diffundere ſpeciẽ propriam ſenſibilem ad ſenſum; ſed tantùm *taliter diffundere*: vt ſic; diſtinctio primi antecedentis, in principio huius numeri poſita, faciliùs percipiatur: hoc igitur nihil aliud eſt, quàm

Explicatur: Quid ſit ſẽſibilia habere ex parti-

quàm quod, ex duobus, quæ ſunt in diffuſione ſpecierũ ſenſibilium ad ſenſum, & quorum primum eſt, quod ſenſibile, per medium, diffundat ſui ſpeciem ſenſibilem ad ſenſum: ſecundũ verò eſt modus, quo fit talis diffuſio(nempè modus perfectivus, & non corruptivus potentiæ ſenſitivæ) tantùm hoc ſecundum participat ſenſibile à ſubſtantijs ſeparatis, quarum modus agendi proprius (vt ſunt agentia completa, & perfecta) eſt agere incorpora modo purè perfectiuo, & nullatenùs corporum corruptivo: ſi quidèm ſubſtantiæ ſeparatæ purè perficiendo mouent corpora cœleſtia, harumque ſuperiorem ordinem quaſi attingentia ſenſibilia(modo, quo ſupremum infimi attingit infimum ſupremi) habent hunc modum operandi, non corruptivum; ſed merè perfectivum potentiæ ſenſitivæ, ſimul habendo dicta ſenſibilia ex ſe(hoc eſt, non per participationem à ſubſtantijs ſeparatis) diffundere ſpeciem ſenſibilem ſui per medium ad ſenſum; cùm hæc fecunditas(vt ſupra dicebamus in præſenti numero) naturaliter, ſeu à natura conveniat obiectis ſenſibilibus.

Per participatione ſubſtantiarũ ſeparatarũ non diffundere; ſed taliter diffundere ſpeciem propriã ſenſibilem ad ſenſum.

43 Arguitur 3: Angelus poteſt accipere ſcientiam ab alio Angelo ſibi ſuperiori: ergo, & ab illo poterit accipere ſpeciem intelligibilẽ. Probatur antecedens, & conſequentia; antecedẽs ſic: Qui docetur ab alio de aliquo, quod antea ignorabat, accipit ab illo ſcientiam, ſeu doctrinã illius rei, de qua docetur; ſed Angelus inferior docetur ab Angelo ſibi ſuperiori, de veritatibus, quas antea ignorabat(cùm Angelus ſuperior illuminet, & doceat Angelum ſibi inferiorẽ) ergo Angelus poteſt accipere ſciẽtiã ab alio Angelo ſibi ſuperioris. Iã prob. cõſequẽtia: Tum; nam, qui habet ab extrinſeco, ſeu ab alio à ſe effectũ, ab illo ipſo cauſam talis effectus debet habere; ſed ſcientia eſt effectus ſpecierũ: ergo ſi Angelus poteſt accipete ſcientiã ab alio Angelo ſibi ſuperiori, ab illo etiã poterit accipere ſpeciẽ intelligibilẽ. Tum quia ſcientia in Angelo, vel nõ diſtinguitur ab ſpeciebus intelligibilibus, vel his omnibus in intellectu Angeli ſuppoſitis, nequit eſſe in Angelo aliqua ignorantia, ſeu defectus ſcientiæ: ergo ſi à principio, nõ habuit omnẽ ſcientiã, ſucceſsivè, poteſt eã cõparare ex illuminatione Angeli ſuperioris, nec etiã à principio habuit omnes ſpecies intelligibiles; ſed ſucceſsivè poterit eas accipere ab illo, à quo accipiat ſciẽtiã: ergo cũ hãc ab Angelo ſuperiori acquirat, etiam ab eodem Angelo ſuperiori ſpecies habebit. Arguitur 3.

Con-

Digitized by Google

gruit complementum per modum actus primi (hoc eſt ſpecies intelligibilis) datum a principio à Deo, vt proprius intellectus maneat completus ex tunc ad intelligendum, ſalvaturque maior activitas Angeli intelligendi, vt intelligibilis in actu, in eo, quod reſpectu proprij intellectus habet ſe per modum ſpeciei non indigentis alia ſpecie, ſicut indiget obiectum ſenſibile in actu ſpecie ſenſibili in omni eventu.

Reſpondetur ad alterius conſequentiæ probationē

41 Ad ſecundam probationem conſequentię depromptam ex eo; quod intelligibile, in actu, activitatē exprimit in ordine ad ſui intellectionē; & quod hæc actiuitas, per nihil aliud meliùs exponi poteſt, quàm per eſſe diffuſsivum ſpecierū ſui intra intellectū illud intelligentis, qui ſit paſsivū correſpondens huic actiuo: neg. hanc actiuitatē exponi ſic, ſed modo immediatè explicato; quia videlicèt intelligibile, in actu, ſufficit ad ſui intellectionē abſque vlla ſpecie reſpectu proprij intellectus (ſi ſit illi proportionatū, vt eſſe ſubſtantiā Angeli in dubio primo ſuppoſuimus) & licèt egeat ſpecie, vt cognoſcatur ab alienis intellectibus, & hæc ſpecies cōferatur à Deo; media illa, tanquā virtute, influit in intelligibile, in actu, in operationē actualiorē, & puriorē, quā poſsit eſſe operatio, ſeu cognitio, inquā influat obiectum ſenſibile in actu, media ſpecie ſenſibili, à ſe diffuſſa; & hoc verificat eſſe intelligibile in actu actualius, & formalius ſenſibili in actu; quia influit in operationē longè nobiliorē, & perfectiorem, quā ſenſibile in actu; licèt illud media ſpecie à ſe diffuſſa, & illud media ſpecie, data à Deo, in propriā cognitionem influat: & ſicut Angelus actualior eſt corpore, etiam ſi, nō habeat vim (ſaltèm tanquā cauſa particularis) ad producendas aliquas operationes, quas corpus elicit; quia Angelo ſufficit, quod ſit cauſa perfectiorū operationū, quā corpus, vt ſit actualior corpore; ita licèt non habeat intelligibile, in actu, diffundere ſpeciem intelligibilem ſui; ſicut ſenſibile, in actu, ſpeciem ſenſibilem, actualius erit ſenſibili in actu, quia ad valdè excedentem imperfectione operationem concurrit, quàm ſenſibile in actu.

Intelligibile in actu eſt actualius, & formalius ſenſibili in actu, quia influit in operationē nobiliorem, & actualiorē, quàm ſenſibile in actu.

42 Reſtat, vt explicemus quid ſit ſenſibilia habere ex participatione ſubſtantiarum ſeparatarū non diffundere ſpeciē propriam ſenſibilem ad ſenſum; ſed tantùm *taliter diffundere*: vt ſic; diſtinctio primi antecedentis, in principio huius numeri poſita, faciliùs percipiatur: hoc igitur nihil aliud eſt, quàm

Explicatur: Quid ſit ſēſibilia habere ex parti-

quàm quod, ex duobus, quæ ſunt in diffuſione ſpecierũ ſenſibilium ad ſenſum, & quorum primum eſt, quod ſenſibile, per medium, diffundat ſui ſpeciem ſenſibilem ad ſenſum: ſecundũ verò eſt modus, quo fit talis diffuſio (nempè modus perfectivus, & non corruptivus potentiæ ſenſitiuæ) tantùm hoc ſecundum participat ſenſibile à ſubſtantijs ſeparatis, quarum modus agendi proprius (vt ſunt agentia completa, & perfecta) eſt agere incorpora modo purè perfectiuo, & nullatenùs corporum corruptivo: ſi quidèm ſubſtantiæ ſeparatæ purè perficiendo mouent corpora cœleſtia, harumque ſuperiorem ordinem quaſi attingentia ſenſibilia (modo, quo ſupremum infimi attingit infimum ſupremi) habent hunc modum operandi, non corruptivum, ſed merè perfectivum potentiæ ſenſitivæ, ſimul habendo dicta ſenſibilia ex ſe (hoc eſt, non per participationem à ſubſtantijs ſeparatis) diffundere ſpeciem ſenſibilem ſui per medium ad ſenſum; cùm hæc fecunditas (vt ſupra dicebamus in præſenti numero) naturaliter, ſeu a natura conveniat obiectis ſenſibilibus.

cipatione ſubſtantiarũ ſeparatarũ non diffundere: ſed *taliter diffundere* ſpeciem propriã ſenſibilem ad ſenſum.

43 Arguitur 3: Angelus poteſt accipere ſcientiam ab alio Angelo ſibi ſuperiori: ergo, & ab illo poterit accipere ſpeciem intelligibilẽ. Probatur antecedens, & conſequentia; antecedẽs ſic: Qui docetur ab alio de aliquo, quod antea ignorabat, accipit ab illo ſcientiam, ſeu doctrinã illius rei, de qua docetur: ſed Angelus inferior docetur ab Angelo ſibi ſuperiori, de veritatibus, quas antea ignorabat (cùm Angelus ſuperior illuminet, & doceat Angelum ſibi inferiorẽ) ergo Angelus poteſt accipere ſciẽtiã ab alio Angelo ſibi ſuperioris. Iã prob. cõſequẽtia: Tum; nam, qui habet ab extrinſeco, ſeu ab alio à ſe effectũ, ab illo ipſo cauſam talis effectus debet habere; ſed ſcientia eſt effectus ſpecierũ: ergo ſi Angelus poteſt accipete ſcientiã ab alio Angelo ſibi ſuperiori, ab illo etiã poterit accipere ſpeciẽ intelligibilẽ. Tum quia ſcientia in Angelo, vel nõ diſtinguitur ab ſpeciebus intelligibilibus, vel his omnibus in intellectu Angeli ſuppoſitis, nequit eſſe in Angelo aliqua ignorantia, ſeu defectus ſcientiæ: ergo ſi à principio, nõ habuit omnẽ ſcientiã, ſucceſsivè, poteſt eã cõparare ex illuminatione Angeli ſuperioris, nec etiã à principio habuit omnes ſpecies intelligibiles; ſed ſucceſsivè poterit eas accipere ab illo, à quo accipiat ſciẽtiã: ergo cũ hãc ab Angelo ſuperiori acquirat, etiam ab eodem Angelo ſuperiori ſpecies habebit.

Arguitur 3.

Con-

Confirmatur.

44 Confirmatur: Difficilius eſt, quod Angeli doceantur ab hominibus, quam quod ab alijs Angelis ſpecies iſtorum repræſentativas accipiant; ſed Angeli poſſunt doceri ab hominibus circa aliqua miſteria ſupernaturalia: ergo Angeli poſſunt accipere ſpecies repræſentativas Angelorum ſuperiorum ab ipſiſmet Angelis intelligendis. Conſequentia eſt legitima; maior videtur certa, & minor probatur: Angeli didicerunt ab Apoſtolis aliqua miſteria ſupernaturalia (ad minùs quo ad particulares circunſtantias) ergo Angeli poſſunt doceri ab hominibus circa aliqua miſteria ſupernaturalia. Probatur antecedens: Ex illo Apoſtoli ad Epheſeos 3. *Vt innoteſcat principatibus, & poteſtatibus in Cœleſtibus per Eccleſiam multi formis ſapientia Dei, &c.* quæ quidem verba; Doctor Maximus, alijque ex Sanctis Patribus (iuxta Sixtum Senenſem lib. 6. *Bibliotica* anot. 299.) per antecedens, quod probatur explicant: ergo Angeli didicerunt ab Apoſtolis aliqua miſteria ſupernaturalia ad minùs quoad particulares circunſtantias.

Ad Epheſ. 3. v: 10. *S. Hieronymus. Sixtus Senenſis.*

Reſpondetur 3. argumento, duplici ſolutione.

45 Reſpondetur dupliciter: Vel permittendo antecedens (licèt illud, vt falſum iudicemus) & negando conſequentiam: Quam non ſuadent probationes. Vnde ad primam, neg. antecedens: Si ſermo ſit de cauſa connotante aliquid, vt ponatur in re ſuus effectus; tunc enim, qui ponit connotatum, ponit aliquomodo effectum: quin ex hoc inferri valeat, quod, & cauſam etiam ponat. Species ſunt cauſæ ſcientiæ, ſed connotativæ; ſiquidèm, & ſi ſpecies ſint in intellectu, ſi obiectum non ſit debitè propoſitum, ſeu proportionatum, ſpecies non cauſabunt ſcientiam; cuius aſſerti in nobis adeſt aliquale exemplum. Diſcipulus enim, plures habens ſpecies, non cognoſcit plura obiecta in illis ſpeciebus contenta donec proportionētur proprio intellectui obiecta per propoſitionem claram, & diſtinctam factam à Magiſtro, proindeque habet ſpecies obiectorum, quorum caret ſcientia defectu connotati (hoc eſt) obiecti debitè propoſiti. Hincquè cognoſci poterit: qualiter Angelus inferior poſsit doceri, ſeu illuminari à ſuperioris quin ab ipſo recipiat ſpecies obiectorum, erga quæ illuminatur, præciſse, quia per ſuam illuminationem proportionat obiecta intellectui Angeli inferioris.

Habens plures ſpecies intelligibiles, non cognoſceret plura obiecta in illis contēta donec ipſi proportionentur talia obiecta.

Reſpondetur 2. probationi cõſequentiæ.

46 Ad ſecundam conſequentiæ probationem dicatur, quod licet ſcientia non diſtingueretur ab ſpeciebus intelligibilibus in Angelo; vel his omnibus admiſsis, & ſuppoſitis in intellectu Angeli nequeat eſſe in illo aliqua ignorantia, ſeu defectus ſcientiæ; ex hoc præciſe capite non repugnaret accipere Angelum inferiorem ſcientiam actualem in actu ſecundo ab Angelo ſibi ſuperiori; quia ſcientia, indiſtincta ad ſpeciebus, eſſet ſcientia, quaſi in actu primo; & ſimiliter omnibus illis ſpeciebus admiſsis, ſcientia excludens omnem ignorantiam, & defectum ſcientiæ, ſolùm eſſet quaſi ſcientia in actu primo: aliàs poſsitis ſpeciebus omnium obiectorum erga nulla eſſet liber Angelus, vt eliceret, vel non eliceret ſcientiam actualem in actu ſecundo; cuius oppoſitum eſt certum: cum plura obiecta, quorũ Angelus habet ſpecies, libere ſciat; *libere* ſcientia in actu ſecundo; non in actu primo; vt concordemus veritatẽ cum dicto Angelici Magiſtri 1.p.q.54.art.4.ad 1. aſſerentis ibi: *in Angelo non generatur ſcientia, ſed naturaliter adeſt.*

Licèt ſcientia non diſtingueretur ab ſpeciebus intelligibilibus; & illas haberet Angelus inferior, nõ ex hoc probatur, quod tunc non acciperet vllam ſcientiam ab Angelo ſibi ſuperiori.

47 2. reſponderi poteſt negando 1. antecedens argumẽti: Angelus (ſiquidem) inferior, tantùm à Deo accipit ſcientiam; cũ ab ipſo tantùm acceperit lumen, & ſpecies intelligibiles, ex quibus conflatur cauſa adæquata ſcientiæ. Ad cuius probationem negari debet maior; licèt enim verũ ſit, quod ſuppoſita illuſtratione Magiſtri, à quo per illam docetur Diſcipulus, cognoſcat iſte faciliùs, quod antea quaſi in actu 2. ignorabat; hoc non ſufficit, vt dicatur, quod Diſcipulus accipit ſcientiam à Magiſtro, cum non inferatur ex eo Diſcipulum habere ſuum lumen, vel ſpecies à Magiſtro; ſed ſolùm, quod Magiſter explicat Diſcipulo medium demonſtrationis, ſeu illa prædicata, in quibus tale mediũ cognoſci poteſt. Ex quo intelliges Angelum inferiorem doceri à ſuperiori, non per acceptionem ſcientiæ; ſed per propoſitionẽ partitam, & de articulatam obiectorum, quæ, & repræſentabilia ſunt per ſpecies ſibi à principio infuſſas, & cognoſci valent per lumen ipſius Angeli inferioris, quod non eſt *dare ſcientiam ſed tantùm offerre obiectum* in illo ſtatu, in quo poſsit ſciri ab Angelo inferiori.

Reſpondemus ſecundò argumẽto 3.

Quid requiratur, vt verificetur, quod diſcens accipit ſciẽtiam ab alio.

48 Ad confirmationem reſpondeatur conceſſa maiori, negando minorem; ad cuius probationẽ negari debet antecedẽs; & ad eius probationẽ, explicamus teſtimoniũ Apoſ

Reſpondetur ad cõfirmationem.

Explicatur, quæ ſit Ecclesia, per quam Angelis innoteſcunt myſteria ſupernaturalia.

toli iuxta Magnum Parentem Auguſtinũ lib. 5. de Geneſi ad litteram cap. 19. *Vt innoteſcat Principatibus, & Poteſtatibus in Cœleſtibus per Eccleſiam multiformis ſapientia Dei: per Eccleſiam (hominum) militantem*, non intellexit Apoſtolus innoteſcere myſteria ſupernaturalia aliqua Angelis; ſed solùm *per Eccleſiam Angelorum, quæ eſt Eccleſia triumphans*; in qua sũt Angeli ſuperiores illuminantes inferiores circa illa myſteria.

Vel aliter reſpõdetur confirmationi.

49 Vel poteſt dici, quod licèt Angeli, non acciperent aliquam ſcientiam ab Apoſtolis, fuerunt in aliquo ſenſu docti ab Apoſtolis: quia poſita prædicatione Apoſtolorũ pleniùs cognouerunt illa myſteria, antea reuelata hominibus ab ipſiſmet Angelis; quæ quidem myſteria prædixerunt Prophetæ. Et hic modus docendi Angelos erga aliqua myſtrria conceditur Apoſtolis; quia licèt certũ ſit, quod docet Angelicus Magiſter in 2. diſt. diſt. 11. q. vnica art. 4. (ſcilicèt) nullum hominem poſſe per modum illuminationis docere Angelos: at verò per modum expletionis rerũ, quas Angeli completas vident in prædicatione, & doctrina Apoſtolorum: ipſi Apoſtoli potuerunt dici docentes Angelos: ſic enim Angelicus Magiſter conciliat Doctorem maximum ſentientem ſupra caput 3. ad *Epheſios*: Angelos didiciſſe per homines *Incarnationis myſterium*, cum Magno Patre Auguſtino lib. 5. de Geneſ. ad litteram cap. 19. iam citato, & cum Theologorũ Magiſtro Dionyſio lib. 4. de ſua Cœleſti Hierarchia cap. 4. aſſerentibus: homines edoctos fuiſſe ab Angelis de eodem myſterio.

Eſt ſenſus, ſecundùm quem poſſunt Angeli dici docti ab Apoſtolis.

Qui ſenſus componitur cum hoc, quod nullus homo per modum illuminationis doceat Angelos.

4. Arguitur.

50 4. arguitur contra hanc concluſionem argumento æquè vrgenti contra primam concluſionem: Si ſpecies non fuerunt acceptæ à rebus: ſed Angelo infuſſæ à Deo, vel fuiſſent infuſſæ à Deo tanquam à cauſa neceſſaria, & naturali, vel tanquam à cauſa libera: ſed nullo ex his modis fuerunt Angelo infuſſæ à Deo ſpecies: ergo ſpecies nõ fuerunt Angelo infuſſæ, proindeque potuerunt accipi à rebus: Probatur minor quoad vtramque partem, & quoad primam ſic. Deus nequit immediatè per ſe ipſum neceſsitari reſpectu creaturæ; ſed ſi ſpecies fuiſſent infuſſæ à Deo tanquam à cauſa neceſſaria, & naturali, Deus immediatè per ſe ipſum neceſsitaretur reſpectu creaturæ (cum infuſio dictarum ſpecierum eſſet immediatè a Deo) ergo ſpecies Angelo non fuerunt infuſſæ à Deo tanquam à cauſa neceſſaria, & naturali. Iam proba-

batur ſecunda pars minoris (ſcilicet) quod nec fuerunt Angelo infuſſæ ſpecies à Deo tanquàm à cauſa libera: ſi ita fuiſſent infuſſæ Angelo ſpecies, Angelus, non obtineret perfectiſsimum locum inter creaturas (cum non haberet ex natura ſua perfectionem completam intellectualitatis inſpeciebus conſiſtentem) ſed hoc non debet dici: ergo Angelo non fuerunt infuſſæ ſpecies à Deo tanquàm à cauſa libera.

51 Aliter impugnatur hæc infuſsio ſpecierum: quælibet ſpecies infuſſa debet eſſe infuſſa per ſe, vel per accidens: ſed ſpecies Angelo infuſſæ, nec per ſe, nec per accidens fuerunt infuſſæ: ergo non fuerunt infuſſæ. Probatur minor: Si fuiſſent infuſſæ per ſe, fuiſſent ſupernaturales (quia ſpecies ſic infuſſę, omnē ſuperant facultatem naturalem) ſi fuiſſent infuſſæ per accidens, daretur alia cauſa potens producere has ſpecies præter Deum (cùm, ſi non fuiſſent infuſſæ à Deo, debebat aſsignari cauſa, à qua producerentur) ſed primum eſt contra veritatem; & ſecundum contra id, quod in noſtris concluſionibus dicimus: ergo ſpecies Angelo infuſſæ, nec per ſe, nec per accidens fuerunt infuſſæ.

Aliter proponitur argumentum,

52 Eliditur ſub alia forma prædicta ſpecierum infuſsio: Deus infundens ſpecies Angelo, vel illas confert per diſtinctā actionē, ab ea, qua produxit Angelū, vel per indiſtinctā: Si primū ſpecies ſunt ſupernaturales; Si ſecundū repugnantes: ergo Angelo nō fuerunt infuſſæ ſpecies à Deo. Probatur minor, quoad primā partē intendentē, quod ſi per diſtinctā actionē infunderentur Angelo ſpecies ab ea, qua ipſe producitur, tales ſpecies ſint ſupernaturales: quia ſi Deus produxit has ſpecies per diſtinctā actionē ex eo, quod illarū productionē non valeat attingere vlla virtus naturalis, medijs iſtis ſpeciebus elevaretur Angelus ſupra totā virtutē naturalē (vt clarū videtur) ſed id medio, quo Angelus elevaretur ſupra totā virtutē naturalē, eſſet ſupernaturale: ergo ſi per diſtinctā actionē infunderentur Angelo ſpecies ab ea, qua ipſe producitur, tales ſpecies ſunt ſupernaturales. Quod verò ſi per indiſtinctā actionē ab illa, qua Angelus producitur, infunderentur ipſi ſpecies, tales ſpecies ſint repugnantes. Probatur ſic: Species, quæ ſic producerentur, eſſent proprietates Angeli; ſpecies, quæ ſunt proprietates Angeli, ſunt ſpecies repugnātes (cū repugnet ſpecies intelligibiles emanantes, vt debet proprietates ab eſsētia Angeli) ergo ſi per indiſtinctā actionē

Et ſub alia forma aſſumptū argumenti obijcitur.

Digitized by Google

ab illa qua Angelus producitur, infunderentur ipſi ſpecies; tales ſpecies, eſſent repugnantes. Probatur maior: Per actionem productivam naturæ tantùm producuntur proprietates talis naturæ (ſic Deus, qui produxit animam rationalē, eadē actione produxit intellectum, & voluntatē) ergo ſpecies, quæ per actionem indiſtinctam à creatiua Angeli, ipſi infunderentur, eſſent proprietates Angeli.

Reſpopdetur ad 4. argumentū. Species intelligibiles, Angelo infuſſæ, concreantur ad creationē Angeli tanquam accidentia connaturalia ipſimet Angelo.

53 Reſpondetur conceſſa maiori negando minorem, quòad ſecundam partem; ad cuius probationem negatur maior. Species enim Angelicæ concreantur ad actionē Angeli, tanquàm accidentia connaturalia ipſimet Angelo; & hinc exprimitur quomodo Angelus obtineat perfectiſsimum locum inter creaturas, etiam ſi Deus, liberè ornans intellectum Angeli ſpeciebus, potuerit non conferre Angelo prædictas ſpecies, quæ (vt argumentum intendit) ſunt complementum intellectualitatis, quia eo ipſo, quod tales ſpecies concreentur ad creationem Angeli, tanquàm accidentia connaturalia Angelo, datur neceſſaria connexio ex parte rerum creatarum (hoc eſt inter Angelum, & ſpecies) licèt ex parte Dei talis neceſsitas non detur, eſſet igitur miraculum. ſi Deus ſuſpenderet ſuum concurſum in illa productione ſpecierum ſemèl Angelo creato: quod quidèm, ſuadet Angelum exigere infuſsionem ſpecierum quibus compleatur eius vis intellectiua ab inſtanti ſuæ cōditionis; vt ſic cæterorum creaturarum primatum gerat.

Reſpondetur 2. impugnationi.

M. Ferre,

Non tamèn dicuntur cōcreatæ ſpecies prædictæ, quia producantur per eandem actionē, ac producitur Angelus, ſed iuxta alium ſensū

54 Ad ſecundam impugnationem reſpontur concedendo maiorem, & negando minorem, quoad primam partem. Fuerunt ſpecies Angelo infuſſę *per ſè, & non per accidens*, hoc eſt, *concreatæ* (quod non debet intelligi iuxta ſenſum aliquorum, quos refert ſuppreſſo nomine Magiſter Ferre tomo 3. in 1. p. numero 856. qui exponunt *concreatas ſpecies*, per idem, *ac productas per eandem actionem, ac producitur Angelus*; ſed ad hunc præciſè, quod natura Angeli expoſcat infuſsionem ſpecierum, per quas poſsit intellectus eius cognoſcere quidquid poſtea cognoſcit, hancque infuſsionem exigat pro inſtanti, pro quo creatur ipſemet Angelus: & ita hoc nos intelligimus per ſpecies concreatas; circa cuius explicationē graves Doctores implicatos reperies) & ſic ſolvitur facilimè probatio huius 1. partis minoris: Si ſpecies, per ſe infuſſæ fuiſ-

Digitized by Google

fuiſſent Angelo, fuiſſent ſupernaturales, quia ſuperarent omnem facultatem naturalem: cum diſtinctione eſt loquendum; ſi eſſent per ſe infuſſæ, quin natura Angeli illas exigeret, vt accidentia connaturalia & quin vlla vis naturalis ad earum productionem ſufficeret, eſt certum; ſi tamèn eſſent per ſe infuſſæ, ſeu ſimul cum productione Angeli productæ, exigente natura Angeli talium ſpecierum productionem, vt ſimul exiſtentem cum ſui productione, licèt nulla virtus naturalis creata ſufficeret ad dictas ſpecies producendas, illæ naturales eſsēt; cum exigentiam naturalem terminarent; vnde benè cohæret ſpecies eſſe per ſe infuſſas, & ſimul eſſe naturales.

55 Et ex his ſatisfacta manet prima pars minoris tertiæ impugnationis intendens: quod ſi iſtæ ſpecies per diſtinctam actionem producerentur, ac ipſe Angelus producitur, eſſent ſupernaturales, cum ſi ita producerentur eſſet, quia non ſufficeret vlla vis creata naturalis ad earum productionem, ex quo ſequeretur: Angelum per has ſpecies elevari, cùm ſuperarent totam vim naturalem. Aliud enim eſt, non ſufficere vllam vim creatam naturalem ad iſtarum ſpecierum productionem, aliud, quod iſtæ ſpecies ſint in ſe ſupranaturales; ſiquidem ſupernaturale conſtituitur, non per exceſſum purum ſupra omnem vim naturalem (alias Angelus anima rationalis, & Cœlum ſupernaturalia eſſent, cum à ſolo Deo produci poſsint, proindequè ſuperent omnem vim creatam naturalem) ſed per exceſſum ſupra omnem exigentiam, ſeu inclinationem, & debitum naturæ. Vnde cum natura Angeli exigeret illam diſtinctam à ſui creatiua actionem, per quam Deus infunderet Angelo pro inſtanti ſuæ creationis omnes ſpecies intelligibiles rerum naturalium repræſentativas (inſpiciendo Deū, vt Authorem naturalem & perficientem, atque complentem naturam Angeli) iſtæ ſpecies, etiam ſi ſuperent omnem vim naturalem, & ideo per diſtinctam actionem à creatiua Angeli, infundantur à Deo ipſi Angelo, non erunt ſupernaturales:

Reſpondetur 3. impugnationi

Aliud eſt non ſufficere vllā vim creatam naturalem ad productionem ſpecierum infuſſarum Angelo, aliud, quod iſtæ ſpecies ſint in ſe ſupernaturales.

56 Secunda pars minoris tertiæ impugnationis (videlicèt) quod ſi per indiſtinctam actionem à creativa Angeli, ipſi hęc ſpecies infunderentur, eſſent repugnantes ex eo, quod ſpecies intelligibiles rerum naturalium repræſen-

Satisfit cuidam doctrinæ 3. impugnationis.

Digitized by Google

ſentativæ (de quibus tantùm procedit argumentum) non poſſunt eſſe proprietates Angeli: & quod deberent ſic conſiderari, ſi per indiſtinctam actionem à creativa Angeli, ipſi infunderentùr; quia per actionem productivam naturę tantùm producuntur proprietates talis naturæ: quod confirmat argumentum in intellectu, & voluntate per eandem productionem creatis, ac anima rationalis, cuius ſunt proprietates. In hoc duo ſunt difficilia; primum an ſit certum, quod omne id, quod producitur per eandem actionem ac natura, ſit proprietas talis naturæ? quod argumentum ſupponit, vt indubitatum, & nos iudicamus parum firmum; actio ſiquidem creativa, ſi perfecta ſit (vt benè obſerbat Magiſter Ferre) ne dùm producere valet proprietates, ſeu accidentia propria; verùm etiam accidentia communia; caſſu enim, quo Deus crearet hominem album poſſet per eandem actionem creativam hominis, & ſuarum proprietatum, etiam albedinem producere; dat huius rationem dictus Sapientiſsimus Magiſter, quia creatio habet pro termino formali ipſam rationem entis repertam in re creabili, cumquè ſub ratione entis includantur accidentia propria, & communia, tam accidentia propria, quam communia (ſi ſint accidentia ordinis naturalis) vna actione poſſunt produci.

In qua doctrina ſunt duo difficilia.

1. Quod omne, quod producitur per eandem actionem, ac natura, ſit proprietas talis naturę M. Ferre.

Quod non ita eſſe ſuadetur.

Hæc generalis doctrina ſpecialiter poteſt applicari ad ſpecies Angelicas, quæ etiam ſi ſint accidentia communia (phyſicè loquendo) ſunt accidentia inſeparabilia, & connaturalia exacta ad perfectionem naturę Angelicæ pro primo inſtanti ſui eſſe; & iuxta hunc ſenſum poſſunt dici ſpecies Angelicę proprietates Angeli, non quia ſint proprietates, ſed quia habent modum proprietatum, ſcilicèt inſeparabiliter convenire Angelo ab inſtanti ſuæ creationis. Notanter diximus eſſe ſpecies Angelicas, *accidentia communia phyſicè loquendo*: quia *logicè* ſunt *proprietates, ſeu quaſi proprietates*: cum ſpecies Angelicæ conveniant Angelo (Gabrieli v.g.) *ſoli, omni, & ſemper*; *omni, & ſoli*, quia intra ſpeciem Gabrielis vnicus tantùm eſt Angelus; vnde ſpecies, quę Gabrieli conveniat, *ſoli*, & *omni* illius ſpeciei conveniet; *ſemper*, quia ſpecies, res naturales repręſentantes, nunquàm deficiunt, nec Dœmonibus, (de quibus tantùm poterat dubitari) vt ex Angelico Magiſtro 1. parte quæſt. 64. art.

Species intelligibiles Angelo infuſſæ, etiam ſi ſint accidentia cõmunia, ſunt accidentia inſeparabilia, & connaturalia exacta ad perfectionem Angeli pro primo inſtanti ſui eſſe, ...

art. 1. Colligitur. *Proprietates quaſi logicas* conſideravimus ſpecies Angelicas, præſcindendo à quæſtione de illarum prædicabilitate neceſſaria, vt eſſent cum omni rigore *proprietates logicæ*: non tamèn *ſunt proprietates phyſicæ*; quia ad hoc exigebatur connexio activa, inter ſubſtantiam Angeli, & naturalium rerum ſpecies quarum eſt capax Angeli ſubſtantia, hoc eſt connexio ſubſtantiæ Angeli, vt principij activi radicantis ſpecies cum dictis ſpeciebus ab ipſa (tunc) emanantibus, quin ſufficiat connexio quaſi paſsiva cum talibus ſpeciebus ſubſtantiæ Angeli, tanquam principij paſsivi naturaliter illas exigentis.

57 Secundum, quod in argumento, vt difficile exiſtimamus, eſt repugnare, quod ſpecies Angelicæ repræſentativæ rerum naturalium, ſint verè proprietates Angeli: circa quod ita diſcordes Doctores Thomiſtæ opinantur; vt tam pro parte affirmativa, quam pro negativa plures ex gravioribus numerentur, quilibet tentans Angelicum ducem ſuum ſtabilire placitum. Quod ſint proprietates tenent Capreolus in 2. diſt. 3. quæſt. 2. ad argumenta Aureoli contra tertiam concluſionem; hanc eandem ſententiam inſinuavit Eminentiſsimus Caietanus quæſt. 54. primæ partis art. 4. & quæſtione 79. art. 2. & 3. Bañez 1. parte quæſt. 65. Nazarius controverſia 2. & alij varij; hoc tamèn non poſſe eſſe, defendunt Ferrari, Zumel. Navarrete, Sancto Thoma, pluresque extra Scholam Thomiſtarum referantur pro hac 2. ſententia à Doctiſsimis Salmanticenſibus tract. 7. de Angelis diſp. 5. dubio 4. §. 1.

Et licèt ex his ſententijs ſecundam probabiliorem iudicemus Tum ob dicta ab Angelico Magiſtro in hac prima parte quæſt. 55. art. 1. in ſolutione ad primum, & tertium; quæſt. 55. art. 2. ad 4. & in 2. diſt. diſt. 3. quæſt. 2. art. 1 *in corpore*: in quibus locis tradit doctrinam incompoſsibilem cum eo, quod ſpecies Angelicæ ſint proprietates Angeli, vt Sanctum Doctorem legenti conſtabit: tum quia naturam Angeli eſſe principium emanationis ſpecierum ægrè componitur cum propria finitudine. Si enim, vt in quæſtione precedenti diximus, repugnat finitudini Angeli, quod ſit eſſentia propria, ſpecies impreſſa, ſeu ratio cognoſcendi alias creaturas

Verùm cū hoc, quod cū tales ſpecies eſſe accidentia communia phyſice loquendo, cōponitur, quod logicè ſint proprietates ſeu quaſi proprietates.

2. Difficile, importatū in relata doctrina, eſt repugnare, quod ſint proprietates, ſpecies Angelo infuſæ rerum naturalium repræſentativæ.

Quia hanc repugnātiā negant. *Capreolus.* *Caietanus.* *Bañez.* *Nazarius,* *aliique Thomiſtæ.*

Digitized by Google

Illam tamẽ tuentur Ferrara, Zamel, Navarrete, RR. à Sãcto Thoma. Pluresquè alij.

à ſe potiori titulo ipſi repugnabit, quod ex ſua eſſentia ortum habeant ſpecies intelligibiles repræſentantes diſtinctè omnia entia creata naturalia; cùm primum tantùm ſuaderet formaliter, & immediatè (quidquid ſit de eo, quod arguitiuè inferreretur) quod eſſentia Angeli eſſet ſimilitudo intentionalis plurium; & ſecundum formaliter exprimeret eſſe cauſam phyſicam quoad ſufficientiam infiniti, cum poſsit eſſentia Angeli, tunc, ſpecies intelligibiles producere infinitas, quia ſpecies, quas, vt radix produceret, produceret ſub ratione communi ſpeciei intelligibilis, quæ omnibus ſpeciebus (etiam poſsibilibus) eſt communis.

Primam ſententiam fatemur probabilem, & ſecundùm illam parum difficultatis habet vltima pars impugnationis; ſed præſcindendo ab vtraque opinione dicimus, quod etiam ſi ſpecies per eandem actionem producerentur, ac fuit Angelus creatus, non eſſent repugnantes, cum latiùs poſsit accipi, produci per indiſtinctam actionem accidens alicuius naturæ, ac quod tale accidens, ſit accidens proprium phyſicè, (hoc eſt emanans à tali natura) vt in paulò ante dictis animadvertimus.

§. VI.

Duo corollaria deducuntur ex dictis.

1. Corollarium.

58 PRimum corollarium eſt: Non eſſe in Angelis intellectum agentem. 1. quia, cui repugnat naturaliter propria operatio alicuius potentiæ, non convenit talis potentia (iuxta textum 17. 2. de Cœlo; ex quo 3. part. quæſt. 9. artic. 4. infert Angelicus Magiſter: Fruſtraneum fuiſſe intellectum agentem in Chriſto Domino, ſi ipſi non competeret operatio propria intellectus agentis) Sed propria operatio intellectus agentis naturaliter repugnat Angelo; ergo in eo non eſt intellectus ageus. Declaratur minor: Angelo repugnat naturaliter abſtrahere ſpecies à phantaſmatibus (vt ex 3. notabili, & ex prima concluſione habetur) ſed propria operatio intellectus agentis eſt abſtrahere ſpecies à phantaſmatibus: Tum quia ita docetur lib. 3. de Anima, textu 18. Tum qnia idem exprimit Angelicus Doctor loquẽs de Chriſto Domino. 3. part.

Non eſt in Angelis intellectus *agens.*

Suadetur 1. *S. Thomas.*

Propria operatio intellectus *agentis* eſt abſtrahere ſpecies à phantaſmatibus.

part. quæſt.9. citata,art.4. Tum,quia M.Maſtrius 2. ſententiarum diſp.2.num.117.(in qua diſput.a num.110.propugnat, vt expreſſam mentem Doctoris Subtilis eſſe in Angelis tàm intellectum agentem,quam poſsibilem)hoc ſupponit ex dictis à ſe ipſo diſp. 6. de Anima quæſt.5.art.3. Tum quia reddere materialia, intelligibilia in potentia, in intelligibilia in actu,eſt abſtrahere ſpecies à phantaſmatibus (ſiquidem materialia,intelligibilia in potentia,fiunt intelligibilia in actu per abſtractionem intellectus agentis, ſecundū communem Animaſticorum ſententiam) ſed illud repugnat Angelo naturaliter:ergo propria operatio intellectus agentis repugnat naturaliter Angelo. *M. Maſtrius.*

Secundò ſuadetur non eſſe in Angelo intellectum agentem:Intellectus agens comparatur,vt potentia activa ad obiectum intelligibile;quia elevat phātaſmata(ſicut agēs principale elevat inſtrumentum) ad eliciendas ſpecies intelligibiles: ſed in Angelo non ſunt Phantaſmata, quæ elevare poſsit ad eliciendas ſpecies intelligibiles rerum materialium repræſentativas(vt numero 6. & 7.diximus) nec poteſt elevare phantaſmata hominis,vt eliciat in ſe tales ſpecies intelligibiles: quia Phantaſma nō eſt ex inſtrumentis ſeparatis, ſed ex coniunctis;vnde virtus intranſitiva intellectus agentis appellari ſolet(ſicut calor dicitur virtus intranſitiva animalis)cumque non ſint intellectui Angeli coniuncta phantaſmata hominis,ſicut ipſi homini (quia in eadem eſſentia Animæ vnitur intellectus agens cum phantaſia,vbi phantaſmata exiſtunt;& ita dicit intellectus agens hominis naturalem coordinationem cum phantaſia,taliter, quod id,quod deſinit in phantaſia, incipiat in intellectu agente) ideo nulla phantaſmata poſſet intellectus agens elevare(ſi poneretur in Angelo)ex quo eius inutilitas in Angelo depromitur. 2. Suadetur non eſſe in Angelo intellectū agentem. Phantaſma appellari ſolet virtus intranſitiva intellectus agentis.

59 Hinc colliges ſecundum corollarium: Nec dari in Angelo intellectum poſsibilem: quia intellectus poſsibilis, talis dicitur per ordinem ad ſpecies intelligibiles, quas abſtrahat à phantaſmatibus intellectus agens(cum per reſpectum ad intellectum agentem,potentia paſsiva intellectualis ſit intellectus poſsibilis) ergo ex repugnantia primi in Angelo benè arguitur ad implicationem ſecundi. Vel aliter poterit hoc fundari:intellectus poſsibilis, eſt poten- 2. Corollarium. Nec datur in Angelis intellectus poſsibilis; cum per reſpectum ad

Aliter hoc fundatur.

tentia, quæ priùs eſt in potentia, quàm in actu, reſpectu ſpecierum intelligibilium, & quæ indifferens ſit ad ſpecies intelligibiles, & ad earum carentiam (vt patet in intellectu noſtro poſsibili) ſed intellectus Angeli, nec eſt potentia, quę priùs ſit in potentia, quàm in actu reſpectu ſpecierum intelligibilium (cum omnes ſpecies intelligibiles rerum, quas cognoſciturus erat, a primo ſuæ creationis inſtanti habeat; vt ex teſtimonio Angelici Magiſtri in numero 5. allato probatum ſupponimus) nec eſt intellectus Angeli potentia indifferens ad ſpecies intelligibiles, & ad earum carentiam, cum illas exigat, vt accidentia connaturalia (loquendo de ſpeciebus res naturales repræſentantibus, vti numero 56. notavimus) ergo in Angelo, non datur intellectus poſsibilis.

Loquendo æquivocè, & impropriè eſt concedendus Angelo vterque intellectus agens, & poſſibilis.

Et non dari intellectum poſsibilem, & agentem in Angelo debet intelligi, ſi loquamur accipientes, non æquivocè, & impropriè, intellectum poſsibilem & agentem: quia æquivocè vterque conceditur Angelo ab Angelico Magiſtro. 1. p. quæſt. 54. art. 4. in ſolutione Articuli. *Et ideo* (inquit loquens de Angelis) *non poteſt in eis eſſe intellectus agens, & poſſibilis, niſi æquivocè.*

Quin obſtent huic reſolutioni, quæ hic obijciūtur.

60 Quin officiat reſolutioni noſtræ. 1. intellectum Angeli eſſe receptivum ſpecierum, & quod hoc eſt, eſſe intellectum poſsibilem. Nec 2: Non debere negare Angelis, quod hominibus perfectionis eſt. Tum quia intellectui perfectiori, concedenda eſt perfectio, quæ in intellectu inferiori admittitur; ſed intellectus poſsibilis talis eſt, & etiam *agens*, vtpote potentia activa, quæ eſt perfectio illuſtrans hominem. Tum quia, vrgentiùs hoc firmaretur, ſi eſſet certa probabilis Thomiſtarum opinio, de in diſtinctione ſpecifica inter intellectum Angeli, & intellectum hominis, iuxta quam videtur non poſſe denegari Angelis, quod intellectui eiuſdem ſpeciei conveniat, proindequè intellectus poſsibilis, & agens (qui hominibus competunt) etiam ſua munera in Angelis exercebunt.

Quia; reſpōdetur ad 1. Intellectus poſsibilis non eſt pura potentia

61 Faciliter his occurritur: dicēdo ad primum: nō eſſe intellectum poſsibilem puram potentiam receptivam ſpecierum; ſed receptivam ad ſenſum iam expoſitum (hoc eſt receptivam ſpecierum, ad quas prius ſit in potentia, & quibus careat præcedendo tanquam tabula raſſa, nedum pro ſigno, verùm pro inſtanti, & longo tempore ad ſpecierum receptio-

tionem, hocquè intelligitur, attenta ſua exigentia) intellectus tamèn Angeli, eſt potentia receptiva ſpecierum exigens earum receptionem pro primo inſtanti ſui eſſe, non incipiens eas recipere in tempore poſteriori ad inſtans ſuæ conditionis, nec potens naturaliter carere ſpeciebus, res naturales repræſentantibus, cum inſeparabiliter per modum proprietatum ipſi conveniant. receptiva ſpecierum.

62 Ad ſecundum dicatur: non eſt denegandum Angelo perfectionem, quæ intellectui humano conceditur, ſi huic conveniat tantùm, ob poſsitivum perfectionis; non verò ſi conveniat poſsitivum perfectionis, vt quid imperfectionem removens, & (relicto intellectu poſsibili, qui non exprimit perfectionem, ſed perfectibilitatem in ſui eſſe potentiali paſsivo manifeſtatam) cum intellectus agens ſit potentia activa hominem illuſtrans, vt ab illo removeat defectum ſpecierum (quæ imperfectio intellectualis naturæ eſt) eſt perfectio hominis competens, vt imperfectionem remoueat, & Angelo melius eſt, non carere ſpeciebus, a ſuo inſtanti, quam habere perfectionem comparandi ſpecies, per quam harum defectus remoueatur. Ad 2. Quidquid perfectionis convenit intellectui humano, non cōvenit Angelico, ſi ſit ex illis, quæ remouent imperfectionem.

63 Ad illud, quod additur, quod intellectus hominis non diſtinguitur ſpecificè ab Angelico, ex quo intenditur convenire intellectui Angelico, quod competit humano. Reſpondetur negando talem indiſtinctionem ſpecificam; licèt enim obiectum intellectus humani, & Angeli materialiter ſumptum, ſit idem (ens ſcilicèt) formaliter eſt diverſum, cum aliter ens ab Angelo, ac ab homine attingatur. Non dubitamus Thomiſtas ſentientes oppoſitum: poſſe dicere (vt præſentem ſolvant inſtantiam) eſſe eiuſdem ſpeciei intellectum humanum, & Angelicum, ſi vt potentiæ elicitivæ intellectionis conſiderentur; ſecus vero, ſi vt proprietates, & potentiæ paſsiuæ ſpecierum receptiuæ: vna, vt receptiva ſpecierum concreatarum, attenta propria exigentia; alia vt receptiua ſpecierum acquiſitarum, eadem exigentia conſiderata; ſed hoc parùm fundatum iudicamus: deſervire tamē poſſet ad ſatisfactionē inſtātiæ, iuxta illā ſententiā; ſi enim, vt potētię paſsivę receptivę ſpecierū diſtingūtur ſpecificè intellectus humanus, & Angelicus: ergo, cū in eſſe potētiæ paſsivę (ſecundū Authores inſtantiæ) cōſiſtat intellectus poſsibilis; ex eo, quod potētia paſsiva intellectiva hominis Reſpondetur ad illud, quod additur. Intellectus Angelicus diſtinguitur ſpecificè ab intellectu humano. Dicent Thomiſtæ ſentiētes oppoſitum, Sed eius dictum eſt parùm fundatum receptivæ.

Et ſi ad aliquid deſervire valeat.

ſit intellectus poſsibilis, non erit intellectus poſsibilis potentia paſsiva intellectiva Angeli, à potentia paſsiua intellectiva hominis ſpecificè diſtincta, & cum ex intellectu poſsibili inferatur intellectus agens, etiam ſi in intellectu hominis hæc ratio inveniatur, non erit ex oppoſito intellectus agens in Angelo.

Dices.

M. Ferrara. Card. Caietanus. Petrus Bergomenſis.

64 Dicere, non eſſe adæquatum munus intellectus agentis abſtrahere ſpecies à phantaſmatibus, ſed confortare etiam intellectum poſsibilem (vt iudicarunt Ferrara. 3. contra Gentes cap. 45. verſ. *Advertendum autem.* Subtiliſsimus Caietanus. 3. part. quæſt. 9. art. 4. & 1. part. quæſt. 79. art. 3. & Petrus Bergomenſis in Tabula Aurea, dubio 1218.) ac proindè, quod licèt intellectui Angelico deficeret primum munus, poſsit ipſi correſpondere ſecnndum.

Sed non infringitur data doctrina. Intellectui creato, cui repugnet munus abſtrahendi ſpecies à phantaſmatibus, repugnabit munus confortandi intellectū poſsibilem. *S. Thomas. Illuſt. Godoy*

Non infringit doctrinam noſtram; nam admiſſa probabilitate huius exiſtimationis, debet præoculis haberi, quod, cui repugnat primum munus abſtrahendi ſpecies, & etiam repugnabit ſecundum confortandi intellectum poſsibilem; ſiquidem 3. part. quæſt. 9. art. 4. ſupra (non ſemel tantùm) citato docuit Angelicus Magiſter fruſtraneum fuiſſe intellectum agentem in Chriſto Domino, ſi non abſtraheret ſpecies à phantaſmatibus, quod ſuadet connexionem inter *abſtrahere ſpecies, & confortare intellectum*, quia ſi hæc connexio non eſſet, nō eſſet fruſtraneus intellectus agens in Chriſto Domino, licèt non abſtraheret ſpecies, cum poſsit tunc confortare intellectum poſsibilem ad intellectionem. Vide Illuſtriſsimum Godoy tomo 2. in 3. part. diſp. 32. §. 8. & 11. Vbi plura ſubtiliora ad impugnationem confortationis intellectus agentis inuenies.

§. VII.

Quædam ſub dubiola reſolvuntur.

Primū ſub dubiolum.

65 SI hic inquiras, an in caſu, in quo in Angelis (habentibus ſpecies per ſe infuſſas omnium rerum naturalium) eſſet *intellectus agens*, ſeù potentia abſ-

Digitized by Google

abſtrahendi ſpecies intelligibiles à rebus materialibus. An Angeli abſtraherent prædictas ſpecies? Reſpondebimus negativè, quia ſic reſpondet Doctor Angelicus 1.p. q.55. art. 2. ad 2. Vbi ita loquitur. *Dato etiam, quod* (Angelus) *poſſet abſtrahere ſpecies intelligibiles à rebus materialibus, non tamen abſtraheret, quia non indigeret eis, cum habeat ſpecies intelligibiles connaturales.*

An in caſſu, in quo eſſet in Angelis intellectus agens, abſtraheret ſpecies.

Cui negatiuè reſpondetur.

S. Thomas.

66 Dices tamen eſſe probabilius inter Thomiſtas, quod licèt intellectus humanus Chriſti Domini habuit ſpecies naturales inditas (quibus intellexit, vt anima ſeparata, & modo Angelico) habuit etiam ſcientiam acquiſitam comparando ſpecies per abſtractionem a phantaſmatibus: Igitur ſi Angelus, in facta ſuppoſitione conſtitueretur, abſtraheret tales ſpecies, quamvis illis non indigeret, eo quod haberet ſpecies infuſſas.

Oppones.

Ad quod haud difficilitèr eſt reſpondendum, ſi obſerventur verba allata, quibus Sanctus Doctor expreſſit: eſſe connaturales Angelo ſpecies intelligibiles naturales ei infuſſas: cum què ſpecies intelligibilis naturalis infuſſa intellectui humano Chriſti Domini, non eſſet ipſi connaturalis, & eſſet illi connaturalis ſpecies acquiſita: ideo in Angelo ſuppoſitis ſpeciebus naturalibus infuſſis, ei cōnaturalibus, ſuperfluit ſpecies naturalis acquiſita; non verò hæc ſuperfluit in intellectu humano Chriſti Domini habente per infuſſionem ſpecies intelligibiles naturales.

Reſpōdetur

Eſt diſparitas inter ſpecies Angeli, & ſpecies naturales infuſas intellectui humano Chriſti Domini.

67 Cuius ratio eſt: quia nunquam ſuperfluit in ſubiecto perfectio connaturalis, & ſi ſit minor alia perfectione non connaturali, qua tale afficiatur ſubiectum, ceterum perfectio minor, ſi non ſit connaturalis ſubiecto, ſuperfluit in illo ſuppoſita ſpecie perfectiori ei connaturali. Siquidem, (vt eſt clariſsimum) natura abhorrens ſuperfluum, non abhorret id, quo magis perficitur, etſi ei non ſit connaturale, ſicut abhorret id, quo minus perficitur, quando non hoc, quo minùs perficitur, ſed illud, quo magis perficitur eſt ipſi connaturale; quia ad quid erit in natura illa perfectio, quæ nec ei eſt connaturalis, nec eſt maior perfectio perfectione connaturali? Vnde dici ſolet, quod perfectio connaturalis, ſi ſit minor, permittit ſecum maiorem perfectionem non connaturalem; ſecùs verò maior perfectio connaturalis minorem perfectionem nō connaturalem.

Nunquàm ſuperfluit in ſubiecto perfectio connaturalis, & ſi ſit minor alia perfectione non connaturali in ipſo recepta. Sin vero perfectio minor non cōnaturalis, quādo ſubiectū habet perfectionē cōnaturalē maiorem.

Quin

Digitized by Google

Omnes Angeli intelligunt, vt per ſpecies connaturales, per ſpecies vniverſales, & per vniverſaliores, ſi Angeli ſint ſuperiores, quin aliter per ſpecies creatas intelligant.

68 Quin huius deficiat exemplum in ipſis Angelis, vt per ſpecies vniverſales intelligentibus. Omnes enim Angeli intelligunt, vt per ſpecies connaturales per ſpecies vniuerſales, & ſuperiores per ſpecies vniverſaliores, quàm inferiores. Ex quo provenit, quod etiam, quando Angelus format cognitionem de vno obiecto materiali ex pluribus comprehenſis ſub obiecto formali ſpeciei intelligibilis vniverſalis ipſi infuſſæ, non infundatur ei ſpecies particularis talis obiecti materialis (v. g.) huius, vel illius animalis, huius, vel illius hominis: & quod, quando Angelus ſuperior illuminat inferiorē, cognoſcens varijs cognitionibus obiectum, quod ſibi ſoli vnica cognitione cognoſceret, non infundatur ipſi alia ſpecies minùs vniverſalis, quam illa ab initio ei infuſſa, per quam vnica cognitione poteſt cognoſcere omnia, quæ multiplici cognitione cognoſcit, vt illa proportionet captui inferioris a ſe illuminandi; quia cum cuilibet Angelo tantùm ſit ſpecies connaturalis ſpecies vniverſalis (vel vniverſalior; ſi Angelus intelligens ſit ſuperior) nullum obiectum creatum, aliud à ſe, ille cognoſcit vlla cognitione, niſi per ſpeciem vniverſalem ſi ſit inferior, vel vniverſaliorem; ſi ipſe ſit ſuperior.

Cum quo cōponitur quod ſit Angelo connaturale cognoſcere vnica, vel multiplici cognitione obiecta ei repræſentata per vnicā ſpeciem infuſſam vniverſalem.

69 Nec obſtat, quod & ſi Angelo ſit connaturale cognoſcere vnica cognitione plura obiecta repræſentata per vnicam ſpeciem vniuerſalem, ſoleat cognoſcere talia obiecta multiplici cognitione. Quia nèdum eſt Angelo connaturale cognoſcere prædicta obiecta vnica cognitione; ſed etiam multiplici, eo quod cum ad hoc, vt Angelus exerceat, vel dominium, quod habet in vſu ſpecierum ſibi infuſſarum, vel poteſtatem illuminandi ſibi inferiores, ſi ipſe ſit ſuperior, deſerviat, quod cognitiones nō adequentur repræſentationi ſpeciei vniverſalis, vel vniverſalioris ſibi infuſſæ, exigit Angelus cognoſcere obiecta ſibi repræſentata per vnicam ſpeciem vniuerſalem; non ſolum vnica cognitione, ſed etiam multiplici, quando hoc conducat ad aſsignatos fines, per quos habet Angelus perfectiones ſibi connaturales, vt ſunt ipſi, & dominari vſui ſpecierum infuſſarum; & docere, ſeù illuminare Angelos ſibi inferiores.

70 Si inſuper inquiras, an in caſu admiſ-

ſo

ſo intellectus agens eſſet fruſtraneus in Angelis? Reſpondet negativè D.Abbas *de Alcala la Real* (in dubio propoſito in numero 61. ab ipſo è ſuggeſtu dictato, dum in hac Vniverſitate Primariam Divi Thomæ Cathedram regebat) iudicans ſubtiliter cohærere optimè intellectum, tunc non fore fruſtraneum cum hoc, quod eſt fore tunc fruſtraneas, & ſuperfluas in Angelis ſpecies acquiſitas: Fundatus in eo, quod, cum potentia pertineat ad complementum, & perfectionem naturæ poteſt non eſſe inutilis, & ſuperflua, & ſi non coniungatur cum operatione ad quam eſt potentia.

2. ſub dubiolum. An in tali caſu intellectus agens eſſet fruſtra in Angelis? D. Caſtell negativè reſpondet.

71 Ad cuius roborationem deſerviunt exempla allata ab Illuſtriſsimo Godoy tom. 2. in 3. part. diſp. 32. à numero 246. quorum primum eſt potentia generativa; & ſecundum potentia riſiva: quæ quidem potentiæ non fuerunt fruſtrà in Chriſto, & ſi non coniunctæ cum propria operatione (vt omnis teſtatur de prima, & de ſecunda idem docet Magnus Baſilius) quia cum pertinerent ad ornatum, & complementum naturæ humanæ Chriſti Domini, & alias earum operationes Chriſtum non decerent, fuerunt in Chriſto, vt homine prædictæ potentiæ, licèt ipſarum operationes in Chriſto non fuerunt. Ex quibus exemplis, ita arguit perdoctus Abbas: Si dantur potentiæ convenientes ſubiecto abſque vlla indecentia, & ſi illarum operationes ſubiectum dedeceant, cur non dabitur potentia non fruſtranea, licèt eius operatio ſit fruſtra? ergo ſtabit benè, quòd intellectus agens non inutiliter admittatur in Angelo, & ſi in ipſo ſit inutilis operatio talis intellectus, hoc eſt, abſtrahere ſpecies intelligibiles à phantaſmatibus.

Illuſt. Godoy. Potentia generativa, & riſiva fuerũt in Chriſto, & non fruſtra; licèt ſine ſuis operationibus. *S. Baſilius.*

72 Cæterùm, licèt cum tàm acuto Magiſtro in his conveniamus; præfato quæſito (plus ingenioſo, quàm vtili) reſpondemus non abſolutè; ſed cum diſtinctione, ſi enim admittatur intellectus agens in Angelo, ſuppoſitis in illo ſpeciebus per ſe infuſsis omnium rerum creatarum: dicimus, quod tunc non erit fruſtra in Angelo, etſi ſpecies acquiſitæ, tunc ſint fruſtra; quia in hoc caſu loquitur Doctor Angelicus, dum admittens (& non fruſtra, in caſu permiſſo) intellectum agentem in Angelis, eis negat abſtrahere ſpe-

Cum diſtinctione reſpondemus ſub dubiolo propoſito. Non eſt, & fruſtra, ſi Angeli haberent ſpecies per ſe infuſſas. *S. Thomas.*

ſpecies intelligibiles à rebus materialibus, titulo *non indigentiæ*, ſeu ſuperfluitatis.

Eſſet fruſtra, ſi Angeli illas non haberent.

73 At ſi ſuppoſitio fiat in caſu, in quo Angelus non haberet ſpecies intelligibiles per ſe infuſas omnium rerum creatarum. Iudicamus, quod tunc eſſet in illo fruſtraneus intellectus agens, ſi non abſtraheret ſpecies à phantaſmatibus; quia ad quid eſſet tunc potentia abſtrahendi ſpecies in Angelo, ſi ipſe, *indigens illis* (ſi non vrgeat dicta à nobis à num. 8. pro independentia Angeli à ſenſibilibus: & ſit poſsibilis caſus, in quo Angelus *indigeat ſpeciebus abſtractis à phantaſmatibus*; vt tunc indigeret ſi omnes res creatas vellet cognoſcere) nõ vteretur tali potentia? Nam pertinere ad ornatum, & complementum naturæ, non ſufficit ad hoc, vt concedatur aliqua potentia huic, vel illi ſubiecto, ſi quando ſubiectum indiget propria operatione prædictæ potentiæ, ea potentia ſubiectum non vtitur. Vnde ſi Adamus non fuiſſet creatus in perfecta quantitate naturali (vt defacto fuit creatus) non fuiſſet ei conceſſa potentia augmentativa (licèt pertineat ad ornatum perfectionem, & complementum corporis humani) ſi illa non compararet propriũ corporis augmentum; quia tunc eſſet fruſtra talis potentia in Adam, cum fruſtra ſit potentia, quę caret propria operatione, *quando vbi, & in quo* debet illam habere, vt profundè notat Cayetanus 3. p. q. 9. art. 4. 5. *ad primum*.

Purè pertinere ad ornatum naturę nõ ſufficit ad hoc vt ſubiecto concedatur aliqua potentia.

Quid inſuper diſsidetur, exponitur.

Card. Cayetanus.

Dices.

74 Dices ſuaderi ex hic traditis: quod defacto ſit in Angelis intellectus agens & ſi careat propria operatione abſtrahendi ſpecies à phantaſmatibus; eo quod cum Angeli fuerant creati cum ſpeciebus intelligibilibus per ſe infuſsis omnium rerum creatarum, non eſt dicendum eſſe fruſtra in illis intellectum agentem; licèt ſint fruſtraneæ ſpecies acquiſitæ; quia ſupponuntur ſpecies per ſe infuſæ omnium rerum creatarum: & conſequentèr non eſt cur de facto intellectus agens negetur eis.

Ad quod reſpondetur.

75 Verùm reſpondebimus: quod vt alicui ſubiecto de facto concedatur, & non fruſtra intellectus agens deſideratur, quod ſpecies per ſe infuſæ omnium rerum creatarum intelligibilium non ſint connaturales ſubiecto, cui talis intellectus concedatur (vt eſſe Angelo connaturales ab initio ſuæ creationis conſtat ex dictis in nu-

numero 56.) ſi enim ſunt ei connaturales, non poteſt il-lis naturalitèr carere, etſi ſine illis poſsit a Deo cauſari; cumquè Deus defacto non tribuat ſubiectis illas poten-tias, quibus perfectiones ſibi connaturales acquirere va-leant, ſi talibus perfectionibus naturalitèr carere non poſ-ſint (quamquam ſine illis poſsint à Deo produci) præfa-ta ſubiecta; ideò Deus defacto non conceſsit Angelis in-tellectum acquiſitivum ſpecierum intelligibilium ipſis connaturalium, & quibus naturalitèr carere non poſſunt, licèt ſine illis potuiſſent à Deo crea-ri.

Deus defacto non tribuit ſubiectis illas potentias, quibus perfectiones connaturales acquirere valeant, ſi talibus perfectionibus naturaliter carere non poſſint.

76 Et declaratur in igne, & ſole, ſiquidem etſi ignis potuit à Deo produci ſine calore, & ſol ſine pro-prio ſplendore, nec igni tribuit Deus potentiam acquiſi-tivam proprij caloris; nec ſoli potentiam acquiſitivam ſui ſplendoris, quia eſt connaturaliter debitus igni com-productus calor, & ſoli concreatus ſplendor; ex quo per-cipitur ratio, ob quam fuit defacto conceſſa Adamo po-tentia augmentativa, ſeù quantitatis acquiſitiva; quia li-cèt fuit creatus perfectus ſecundùm quantitatem natu-ralem, non fuit ei connaturaliter debita illa quantitas perfecta, quam *in ſuo primordio accepit*, vt vtamur verbis Præceptoris Angelici in 2. diſt. 23. q. 2. art. 2. in corpo-re.

Declaratur hęc doctrina in igne, & ſole.

Ex quo percipitur, cùr Adamo fuit conceſſa potentia augmentativa?

Sanct. Thomas.

§. VIII.

Reliqua ex principali dubio depromuntur corollaria.

77 TErtium corollarium eſt: ſpecies intelligibiles (quas accidentia connaturalia Angeli ap-pellavimus) eſſe duplicitèr naturales. 1. quia eas habuit à principio ſuæ creationis (ſicut homines dicuntur: *natura filij iræ*: quia hoc habent à na-tiuitate ſua) 2. quia nedùm habuit principium paſsivum ad tales ſpecies recipiendas; verùm principium paſsivum naturalitèr exigens dictas ſpecies: ſicut Cœlum expoſ-cit motum ſecundùm principium paſsivum (& ideò eſt dicendum contra Mag. Maſtrium in 2. ſentent. diſp. 2. quæſt. 5. artic. 1. & alios Doctores, quod ſpecies re-

3. Corollarium Species intelligibiles naturales Angelis infuſſæ, ſunt ſecundùm duplicem ſenſum naturales.

Ad Epheſ. 2. v. 3.

M. Maſtrius.

Digitized by Google

rerum naturalium repræſentativæ ſunt naturalitèr debitæ Angelis) vnde licèt intellectus Angeli ex natura ſua ſit pura potentia ad ſpecies intelligibiles; ſicut intellectus hominis: differt tamèn ab intellectu hominis propter hanc connaturalitatem, quam cum ſpeciebus intelligibilibus habet.

Aliter fuerunt infuſæ Angelo ſpecies repræſentativæ rerũ naturalium, quam Adamo. Cuius alietatis aſsignatur ratio.

Hinc colliges: alitèr Angelo fuiſſe infuſſas ſpecies rerum naturalium repræſentativas, quam primo noſtro Parenti: huic equidèm fuerunt infuſſæ per accidèns; illi per ſe. Cuius ratio in promptu eſt: quia Angelus, licèt eſſet in pura potentia ad ſpecies rerum naturalium repræſentativas à Deo infundendas; erat in potentia naturali, quia Angelus exigebat harum ſpecierum infuſsionem: primus verò parens noſter erat in pura potentia ad ſpecies rerum naturalium infundendas; non in potentia naturali; ſed purè obedientiali; cum ipſe naturalitèr eſſet acquiſitivus ſpecierum rerum naturalium; ex quo infertur, non expoſtulaſſe ex natura ſua talium ſpecierum infuſsionem.

4. Corollarium. Intellectus Angelicus non eſt vniverſalior, quàm humanus. Licèt ſit intellectus perfectior.

78 4. Corollarum eſt: intellectum Angelicum non eſſe vniverſaliorum, quàm humanum, licèt non poſsimus negare, eſſe perfectiorem: immò inter ſe ſunt inæquales in perfectione intellectus Angelici (ſicut & ipſi Angeli) quia vt numero 24. diximus: cuiuſcumquè intellectus, ſivè Angelici, ſivè humani obiectum eadem vniuerſalitate gaudet (cum ſit ens in quantùm ens ſpecificativum cuiuſvis ex his intellectibus) & ſtante eadem vniverſalitate obiecti, non poteſt vnus intellectus eſſe vniverſalior alio; cum quo componitur, quod poſsit eſſe perfectior; quia incrementum perfectionis intellectus, non deſumitur ex incremento perfectionis obiecti, ſed tantùm ex incremento ſubſtantiæ, ſeù naturæ: à qua intellectus emanat.

5. Corollarium. Vnus Angelus non poteſt illabi intellectui alterius Angeli, vel hominis.

79 5. Corollarium eſt: vnum Angelum non poſſe illabi intra intellectum alterius: ſi enim poſſet; non ſubſiſteret ratio, qua in numero 24. ſecundam partem concluſionis probavimus: cum illaberetur intra intellectum alterius, vt ibi operaretur producendo ſpecies, vel quid aliud intentionale; quod

Digitized by Google

quod cum æqualitate Angelorum, in vniuerſalitate intellectus, dificilimè componitur; cum hoc exigat, vt Angelus ſpeciem immittens, vel quid aliud efficiens intra intellectum alterius, ſibi ſubderet intellectum intelligentis: quia efficiens principale (quatenus tale) ſibi ſubdit paſſum, in quo operatur; & nequit Angelus ſibi ſubdere intellectum alterius, ſivè hominis, ſivè Angeli ratione æqualitatis in vniverſalitate intellectus deſumpta ex eadem vniverſalitate obiecti in numero 24. latè tradita.

Et huius datur ratio.

80 Solet inſuper ſuaderi repugnantia illapſus vnius Angeli intra intellectum alterius, quia illapſus deſiderat omnipotentiam in eo, qui illabitur; quare ſoli Deo reſervatur iuxta Magnum Parentem Auguſtinum libro de Dogmatibus Eccleſiaſticis cap. 83. *illabi menti* (ait) *ſoli poſsibile eſt, qui creavit.* Et ſecundùm Divum Bernardum Sermone 5. in Cantica, vbi loquens de illapſu ita fatur: *Hæc enim prærrogativa ſummo, & in circunſcripto ſpiritui reſervatur.* Quod clariſsimè docuit Angelicus Magiſter 3. part. quæſt. 8. art. 8. ad 1. & quæſt. 64. articulo 1. Vnde exordium ſumpſit proloquium Thomiſtarum, quod intra intellectum creatum, ſolùm poteſt ingredi, vel ágens, qui creavit illum (qui ſolus eſt Deus) vel propria eius ſubſtantia talem intellectum radicans; ex quo convenit ſubſtantiæ Angeli, quod reſpectu proprij intellectus ſit ſpecies, & intelligibilitèr intra proprium intellectum ingrediatur. His, vel ratione (in numero 24. adducta) poterit impugnari illapſus vnius Angeli intra Intellectum alterius, ſivè Angeli, ſivè hominis; ſine quo illapſu non poteſt Angelus intelligendus immittere ſpeciem ſui repræſentativam intra vllum intellectum.

Ex alio principio etiam ſuadetur repugnãtia, vt vnus Angelus ſit per illapſum in intellectu alterius.
S. Auguſtinus.
S. Bernardus.
Sanct. Thomas.
Intra intellectum creatum ſolùm poteſt ingredi, vel eius creator; vel illa ſubſtãtia, cuius ſit intellectus.

81 Si dicas cum P. Suarez lib. 2. de Angelis cap. 5. num. 14. non repugnare Angelo intelligendo illabi intellectui alterius; & conſequentèr, quod ex huius illapſus repugnantia non probatur efficaciter: Angelum intelligendum non poſſe immittere ſpeciem ſui repræſentativam intra intelectum alterius creati intelligentis.

Dices.
P. Suarez.

Illapſus alius latè acceptus; alius propriè dictus.

82 Eſt reſpondendum hoc dici à P. Suarez; quia (vt ibi exprimit) loquitur de illapſu latè accepto, non verò de illapſu propriè dicto; qualis eſt (ſecundùm ipſum) illapſus ille, qui non dicat ſolam præſentiam Angeli intelligendi in intellectu alterius illum intelligentis; ſed vltra eam importet, quod Angelus intelligendus ſubordinet ſibi intellectum intelligentis ipſum, eumquè intellectum in ſuo eſſe contineat, & illi efficacitèr prædominetur.

Secundus repugnat Angelo. *M. Maſtrius.*

Quem quidèm illapſum iudicat ibi tàm præclarus Magiſter repugnantem Angelis, ſed non requiſitum ad hoc vt Angelus intelligendus immitat ſpeciem ſui repræſentativam intra intellectum alterius creati intelligentis: & idem ſentit Magiſter Maſtrius (nobis in concluſione oppoſitus) in 2. ſentent. diſput. 2. num. 160.

Hic illapſus propriè dictus requiritur, vt Angelus alteri immitat ſpeciē ſui repreſentativam.

Verùm: cum fundamenta propoſita tum à num. 24. tùm à num. 79. propugnent: eſſe neceſſaria omnia hæc (meritò à relatis DD. & communi SS. PP. & Scholaſticorum calculo, vt repugnantia ab Angelis releganda) vt Angelus intelligendus ſpeciem ſui repræſentativam immitat alteri creato intelligenti: ideo ex repugnantia eſſentiali, quam habet Angelus, vt hoc illapſu illabatur intellectui alterius, connati ſumus oſtendere: repugnare Angelo operari intra intellectum alterius ibi producendo, vel immitendo, ſui repræſentativam ſpeciem. ¶ Et hæc de hoc dubio applicando tum diſtinct. 3. lib. 2. diſt. Magiſtri; vbi illud movent Sanct. Thomas quæſt. 3. art. 1. Doctor Subtilis quæſt. 11. Durandus quæſt. 6. Bacon quæſt 1. Nominales, & alij relati à P. Ripalda ibi. Tùm diſt. 7. eiuſdem lib. vbi de illo Gregorius quæſt. 5. art. 1. necnon relati ibi à P. Ripalda.

Sanct. Thomas. Scotus. Durandus. Bacon. Nominales. P. Ripalda.

***

DV-

Digitized by Google

DVBIVM QVARTVM,

Vtrùm ſpecies intelligibiles Angelicæ ſint Vniverſales.

§. I.

Aliqua ſupponuntur, & referuntur ſententiæ.

1 PRIMò notandum eſt: Supponendam eſſe, ad præſentis Dubij clariorem enodationem illam apud Logicos, & Methaphiſicos ſatis celebrem diviſionem Vniverſalis in vniverſale in *cauſando* in Vniverſale *in prædicando*, (*ſeu in eſſendo*) & in Vniverſale *in repræſentando*; quorum primum eſt cauſſa plurium, ac diverſorum productiva (ſic Deus, & corpora Cœleſtia dicuntur Vniverſalia in cauſando, quia plures, & diverſos cauſant effectus) Vniverſale in prædicando, eſt natura comparata ad inferiora, à quibus beneficio præciſionis intellectus, fuit abſtracta, quæ (ita accepta) denominatur vniverſale Logicum: vniverſale tandem in repreſſentando, eſt illud, quod vel repræſentat aliquam naturam vniverſalem, vel repræſentat cum quadam vniverſalitate, hoc eſt repræſentando plura.

Primum notabile.

Vniverſale: aliud eſt, in *cauſando*, aliud *in eſſendo*, aliud in *repræſentando*.

Et vt omni confuſsione remota noſtra procedat controverſia, huic acceptioni vniverſalis addiungi debet altera tradita ab Angelico Magiſtro in 2. diſt. 3. q. 3. art. 2. ad 1. Vbi docet: Vniverſale, aliud eſſe *in re*, aliud *à re*; aliud *ad rem*: vocat vniverſale *in re*, naturam ipſam in ſuis particularibus exiſtentem; quia natura humana, vt in hominibus ſingularibus eſt, vniverſalitate pollet (etſi modũ vniverſalitatis nõ dicat in actu) vniverſale *à re* appellat S. Doct. naturã, vt logicè vniuerſale: vnde vniverſale *à re*, idẽ eſt ac vniverſale in prædicando. Denique pro vniverſali *ad rem* intelligit Angelicus Præceptor, medium intelligibile vniverſale, inſtitutum ad repræſentandum.

Sar. D. Thomas.

Vniverſale etiã accipitur, vel pro *vniverſali à re*, vel pro *vniverſali in re*, vel pro *vniverſali ad rem*.

dum rem, quod eſt vniverſale in repræſentando. Non diſputamus an ſpecies intelligibiles, per quas Angelus alia à ſe intelligit, ſint vniverſales in cauſando, aut in prædicando (ſeu *a re*) aut vniverſales *in re*? Cum tales ſpecies, nec ſint in pluribus inferioribus, modo quo natura humana in ſuis individuis, nec comparentur ad illa, à quibus antea fuerint abſtractæ; nec producant plures, & varios effectus (præſcindimus nunc ab influxu effectivo ſpecierum intelligibilium in intellectionem) igitur ſolùm in præſentiarùm inquirimus vtrùm ſpecies prædictæ, ſint vniverſales *ad rem*, & in repræſentando?

2. Notabile.

Vniuerſale *in repræſentando*, ſeu *ad rem*; tripliciter accipitur.

2 2. Notandum eſt: hoc vniverſale *ad rem*, & in repræſentando (de quo hic dubitamus an prædicetur de ſpeciebus intelligibilibus Angelicis?) etiam poſſe tripliciter accipi: 1. pro medio, ſeu ſpecie intelligibili repræſentante aliquam naturam in vniverſali: hoc eſt aliquam naturam genericam, aut ſpecificam, vt abſtractam (animal v.g. vt ſic: vel hominem vt ſic in communi) quæ quidem ſpecies, et ſi clarè, & diſtinctè repræſentet naturam in vniuerſali, individua verò talis naturæ tantùm confuſsè repræſentat, cum in natura generica, aut ſpecifica, vt abſtracta (cuius hæc ſit immediata ſpecies) non diſtinctè, ſed confuſsè, & potentialitèr contineantur inferiora talis naturæ. 2. Vniverſale *ad rem*, & in repreſentando accipitur pro ſpecie intelligibili repræſentante clarè, & diſtinctè, nedùm naturam vniuerſalem, verùm, & ipſiusmet naturæ inferiora, omneſquè differentias, & modos per quos natura dicta contrahatur, & determinetur: vt ſi ſpecies animalis clarè repræſentaret naturam animalis, quæ in tantis individuis eſt, & omnia inferiora, in quibus eſſe animalis per tàm diſtinctas differentias contrahitur. 3. Acceptio vniverſalis *ad rem*, & in repræſentando eſt, pro ſpecie illa, cuius repræſentatio nõ adæquatur cum aliquo obiecto in particulari, ſed extenditur ad plura (iuxta quam conſiderationem propriè dicitur vniuerſalis ſpecies, vt rectè obſervat Ægidius lib. 1 1. de Beatitudine. quæſt. 8. art. 6. §. 2. num. 22.) hęcquè vniverſalitas ſpeciei vocatur ab Angelico Magiſtro 1. parte quæſt. 55. artic. 3. in ſolutione ad 2. Vniverſalitas

Ægidius. Sanct. Thom.

tas ex parte medij cognoſcendi, ad diſtinctionem illius vniverſalitatis, quæ præciſè eſt ex parte obiecti repræſentati, ſeu ex parte rei cognitæ, vt eſt vniuerſalitas ſpeciei primo modo acceptæ repræſentantis aliquam naturam, vt abſtractam, quæ imperfectionem arguit in cognitione, ad quam deſerviat ſpecies hac vniverſalitate vniuerſalis.

His præiactis non controvertitur de primo genere vniuerſalitatis imperfectionem involvente; ideoquè invento in ſpeciebus intellectus noſtri habentis infimum gradum in ſubſtantiis intellectualibus, de quo (ob iſtam inferioritatem) dixit Sanctus Doctor 2.contra Gentes cap.98. quod: *per ſimilitudinem animalis, non cognoſcit rationale, & per conſequens, neque hominem niſi ſecundumquid*; (quod non extrahit cognitionem hominis à nobis habitam per ſpeciem vniverſalem animalis à cognitione imperfecta, & confuſſà) ſed tantùm de 2. & 3. ad quod reducitur ſecundum. (Cum ſpecies vniuerſalis ſecundùm ſecundam intelligentiam ſit vniverſalis, non præciſsè; quia naturam in vniverſali repræſentat; ſed quia ſimul repræſentat illius naturæ individua clarè, & diſtinctè, ac proinde ex eo, quod ad plura in repræſentando ſe extendat, quod ad tertiam inſpectionem vniuerſalis ſpeciei ſpectat) & inveſtigare intendimus an ſpecies intelligibiles Angelicæ ſint vniverſales, quia non vnico adæquentur obiecto, ſed ad plura repræſentativè ſe extendant?

Non eſt controverſia de vniuerſali in repræſentando, vt primò accepto.
Sanct. Thomas.

3 In qua quæſtione, ſenſu expoſito enucleanda, Subtilis Doctor cum ſuis in 2.diſt. 3. quæſt. 10. Gregorius in 2.diſtinct. 2. quæſt. 5. artic. 1. & Ochamus ibi quæſtione 18. Aliiquè (ſentientes, Angelos ab obiectis accipere activè, vel paſsivè ſpecies, & quod ſpecies rerum ſingularium, quia ſumuntur à rebus, ſunt etiam ſingulares, ſicut evenit in ſpeciebus ſenſuum) reſſolutionem negativam propugnant,

1.Sententia negativa pro ea ſunt *Scotus* cũ ſuis.
Gregorius Ocham, & alij.

Affirmativa verò, huic oppoſita, ſupponitur ab Angelico Magiſtro 1. parte quæſtione 55. articul. 3. expreſſequè eam tradidit. Tùm ſecundo contra Gentes cap. 98. tùm in quæſtione 8. de

2.Sententia affirmativa eſt.

Digitized by Google

Pro nona ſunt Sanctus Thomas; omnes Thomiſtæ. Et ex DD. Societates PP. *Suarez, Vazquez, Turrianus, Alarcon.* Et iam ferè omnes extra Scholam Scoti.

P. Arrubal.

de Veritate, art. 10. Tum denique in 2 diſt. 3. quæſt. 3. art. 2. ad 1. Angelicum ſequuntur Ducem vniverſi eius Diſcipuli; & ferè (iam) omnes Theologi (ſi Scotiſtas excludas) vt teſtatur vnus ex illis P. Alarcon, tract. 6. de Angelis, diſp. 3. cap. 3. numero 2. inter quos præcipui ex Societate ſunt PP. Suarez lib. 2. de Angelis. cap. 14. Vazquez. diſp. 202. cap. 2. (quem in meritò Magiſter Gonet pro contraria refert ſententia; citans diſput. 203. vbi P. Vazquez non de hac re tractat, ſed de alia in ſubſequenti dubio litiganda) Turrianus diſp. 41. dub. 1. & alij DD.

Qui omnes: Vniverſalitatem in repræſentando modo iam explicato, ſpeciebus Angelicis cõcedunt, licèt in declaranda hac vniverſalitate, non omninò concordent: cum P. Arrubal eam admittat, ita vt ſpecies intelligibiles Angelicæ poſsint plura ſingularia eiuſdem quidditatis repræſentare, neutiquam tamèn plures quidditates, & naturas. Communiùs attamèn abſolutè affirmatur: Species Angelicas eſſe vniuerſales in repræſentando, non ſolùm, quia vna ſpecies plura ſingularia vnius naturæ repræſentet; ſed etiam, quia repræſentet plures quidditates, & naturas.

§. II.

Noſtra concluſio affirmatiua proponitur, & firmatur.

Angelus per ſpecies intelligibiles vniverſales alia à ſe intelligit.

Probatur concluſio à ratione.

4 QVàm concluſionem, hac non debili ratione probamus: ſpecies intelligibilis, quæ ad plura, vt diſtinctè repræſentanda ſe extendit, eſt ſpecies vniverſalis (vt ex ſecundo habetur notabili) ſed ſpecies intelligibiles Angelicæ ad plura, vt diſtinctè repræſentanda ſe extendunt: ergo ſpecies intelligibiles Angelicæ, ſunt vniverſales. Prob. minorem: Species animalis, quæ repræſentat clarè, non ſolùm eſſe animalis; ſed etiam hominem, leonem, & equum

Species intelligibilis animalis,

equum,eſt ſpecies,quæ ad plura,vt diſtinctè repræſentanda ſe extendit; ſed ſpecies intelligibiles Angelicæ, ſimiles ſunt in repræſentando tali ſpeciei animalis: ergo ſpecies intelligibiles Angelicæ ad plura,vt diſtinctè repræſentanda ſe extendunt: diſcurſus eſt legitimus; & maior eſt certa.

lis, quæ repræſentet clarè, & animal, & hoc, & illud animal, eſt ſpecies repræſentans diſtinctè plura.

Prob.minorem: Tum ex Angelico Magiſtro 2. contra Gentes cap.98. Vbi explicans, qualiter Angelus (ſeu ſubſtantia ſeparata) ad differentiam intellectus noſtri,ſuis intelligibilibus vtatur ſpeciebus, ſic pro ſubſtantia ſeparata concludit: *Per ſimilitudinem igitur vnam cognoſcit, & animal, & differentias animalis.* Tum ſic: Hic ſimilitudo vna,eſt ſpecies intelligibilis vna: ergo ſi Angelus per ſimilitudinem vnam,& animal,& differentias animalis cognoſcit, per ſpeciem vnam, & animal,& differentias animalis cognoſcit: ergo ſecundùm Angelicum Præceptorem noſtrum, ſpecies intelligibiles Angelicæ ſimiles ſunt in repræſentando ſpeciei animalis repræſentanti clarè,non ſolùm eſſe animalis; ſed etiam hominem,leonem,& equum,cum per hanc ſpeciem ſpecies intelligibiles Angelicas exponat.

S.Thomas.

Si Angelus per ſimilitudinē vnam,& animal, & differentias animalis cognoſcit, per ſpeciem vnam totum hoc cognoſcit.

Et nè aliquis diceret hoc etiam in nobis evenire; qui,dum animal per ſpeciem animalis cognoſcimus,differentias animalis attingimus: præmiſsit ibi Angelicus Doctor notabile diſcrimen inter ſpecies intelligibiles receptas in intellectu humano, & ſpecies intelligibiles exiſtentes in intellectu Angelico (iam indicatum in ſecundo notabili) ſiſtens in eo, quod intellectus humanus per ſpeciem animalis confuſè differentias animalis cognoſcit(vt expreſsit teſtimonio in eodem notabili adducto) Intellectus tamèn Angelicus per ſpeciem animalis non facit imperfectiorem cognitionem differentiarum animalis(comparativè ad illam,quæ poteſt haberi per ſpecies proprias differentiarum animalis) ſed perfectiorem: *ſimilitudo autem intelligibilis* (ait Sanctus Doctor noſter) *quæ eſt in ſubſtantia ſeparata, eſt vniverſalioris virtutis* (reſpectiuè ad eam,quæ intellectui humano inhæret) *ad plura repræſentanda ſufficiens; & ideo non facit imperfectiorem, ſed perfectiorem cognitionem,*

S.Thomas.

Eſt notabile diſcrimen inter ſpecies intelligibiles exiſtentes in intellectu Angelico, & ſpecies intelligibiles receptas in intellectu humano.

Tum

Aliter probatur principalis minor.

Tum aliter principalis probatur minor (ſcilicèt, quod ſpecies intelligibiles Angelicæ ſimiles ſunt in repræſentando ſpeciei animalis clarè repræſentanti, non ſolùm eſſe animalis, ſed etiam hominem, leonem, & equum) ſpecies intelligibilis Angelica repræſentativa alicuius prædicati communis, aliter poteſt repręſentare differentias eſſentiales, & individuales, per quas ad varias ſpecies, & individua tale contrahitur prædicatum, quam ſpecies intelligibilis eiuſdem prædicati in intellectu hominis recepta; ſed ſpecies intelligibilis prædicati communis in intellectu hominis recepta, tantùm confuſsè, & non clarè poteſt repræſentare differentias, per quas tale prædicatum commune contrahitur ad varias ſpecies, & indiuidua (vt omnes fatentur vnanimes) ergo ſpecies intelligibilis Angelica repræſentativa alicuius prædicati communis, poteſt repræſentare clarè differentias eſſentiales, & individuales, per quas ad varias ſpecies, & individua tale prædicatū contrahitur: ergo poteſt ſpecies intelligibilis Angelica repræſentare clarè plura: ergo ſic illa defacto repræſentat: Patet hæc conſequentia (cum ideo à contraria ſententia negetur ſpeciebus intelligibilibus Angelicis hic modus vniverſalis repræſentandi, quia reputatur impoſſibilis, vt benè obſervat Pater Suarez loco in præcedenti numero, citato numero 3.) Secunda conſequentia legitimè etiam ex prima colligitur, quæ nulla indiget probatione (ſi maior ſit certa): Alietas enim in repræſentando inter duas ſpecies eadem plura obiecta repræſentantes, & quarum vna, ipſa plura tantùm confuſse repræſentat; ſubſiſtit in eo, quod altera non confuſsè, ſed clarè repræſentet.

Declaratur alietas, qua ſpecies infuſa Angelo, repræſentans prædicatū commune, illi repræſentat differentias eſſentiales, & individuales; & qua ſpecies recepta in homine repræſētatiua prędicati communis, tales differentias repræſentat.

P. Suarez.

Prob. minorem: Species intelligibilis Angelica repræſentativa alicuius prædicati communis perfectior eſt in eſſe repræſentativo ſpecie intelligibili eiuſdem prædicati intellectui humano inhærente: ergo clarè repræſentat, quidquid repræſentat. Antecedens conſtat ex eo, quod perfectio comparativa ſpecierum intelligibilium in eſſe repræſentativo ex perfectione intellectuali ſubiectorum, in quibus recipiuntur, penſari debet tanquàm à ſigno; ſiquidèm ſubiectum perfectius, perfectio-

riores ſemper habet ſpecies (loquendo de ſpeciebus naturalibus) ergo cum Angelus ſit in ſupremo gradu ſubſtantiarum intellectualium,& homo in infimo , ſpecies intelligibilis Angelica perfectior erit in eſſe repræſentativo ſpecie intelligibili in intellectu humano exiſtente.

Prob. iam illam conſequentiam (quod ſpecies intelligibilis Angelica repræſentativa alicuius prædicati communis,ſi perfectior eſt in eſſe repræſentativo ſpecie intelligibili eiuſdem prædicati intellectui humano inhærente , clarè repræſentat quidquid repræſentat) ſpecies intelligibilis Angelica,ita repræſentatiua,nec erit perfectior ſimili ſpecie humana,quia clarè repræſentat prædicatum commune (cum hoc etiam clarè repræſentet ſpecies humana eiuſdem prædicati repræſentatiua) nec erit perfectior , quia quomodocumque(hoc eſt) confuſè, ſeu ſecundum quid , (vt verbis Angelici Magiſtri loquamur) differentias talis prædicati repræſentet; quia hoc genere repræſentationis eaſdem differentias repræſentat ſpecies intelligibilis humana prædicti prædicati repræſentativa:ergo præciſè erit perfectior , quia clarè repræſentat differentias eſſentiales , & individuales,per quas tale prædicatum commune ad varias ſpecies,& individua contrahitur;& conſequenter quia clarè repræſentat quidquid repræſentat : ergo probata manet præcipua minor , quod ſpecies intelligibiles Angelicæ ſimilis ſint in repræſentando ſpeciei animalis clarè repræſentanti , non ſolùm eſſe animalis ; ſed etiam hominem , leonem , & equum.

5 Sed dices : Rationem noſtram deficere in ipſis rebus , ad quas applicatur;ſiquidem ſpecies intelligibilis in intellectu humano recepta , etiam ſi ſit imperfectior ſpecie intelligibili Angelica poteſt eſſe vniverſalis iuxta doctrinam Angelici Magiſtri traditam, tum 1.part. quæſt. 89. tum 3. part. quæſt. 11. artic.6. Dices. *S.Thomas.*

6 Verùm contra hanc ſolutionem ſic argumentamur. 1.Species intelligibilis in intellectu humano recepta,de qua in locis pro ſolutione reductis loquitur Sed contra 1.

Div.

Div. Thomas, non eſt ſpecies intelligibilis humana, cum qua comparamus ſpeciem intelligibilem Angelicam, dum ex maiori perfectione huius colligimus ipſiuſmet vniuerſalitatem: ergo nihil contra nos concludit ſolutio. Prob. antecedens: ſpecies intelligibilis in intellectu humano recepta (de qua ibi loquitur D. Thomas) eſt ſpecies infuſa a Deo intellectui animæ ſeparatæ, vel intellectui Animæ Chriſti Domini, pro ſtatu coniunctionis ad ſuum Sacratiſsimum Corpus (vt legenti teſtimonia relata ſtatim conſtabit) ſed ſpecies intelligibilis humana, cum qua comparamus ſpeciem intelligibilem Angelicam, dum ex maiori perfectione huius colligimus ipſiuſmet vniverſalitatem, non eſt ſpecies intelligibis à Deo infuſà intellectui animæ ſeparatæ, & Chriſti Domini viatoris ſimul, & comprehenſoris: ergo ſpecies intelligibilis in intellectu humano recepta, de qua in locis pro ſolutione adductis loquitur D. Thomas, non eſt ſpecies intelligibilis humana, cum qua comparamus ſpeciem intelligibilem Angelicam, dum ex maiori perfectione huius colligimus ipſiuſmet vniverſalitatem.

Species intelligibilis humana, de qua nos loquimur eſt diverſa ab ſpecie intelligibili humana, de qua loquebatur *Sanct. Thomas.* pro ſolutione adductus.

Hæc conſequentia conſtat, & minorem prob. ſpecies intelligibilis humana, cum qua comparamus dictam ſpeciem intelligibilem Angelicam, eſt ſpecies intelligibilis acquiſita; ſed ſpecies intelligibilis acquiſita, non eſt ſpecies à Deo infuſà (vt de ſe patet) ergo ſpecies intelligibilis humana, cum qua comparamus ſpeciem intelligibilem Angelicam, dum ex maiori perfectione huius colligimus ipſiuſmet vniverſalitatem, non eſt ſpecies intelligibilis a Deo infuſà intellectui animæ ſeparatæ, & Chriſti Domini Viatoris ſimul, & comprehenſoris. Prob. maiorem: ſpecies intelligibilis humana, cum qua comparamus ſpeciem intelligibilem Angelicam, eſt illa, de qua loquuntur, ſimilem comparationem facientes pro parte oppoſita, contrariæ ſententiæ Authores; ſed hij loquuntur de ſpecie intelligibili humana acquiſita, (vt in ipſis videri poteſt) ergo ſpecies intelligibilis humana, cum qua comparamus ſpeciem intelligibilem Angelicam, eſt ſpecies intelligibilis acquiſita. Conſequentia hæc clarè deducitur. Prob. maiorem: nos non intendimus deſtruere comparationem, quam contrarij faciunt,

Non intendimus impugnare comparationē factam a ſolutio-

Digitized by Google

cōparando ſpeciem intelligibilem Angelicam, cum ſpecie intelligibili humana, ſed argumentum ex comparatione deductum (cum non intendamus ſpeciem intelligibilem Angelicam non comparari cum ſpecie intelligibili humana; ſed quod non arguatur ſic: *ſpecies intelligibilis Angelica comparatur cum ſpecie intelligibili humana; ſed hæc eſt particularis: ergo, & illa*) ergo ſpecies intelligibilis humana, cum qua comparamus ſpeciem intelligibilem Angelicam, eſt illa, de qua loquūtur, ſimilem comparationem facientes pro parte oppoſita, contrariæ ſententiæ Authores. Antecedens eſt certum, & conſequentia clareſcit ex eo, quòd ſi non loqueremur de eadem ſpecie, ac contrarij, nedùm argumentum ex comparatione deductum, verùm, & ipſam comparationem impugnaremus.

tione, ſed argumentum ex cōparatione deductum.

Contra 2.

7 2. Contra ſolutionem inſurgimus ſimul declarando præcedēntem impugnationē; de illa ſpecie intelligibili humana loquimur in ratione noſtra, de qua debemus loqui, vt immediatiùs inefficaciç arguamus argumentum contrariorū in hac parte potiſsimum; ſed hæc ſpecies intelligibilis humana, non eſt illa, de qua D. Thomas in ſolutione loquitur; ergo doctrina ſolutionis non officit rationi noſtræ. Prob. minorem: Species intelligibilis, de qua Divus Thomas ibi loquitur, eſt ſpecies vniverſalis; ſed ſi loquamur in ratione noſtra de hac ſpecie, non immediatiùs argueremus inefficaciæ argumentum contrariorum: ergo ſpecies intelligibilis humana, de qua debemus loqui (vt oppoſitum argumentum inefficaciæ arguamus) non eſt illa, de qua ibi loquitur D. Thomas. Prob. minorem: Immediatior modus arguendi inefficaciæ argumentum oppoſitum, eſt oſtendere omni carere vi, vt à contrarijs proponitur; ſed hoc fiet, ſi loquamur de ſpecie intelligibili humana, & non de illa vniuerſali ab Angelico Præceptore in ſolutione tradita: ergo ſi loquamur in ratione noſtra de ſpecie intelligibili humana vniuerſali conſiderata à Divo Thoma, non immediatiùs arguemus inefficaciæ argumentum contrariorum.

Quis ſit immediatior modus arguendi inefficaciæ argumentum à ſolutione oppoſitum.

Prob. minorem: Argumentum oppoſitum formatur ſic: *Non minus eſt vna, ſpecies intelligibilis Angelica,*

lica, quàm ſpecies intelligibilis humana ; ſed hæc, quia eſt vna, eſt particularis : ergo, & illa : In quo aſſumitur vnitas ſpeciei pro medio ad denegandum ſpeciei intelligibili vniverſalitatem. Iudicando ſpeciem intelligibilem humanam, ideò eſſe particularem, quia eſt vna ; ſed hoc argumentum oſtenditur omni carere vi, ſi(loquendo de ſpecie intelligibili humana particulari, & comparando cum ea, quoad vnitatem, ſpeciem intelligibilem Angelicam) demonſtremus aſſumi in eo non medium pro medio (cum vnitas ſpeciei intelligibilis, non ſit ratio ipſiuſmet particularitatis ; ſed poſsit componi ſpeciem intelligibilem, eſſe vnam, & eſſe vniuerſalem, vt in §. 3. latè exponimus) ergo argumentum oppoſitum oſtenditur omni carere vi, vt à contrarijs proponitur, ſi loquamur de ſpecie intelligibili humana, & non de illa vniuerſali ab Angelico Magiſtro in ſolutione tradita.

Aſſumi in eo non medium pro medio, ſuadet omni vi ipſum carere.

8 3. Solutionem impugnamus (etiam ſi ſpecies intelligibilis humana, cum qua hic comparamus Angelicam, ſit ſpecies intelligibilis vniverſalis, de qua loquitur D. Thomas in quæſtionibus à ſolutione citatis) quando ex maiori perfectione ſpeciei intelligibilis Angelicæ, comparativè ad ſpeciem intelligibilem humanam, deducimus ſpeciei intelligibilis Angelicæ vniuerſalitatem, non excludimus vniverſalitatem ab ſpecie intelligili humana, ſed æqualem vniuerſalitatem cum ea, qua eſt vniverſalis, ſpecies intelligibilis Angelica ; ſed etiam ſi ſit vniuerſalis ſpecies à Deo infuſſa intellectui animæ ſeparatæ, & intellectui humano Chriſti Domini, non eſt æquè vniuerſalis cum ſpecie intelligibili Angelica : ergo firma manet doctrina noſtra. Conſequentia eſt clariſsima ; minorem docuit Angelicus Magiſter 3. part. quæſt. 11. artic. 6. vbi ſic de Anima ſeparata fatur : *Eſt autem connaturale animæ humanæ, vt recipiat ſpecies in minori vniverſalitate, quam Angeli* (quod debet intelligi de ſpeciebus naturalibus) prob. maiorem: Ex maiori perfectione ſpeciei intelligibilis Angelicæ comparativè ad ſpeciem intelligibilem humanam, ſolùm probamus maiorem extenſionem in ſpecie intelligibili Angelica, quoad clarè repræſentare inferiora, ad

Contra 3.

S. Thomas.

Etiam ſi ſit vniverſalis ſpecies intelligibilis naturalis infuſſa intellectui animæ ſeparatæ, & Intellectui humano Chriſti Domini, nõ eſt æquè vniverſalis cum ſpecie intelligibili Angelica.

Digitized by Google

ad quæ contrahitur prædicatum commune; ſed cū hoc componitur aliqualis extenſio ad eadem, vel ad alia inferiora in ſimili ſpecie intelligibili humana, ſufficiens ad hoc, vt ſpecies intelligibilis humana ſit vniverſalis (vt clarum apparet) ergo, quando ex maiori perfectione ſpeciei intelligibilis Angelicæ comparative ad ſpeciem intelligibilem humanam, deducimus ſpeciei intelligibilis Angelicæ vniuerſalitatem, non excludimus vniuerſalitatem a ſpecie intelligibili humana, ſed æqualem vniuerſalitatem cum ea, qua eſt vniuerſalis ſpecies intelligibilis Angelica.

9 Vrgentiùs rationem noſtram (oppugnando ſolutionem) reſtauramus: Vniuerſalitas in repræſentando ſpeciei intelligibilis, explicat ſpeciei intelligibilis perfectionem; ſed ſecundùm ſolutionem, ſpecies intelligibilis humana, à Deo infuſſa, eſt vniverſalis, licèt ſit inferior imperfectione ſpecie intelligibili Angelica: ergo potiori titulo erit vniuerſalis ſpecies intelligibilis Angelica. Prob. maiorem vnicè indigentem probatione: Vniverſalitas ſpecies intelligibilis, explicat virtutem, & activitatem ſpeciei intelligibilis: ergo, & ipſiusmet perfectionem. Tenet conſequentia (cum virtus, & activitas ſpeciei intelligibilis haud dubio ſit ſpeciei intelligibilis perfectio) Prob. antecedens: Tum quia, non aliter intelexit Angelicus Magiſter in 2. contra Gentes cap. 98. Vniverſalitatem ſpeciei intelligibilis, quàm per activitatē, & virtutem ipſius; in qua (aſſerit ibi) *aſſimilari formæ agentis in cauſa vniverſali*; Tum quia vniverſalitas ſpeciei intelligibilis eſt quædam amplitudo, qua, non ad vnius, vel alterius, ſed ad plurium cognitionem, valet determinare intellectum; ſed in hoc explicatur virtus, & activitas ſpeciei intelligibilis (vt nulli dubium) ergo vniverſalitas ſpeciei intelligibilis, explicat virtutem, & actiuitatem ſpeciei intelligibilis.

Et vrgentiùs.

Vniuerſalitas ſpeciei intelligibilis explicat virtutem, & activitatem ſpeciei intelligibilis.

10 Sed dices, quod etiam ſi certum ſit vniuerſalitatem eſſe perfectionem in ſpecie intelligibili; non tamèn dicitur, ad conuertentiam omninò mutuam, *vniuerſalitas, & perfectio ſpeciei*; ita vt ſpecies magis perfecta ſit magis vniuerſalis (vt nos vſquè prætendimus) cum aliquæ ſpecies intelligibiles ex his, quæ in-

Dices.

intellectui humano Chriſti Domini fuerunt à Deo infuſæ, eſſent perfectiores quavis, & ſi perfectiſsima ſpecie Angelica, & hoc non obſtante, erant minores, in vniverſalitate, adhuc reſpectivè ad ſpeciem intelligibilem infimam Angelicam.

Contra.

11 Sed contra hanc ſolutionem, non inefficaciter, argumentabimur: ſpecies intelligibilis vniverſalis à Deo per ſe infuſa, intellectui humano Chriſti Domini, vel erat ſpecies intelligibilis purè naturalis, vel erat ſpecies ſupernaturalis. Si primum, fatemur fuiſſe minus vniuerſalem, quam ſit ſpecies intelligibilis Angelica; ſed in hac conſideratione erat imperfectior ſpecie intelligibili Angelica (ſi ſermo ſit de perfectione denominante vnam ſpeciem perfectiorem alia ſimpliciter, quia ſecundùm quid perfectior erat ſpecies intelligibilis purè naturalis Chriſto per ſe infuſa, quàm ſpecies intelligibilis Angelica; de quo oportunius §.4. dicemus) Si ſecundū, erat vniuerſalior: ergo benè fundamus in maiori ſpeciei perfectione, maiorem ipſius vniverſalitatem: Diſcurſus eſt legitimus; maior eſt certa, & minorem, quoad vtramque partem prob. & quoad primam ſic: Species, quæ correſpondet intellectui humano Chriſti Domini, vt ab Angelis minorato, eſt ſpecies minor (ſeu imperfectior) ſpecie intelligibili Angelica; ſed ſpecies intelligibilis purè naturalis per ſe infuſa à Deo intellectui humano Chriſti Domini, correſpondet intellectui humano Chriſti Domini, vt ab Angelis minorato: ergo ſi ſpecies intelligibilis per ſe infuſa intellectui humano Chriſti Domini, erat purè naturalis, erat imperfectior ſpecie intelligibili Angelica. Prob. minorem: Species intelligibilis purè naturalis, per ſe infuſa intellectui humano Chriſti Domini, erat ſpecies ſimilis infuſæ intellectui animæ ſeparatæ, (vt habetur ex Angelico Magiſtro 3. part quæſt. 11. art. 1. in ſolutione ad 2. & art. 6. in reſolutione Articuli) ergo correſpondet intellectui humano Chriſti Domini, vt potentiæ naturali (cum ſpecies intelligibilis infuſa animæ ſeparatę correſpondeat ipſiuſmet intellectui, vt potentiæ naturali, aliàs talis ſpecies Animæ ſeparatæ infuſa, non eſſet naturalis: contrarium ſentiente communi Theologorum pla-

Species intelligibilis naturalis per ſe infuſa Chriſto erat ſecundùm quid perfectior, quā ſpecies intelligibilis naturalis Angelis infuſa: non verò erat ſimpliciter perfectior, ſed potius imperfectior arat.

Digitized by Google

placito, ſecundùm Illuſtriſsimum Godoy tomo 2. in 3. partem. diſp. 32. ſ. 6. numero 103.) ergo ſpecies intelligibilis purè naturalis, intellectui humano Chriſti Domini per ſe infuſa, correſpōdet intellectui humano Chriſti D. vt ab Angelis minorato. Patet hæc conſequentia; quia Chriſtus Dominus fuit, in naturalibus, ab Angelis minoratus.

Iam prob. ſecundam partem minoris, ſcilicèt, quod ſi ſpecies intelligibilis per ſe infuſa à Deo intellectui humano Chriſti Domini, erat ſupernaturalis, erat vniuerſalior ſpecie intelligibili Angelica: Species naturalis per ſe infuſa illi, cuius lumen naturale, eſt perfectius, vniuerſalior eſt (vt ex iam dictis non obſcurè habemus) ergo ſpecies intelligibilis ſupernaturalis, vniuerſalior erit, ſi infundatur ſubiecto perfectiori lumine ſupernaturali illuſtrato (quod rectè illatum videtur) tunc ſic: Sed intellectus humanus Chriſti Domini perfectiori ſupernaturali illuſtratur lumine, quā intellectus Angeli ſupræmi, & perfectiſsimi (cum in ordine ſupernaturali, & gratiæ Angelos ſupperavit Chriſtus Dominus, vtpote; *Qui eſt caput omnis Principatus, & Poteſtatis*; & ſub cuius pedibus, & Angelos ſubiecit, qui *omnia ſubiecit ſub pedibus eius*) ergo ſpecies intelligibilis ſupernaturalis intellectui humano Chriſti Domini infuſa erat vniuerſalior, quavis ſpecie naturali, vel ſupernaturali infuſa Angelo perfectiſsimo.

Species intelligibilis per ſe infuſa intellectui humano Chriſti Domini, quæ erat ſupernaturalis, erat vniuerſalior ſpecie intelligibili Angelica.

Ad Coloſ. 2. v. 10.
Pſalm. 8. v. 8.

12 Sed dices 1. Non commenſurari maiorem, vel minorem vniverſalitatem ſpecierum ſupernaturalium, cum maiori, vel minori perfectione ſpecifica luminis ſcientiæ per ſe infuſæ ſupernaturalis; vt conſtare videtur, tùm ab experientia, qua animadvertimus, quod omnes Angeli illuſtrantur eodem ſpecificè lumine ſcientiæ per ſe infuſæ ſupernaturalis; & ſi intelligant per ſpecies ſupernaturales, ſpecificè in vniuerſalitate inæquales; tumquè à ſimili ex eo, quod ſtante in hominibus beatis lumine ſcientiæ per ſe infuſæ ſupernaturalis inæquali gradualiter (ſeu ſecundùm intenſionem) non infunduntur ipſis ſpecies ſupernaturales inæquales gradualiter,

Dices 1.

Digitized by Google

ſed per ſpecies ſupernaturales eiuſdẽ intenſionis intelligunt omnes homines beati, licèt lumen ſcientiæ per ſe infuſſæ ſupernaturalis vni homini beato infuſſum, ſit intenſius, quam infuſſum alteri.

13 Quæ ſolutio eſt doctrina Salmanticenſium in tractatu 21. diſp. 21. numero 9. vbi tenent oppoſitum indicatis à ſuomet ipſo curſu in tractatu 7. diſp. 51. numero 98. (nec mirùm! Cum non ſit vnus eorum tractatuum Author) Cæterùm illam impugnamus: & 1. in quantùm in experientia fundatam, quæ (noſtro captui) ipſis apparet contraria. Angeli intelligunt per ſpecies naturales ſpecificè in vniuerſalitate inæquales, quia eorum lumen naturale (ſeù intellectus) eſt inæquale in vniuerſalitate ſpecifica (vt dicemus in numero 58. huius dubij, & in dubio 5, à num. 26.) ergo ſi lumen ſupernaturale ſcientiæ per ſe infuſſæ eſt æquale ſpecificè in omnibus Angelis, non intelligunt per ſpecies ſupernaturales inæquales ſpecificè in vniuerſalitate. Conſequentia nõ ſubſiſtet, dum convincatur proportionari inæqualitatẽ vniueſalitatis ſpecierum naturalium cum inæqualitate luminis naturalis in vniuerſalitate ſpecifica; non verò inæqualitatem vniuerſalitatis ſpecierum ſupernaturalium, cum inæqualitate vniuerſalitatis luminis ſupernaturalis.

Sed hanc ſolutionem impugnamus.

1. vt in experientia fundatam.

Dicere, quod vniverſalitas ſpeciei, non commenſuratur cum vniuerſalitate, aut perfectione luminis proximi, ac proinde, nec cum perfectione luminis ſcientiæ per ſe infuſſæ ſupernaturalis, ſed cùm perfectione naturæ, ſeu ſubſtantiæ intellectiuæ. Facilè enervatur ipſa vniverſalitate ſpecierum naturalium, quæ nedùm cũ natura Angelica, verùm, & cum intellectu Angelico, vt cum lumine naturali proximo ſpecificè vniuerſali ſuam proportionem ſeruat, vt clarum fiet ex num. 58. ſequenti, & ex dub. 5. à numero 26. Vbi iterùm exponemus ſpecificam vniverſalitatem intellectus Angelici conſiderati in eſſe immaterialis poſitivè.

Quin, quod dicas, obſtet.

14 Iam impugnatur ſolutio, vt innixa ſimili: & ſi ex inæqualitate graduali luminum, non probetur inæqualitas gradualis ſpecierum vniuerſalium; nec

2. impugnamus ſolutionem, vt innixam ſimili.

tè

tè ex Inæqualitate ſpecifica luminum deducitur inæqualitas ſpecifica ſpecierum vniuerſalium: ergo non vrget ſimile. Antecedens conſtabit conſideranti: Tum, quod inæqualitas gradualis ſpecierum (vt talium) conſiſtit in repræſentare cum maiori, vel minori viuacitate, ſeu efficacia; & inæqualitas gradualis luminum in maiori ipſorum in ſuis ſubiectis radicatione, inter quas inæqualitates nulla eſt (quoad præſens) proportio; nam, quæ proportio erit inter repræſentare magis, aut minus viuaciter, & inter magis, aut minus radicari in ſubiecto? Tum quod inæqualitas ſpecifica tàm luminum, quàm ſpecierum conſiſtit in maiori, vel minori actualitate luminum & ſpecierum, ex quibus inæqualitatibus inæqualitas ſpecierum, poteſt commenſurari cum inæqualitate luminum, quia vtraque eſt eiuſdem lineæ, vtpote vtraque conſiſtens in maiori, vel minori actualitate: eo quod ex his apparet diſcrimen inæqualitatis gradualis luminum ab eorum inæqualitate ſpecifica, quoad non inferre inæqualitatem in ſpeciebus intelligibilibus.

Dices 1. cum *Illuſt. Godoy.*

15 Sed dices cum Illuſtriſsimo Godoy (tomo 2. in 3. partem diſp. 37. §. 7. numero 155. & 156. cui hæc diſplicnit maior vniuerſalitas ſpeciei ſupernaturalis Chriſti Domini indicata à Sapientiſsimis Salmanticenſibus tractatu 7. de Angelis diſput. 5. dub. 3. §. 3. numero 38.) ſpecies ſupernaturales intellectui humano Chriſti D. infuſſas excedi in vniverſalitate à ſpeciebus Angelicis, ac proinde non commenſurari in vniuerſalitate cum lumine ſupernaturali, ſeu habitu ſcientiæ per ſe infuſſæ ſupernaturalis realiter diſtincto à lumine gloriæ, intellectumque Chriſti elevante, quia ſi cum lumine hoc proportionem ſeruarent, fuiſſet intellectui humano Chriſti Domini infuſſa vnica ſpecies ſupernaturalis ad omnia repræſentanda; cùm habitus eleuans vnus ſit, & ad omnia extra verbum cognoſcibilia extendatur: igitur, ſi ſpecies ſupernaturalis Chriſti Domini eſt perfectior Angelicis

non erit idem quod ſpecies ſit perfectior, & quod ſit vniuerſalior.

Contrà quam eſt.

16 Contra quam ſolutionem, ſit primò: Commenſurari in vniverſalitate ſpeciem ſupernaturalem cum lumine ſupernaturali prædicto debet accipi; ſicut commenſurari ſpeciem naturalem in vniuerſalitate cum lumine naturali; ſed commenſurari ſpeciem naturalem in vniuerſalitate cum lumine naturali, non probat eſſe vnicam ſpeciem naturalem vniverſalem, ſicut eſt vnicum lumen naturale vniverſale: ergo ex eo, quod lumen ſupernaturale vniuerſale in Chriſto Domino ſit vnicum, non ſuadetur non commenſurari cum illo in vniuerſalitate ſupernaturalem ſpeciem, non vnicam in Chriſto Domino. Conſequentia eſt legitima: Diſparitatem in maiori deſideramus. Et prob. minorem: Speciem naturalem commenſurari in vniverſalitate cum lumine naturali, benè cohæret cum eo, quod ſpecies naturales vniverſales ſint plures, & lumen naturale vniverſale ſit vnicum; ergo commenſurari in vniuerſalitate ſpeciem naturalem cum lumine naturali non probat eſſe vnicam ſpeciem naturalem vniuerſalem, ſicut eſt vnicum lumen naturale vniverſale. Prob. antecedens: In quolibet Angelo eſt vnicum lumen naturale (intellectus videlicet) ſed in quolibet Angelo nō eſt vnica ſpecies ad omnia naturalia repræſentāda; ſed in plurimis ſunt plures: ergo ſpeciem naturalem commenſurari in vniverſalitate cum lumine naturali, benè cohæret cum eo, quod ſpecies vniuerſales ſint plures.

Licet lumen ſupernaturale vniuerſale in Chriſto ſit vnicum, non ſuadetur ex eo, quod non commenſuretur cū illo in vniuerſalitate ſpecies ſupernaturalis nō vnica.

Vel aliter impugnatur ſolutio.

17 Vel aliter: Commenſurari ſpeciem ſupernaturalem cum lumine ſupernaturali in vniuerſalitate idem eſt (ſecundùm iſtum celeberrimum Magiſtrum) ac proportionem cum eo in vniverſalitate ſervare; ſed ſervare proportionem in vniuerſalitate ſpeciem ſupernaturalem cum lumine ſupernaturali, non dicit, quod ipſa ſit vnica, ſicut eſt vnicum lumen: ergo eſſe vnicū lumen ſupernaturale eleuans intellectū Chriſti Do-

Digitized by Google

Domini, non obſtat ad commenſurationem cum ipſo in vniverſalitate ſpeciei ſupernaturalis non vnicæ. Prob. minorem: Eſſe vnicam ſpeciem ſupernaturalem vniuerſalem, ſicut eſt vnicum lumen, eſt eſſe ita vniverſalem, ſicut eſt vniuerſale lumen; ſed ſervare proportionem in vniverſalitate cum lumine, non dicit, quod ſit ita vniuerſalis ſpecies, ac lumen: ergo ſervare proportionem in vniuerſalitate cum lumine ſupernaturali ſpeciem ſupernaturalem non dicit, quod ipſa ſit vnica, ſicut eſt vnicũ lumen. Prob. minorem; Tum quia ſervare proportionem habitum naturalem in vniuerſalitate cum potentia intellectiua, non eſt, quod ſit ita vniuerſalis, ac potentia, (vt omnibus eſt inconfeſſo) Tum quia ſervare intellectum Angelicum proportionem, in immaterialitate poſitiva cum propria ſubſtantia, non eſt, quod ſit ita immaterialis poſitivè, ac propria ſubſtantia, licèt æquè ſit immaterialis cum ipſa, immaterialitate negatiua cõſiſtente in remotione à materia.

Seruare proportionem in vniuerſalitate habitum naturalem cum potentia intellectiua nõ eſt, quòd ſit ita vniuerſalis, ac ipſa.

Tum quia ſeruare proportionem ſpeciem naturalem Angelicam in vniuerſalitate cum lumine naturali (ſeu cum intellectu) non eſt, quod ſit ita vniuerſalis, ſicut eſt vniuerſale ſpecificè lumen naturale Angelicum, cui talis ſpecies fuit infuſſa (conſultò diximus; ſicut eſt vniuerſale *ſpecificè* lumen naturale Angelicum, & non ſicut eſt vniuerſale *genericè*, quam differẽtiam in §.4. explicabimus) Tum deniquè, quia ſervare proportionem vnum cum alio in quavis materia (ſi proportio non confundatur cum omnimoda conuenientia entitatiua) non eſt, quod vnum valeat tantum abſolutè, ac aliud, ſed præciſsè in ſua linea (vt immediatè ante poſita perſuadent exempla) ergo ſpeciem ſupernaturalem ſeruare proportionem in vniuerſalitate cum lumine ſupernaturali vniuerſali, non erit, quod extendatur ad omnia, ad quæ extenditur lumen ſupernaturale: ergo poterit ex perfectione, vel vniuerſalitate luminis ſupernaturalis Chriſti Domini metiri vniverſalitas ſpeciei ſupernaturalis infuſſæ intellectui humano Chriſti Domini; quin nos vrgeat inconueniens conſideratum ab Illuſtriſsimo Godoy.

Nec ſervare ſimilem proportionem ſpeciem intelligibilem naturalem cum lumine naturali Angeli, eſt quod ſpecies ſit ita vniuerſalis, ac eſt vniuerſale prædictum lumen, ſeu intellectus Angeli.

§. III.

Solvuntur argumenta.

Arguitur primò ex *Doct. Angelico.*

18 ARguitur 1. duplici difficili teſtimonio Angelici Magiſtri, quo dicta (adhùc) impugnare poſſunt; primo ſuaderi intenditur dari ſpeciem intelligibilem naturalem humanam, perfectiorem Angelica (quo convicto totum ruet fundamentum concluſionis noſtræ) Secundò verò dari maiorem vniuerſalitatem ſpeciei intelligibilis naturalis humanæ comparativè ad Angelicam (quo verificato, concluſio deficeret) argumentumquè quantùm ad vtramque facit ſpecies intelligibilis naturalis humana per ſe infuſa intellectui humano Chriſti Domini; & pro prima parte ſic: Species naturalis concurrens ad perfectiorem cognitionem naturalem eſt ſpecies naturalis perfectior (cum cognitio perfectior naturalis ſuum incrementum perfectionis accipiat, vel à perfectiori ſpecie, vel à perfectiori acumine naturali, cum quo in perfectione proportionatur ſpecies: ſed ſpecies naturalis per ſe infuſa concurrit in Chriſto Domino ad cognitionem naturalem perfectiorem naturali Angelica: ergo ſpecies naturalis per ſe infuſa intellectui humano Chriſti Domini, eſt perfectior Angelica. Probatur minor: Species naturalis per ſe infuſa Chriſto Domino concurrit ad illam cognitionem ſcientiæ per ſe infuſæ naturalis, quæ eſt in Chriſto Domino; ſed cognitio naturalis ſcientiæ per ſe infuſæ naturalis quæ eſt in Chriſto Domino, eſt perfectior Angelica: ergo ſpecies naturalis per ſe infuſa Chriſto Domino, concurrit ad perfectiorem cognitionem naturalem Angelica. Probatur minor: Cognitio, qua Chriſtus Dominus multo fortiùs cognoſcit obiecta naturalia, quàm Angelus, eſt cognitio perfectior naturali Angelica; ſed talis erat cognitio naturalis (ſeu actus) ſcientiæ per ſe infuſæ naturalis, quæ erat

erát in Chriſto Domino: ergo cognitio naturalis, quę eſt in Chriſto Domino (vt actus ſcientiæ per ſe infuſſæ naturalis) eſt perfectior Angelica.

Minor probatur ex quæſtione 20. de Veritate, artic. 3. vbi loquens Angelicus Magiſter de ſcientia per ſe infuſſà naturali Chriſti Domini, ſic concludit, corpus articuli: *Habuit ergo Chriſtus hanc perfectionem, vt per ſcientiam ſibi Diuinitus infuſſam res, in propria natura cognoſceret multò fortiùs, quàm homo in ſtatu innocĕtiæ, vel Angeli ſecundum cognitionem naturalem.* Iam probatur ſecunda pars argumenti (ſcilicèt, quod ſpecies naturalis per ſe infuſſa Chriſto Domino, erat vniuerſalior ſpecie naturali Angelica) expreſsis verbis Angelicī Magiſtri in 3.diſt.14.art.3.qu.4. quibus affirmat: quod: *Cum Anima Chriſti habuerit limpidiſsimam cognitionem inter omnes creaturas, ſcientia eius fuit magis vnita, & per formas magis vniuerſales, quàm aliqua ſcientia creaturæ*; pergit argumentum; ſcientia Angelica eſt ſcientia alicuius creaturæ; ſed ſcientia cuiuſcumque creaturæ, eſt per ſpecies intelligibiles, ſeu formas minus vniuerſales, quam ſcientia naturalis Chriſti Domini (de hac etiam procedit illa quæſtio quarta, cum indiſcriminatim loquatur) ergò ſcientia Angelica eſt per ſpecies minus vniuerſales, quam ſcientia naturalis per ſe infuſſa Chriſto Domino.

S. Thomas.

19 Huic argumento reſpondetur dicendo ad primam partem; quod nec ſpecies purè naturalis, nec cognitio purè naturalis Chriſti Domini, erat perfectior ſpecie, vel cognitione naturali Angelica, ſed inferior, & minor, conformiter ad ea, quæ diximus in numero 11. Vnde negamus minores vſque ad probationem depromptam ex quæſtione 20. de Veritate: quę parùm reſolutioni noſtræ obſtaret: *Si per ſcientiam Diuinitus infuſſam, ſcientiam ſupernaturalem intelligeremus*; Si enim ſcientiæ per ſe infuſſæ ſupernaturalis Chriſti Domini omnes Theologi concedunt exceſſum ſupra quamlibet ſcientiam Angelicam, ſiuè naturalem, ſiuè ſupernaturalē, quia (vt de hac ſcientia aiebat Angelic. Magiſt. 3.p.q.11.art.4.in reſpōſione Articuli.)

Reſpōdetur argumento.

Scientia ſupernaturalis infuſſa intellectui humano Chriſti Domini omnē ſcientiam Angelicam ſuperabat.

Digitized by Google

S. Thomas. *Scientia indita Animæ Chriſti Domini fuit multo excellentior, quam Angelorum ſcientia*; Quid mirum! Quod ſuperet imperfectione cognitionem naturalem Angelicam! Cumque cognitionem Chriſti habitam per ſcientiam Diuinitus infuſſam comparauit Angelicus Magiſter in illa quæſtione *de Veritate*; in qua nihil ſcientiam Chriſti ſupra Angelicam magnificaret (oppoſitum intendens argumentum) ſi de ſcientia Divinitus infuſſa ſupernaturali Chriſti fuiſſet ibi loquutus.

Explicatur D. Thomas. Propter quæ, per ſcientiam Divinitus infuſſam, accipimus ſcientiam per ſe infuſſam naturalem, verùm applicamus ly *multò fortiùs*, non ad cognitionem, ſed ad debitum cognitionis: Ita vt ſenſus authoritatis ſit: *Cognitio rerum extra Verbum, & in propria natura, efficaciori, ſtrictiori, & fortiori titulo eſt ponenda in Chriſto Domino, quàm in Angelis attenta exigentia vnionis humanitatis ad Verbum, ratione cuius debetur Chriſto Domino, cognitio naturalis rerum in propria natura debito maiori Theologicè* (hoc eſt debito maximæ condecentiæ moralis) *quàm debeatur Angelis.* ¶ Qui ſubtiliora ad plenam huius intelligentiam deſideret, legat Illuſtriſsimum Godoy tomo 2. in 3. partem. quæſt. 32. §. 7. numero 125. & in immediatè ſequentibus noſtram interprætationem illic fundantem: & meritò, quia (ea non admiſſà; cadendo ly *fortiùs* ſupra cognitionem) ægrè componitur cognitionem naturalem Chriſti eſſe perfectiorem, vel fortiorem naturali Angelica, & quod hoc intendatur ab Angelico Magiſtro, cum eo, quod in 3. part. quæſt. 11. artic. 6. ſentiat: Chriſtum Dominum recepiſſe ſpecies intelligibiles in minori vniuerſalitate, quàm Angeli.

Illuſt. Godoy.

20 Quod magnam oppoſitionem præſefert cũ doctrina 3. ſententiarum: Quomodo igitur abſquè contradictione ſalvari valeat: Species Chriſti Domini eſſe in minori vniverſalitate, quàm ſpecies Angelicæ, & eſſe magis vniuerſales? Ita difficile viſum fuit hoc aliquibus, vt aſſererent Præceptorẽ Angelicum in art. 6. 3. partis, mutaſſe ſententiam in ſententiarijs dictatam, cum quibus ſentit Magiſter à S. Thoma in ſuo tomo de In-

Aliqui iudicãt Sanct. Doctorẽ mutaſſe in 3. p. ſententiã dictatam in ſententiarijs.

R. à S. Thoma.

Incarnatione diſput. 14. art. 2. difficul. 2. Quod ſemper abhorremus; & præcipuè cum hic poſsit conciliari vtrũquè, excluſſa omni non firmitatis nota in ſemèl evulgato ab Angelico Magiſtro; vel per hoc, quod in 3. ſententiarum docet Præceptor Angelicus, non vt Magiſter ad mentem propriam, ſed ad alienam Magiſtrì ſententiarum, quam declarat per 5. tomos correſpondentes 5. libris Sententiarum; in tertia tamèn parte, ſicut in alijs ſuæ aureę ſummæ, vt ſol propria luce totam ſylvam illuſtrat Theologicam, quia in ſumma munus gerit Magiſtri, non commentatoris Magiſtri, quæ diſtinctio non fuit velata Magiſtro à Santo Thoma in tomo de Sacramentis in genere, diſp. 22. art. 2. in fine: & ſemper debet haberi præ oculis Thomiſticis ad ſciendum, quod inter duo oppoſita, vnum ex ſententiarijs Angelici Magiſtri, & aliud ex ſumma, ſi ſine violentia non poſsint componi, adhęrendum eſt. 2.

Sed hoc nobis diſplicet.

Sanct. Thomas in ſententiarijs agit interpretẽ Magiſtri ſententiarum: ſed in ſumma, vt Magiſter, & Angelicus Doct. procedit.

Quod non fuit velatum *RR. à Sanct. Thom.*

21 Nec opponuntur illa teſtimonia: ſi dicatur, quod in illa quæſtione 4. lib. 3. Sententiarum D. Thomas loquebatur de ſcientia per ſe infuſſa ſupernaturali; & huius ſcientiæ fuiſſe actum, illam limpidiſsimam cognitionem, per quam Chriſtus Dominus omnibus præcellebat creaturis, & conſequenter, quod ſpecies intelligibiles ſcientiæ illi inſervientes, & magis vniuerſales, quàm Angelicæ, erant ſpecies ſupernaturales (cùm ſcientia per ſe infuſſa ſupernaturalis eſſentialitèr exigat ſpecies ſupernaturales) quas in numero 11. admiſsimus, vt vniverſaliores Angelicis.

Nec opponuntur teſtimonia propoſita ex ſẽtentiarijs, & ex ſumma.

Totum hoc erit certum, ſi illa limpidiſsima cognitio ſit actus ſcientiæ per ſe infuſſæ ſupernaturalis; & elicita, declaravit Angelicus Magiſter in quæſtione 2. eiuſdem diſtinctionis 14. & articul. 3. in quo erat quæſtio 4. argumenti: vbi maiorem limpiditatem huius cognitionis redducit ad maius lumen ſupernaturale Chriſti Domini, quod non ad ſcientiam naturalem per ſe infuſſam, ſed tantùm ad ſupernaturalem requiritur: *Et ſic* (aiebat) *cum Chriſtus abundantèr lumen gratiæ habuerit, magis quàm Angeli, habuit limpidiorem cognitionem, quàm Angeli.*

Lumen ſupernaturale non ad ſcientiam naturalẽ per ſe infuſſã; ſed tãtùm ad ſupernaturalem requiritur.

22 Attamèn, dum in art. 6. quæſt. 11. 3. part. dixit Angelicus Magiſter, quod: *Scientia indita Animæ Chriſ-*

Chriſti Domini habuit modum connaturalem animæ humanæ; eſt autem connaturale Animæ humanæ, vt recipiat ſpecies in minori vniuerſalitate, quam Angeli: per ſpecies in minori vniuerſalitate, quam Angelicæ, *species naturales* intellexit; tum quia loquitur de ſpeciebus infuſsis animæ ſeparatæ, quibus aſsimilat ſpecies infuſſas Animæ Chriſti (iuxta ſenſum Interpretum) & Animæ ſeparatę, (præciſsè, quia tali tantum infunduntur ſpecies naturales ſecundum omnes Doctores; tùm quia Illuſtriſsimus Godoy in ſæpius citato tomo 2. 3. partis diſputatione 37. §. 5. num. 108. aſſerit, quod ibi non comparantur ſpecies Chriſti Domini expreſſe, niſi ſolum cum ſpeciebus naturalibus Angelicis; ex quo colligimus ſpecies tunc explicatas à Div. Thoma in Chriſto Domino, fuiſſe naturales; quia non eſt comparatio inter extrema diverſi ordinis (ſervatis regulis methaphiſicis) ac proinde Princeps Scholaſticorum, non deficeret in hoc, comparando ſpecies ſupernaturales Chriſti Domini cum ſpeciebus naturalibus Angelicis.

Animæ ſeparatę præciſsè, quia tali tantum infunduntur ſpecies naturales.

23 Ex hijs, quæ (etiam ſi obiter dicta) non parvam lucem ſolutioni ſecundæ authoritatis parant, reſpondetur ad ſecundam partem argumenti, dicendo, quod quando Angelicus Magiſter, in quæſtione 4. diſtinct. 14. lib. 3. Sententiarum: ſpecies Chriſti Domini vocavit vniverſaliores Angelicis; vel hoc dixit non iuxta ſuum, ſed iuxta Magiſtri Sententiarum placitum; vel hoc docuit loquendo de ſpeciebus ſupernaturalibus Chriſti Domini, quæ Angelicas in vniuerſalitate ſuperãt.

Reſpondetur ad ſecundam partem argumenti.

24 2. Arguitur ſpecies intelligibilis Angelica, vt à nobis vniuerſalis explicata, eſt ſpecies, quæ poteſt repræſentare plures quidditates, & naturas: ergo eſt ſpecies, quæ continere poteſt plures quiditates, & naturas in eſſe repræſentativo, & intentionali; tunc ſic: ſed repugnat ſpecies intelligibilis creata, quæ contineat in eſſe repræſentativo, & intentionali, plures quidditates, & naturas: ergo repugnat ſpecies vniverſalis Angelica, vt à nobis explicata vniuerſalis. Minor ſubſumpta probatur. Species intelligibilis creata, continens in eſſe repræſentativo, & intentionali plures quidditates, & naturas eſſet ſpecies intelligibilis determinata ad vnicũ eſſe ſpecificum;

Secundò arguitur.

ficũ; ſed repugnat ſpecies intelligibilis determinata ad vnicũ eſſe ſpecificũ, & cõtinẽs in eſſe repræſẽtativo, & intẽtionali plures quidditates, & naturas: ergo repugnat ſpecies intelligibilis creata, quæ contineat in eſſe repræſentativo, & intentionali plures quidditates, & naturas. Probatur minor: repugnat natura determinata ad vnicum eſſe ſpecificum: & continens in ſe ſecundum eſſe reale plures quidditates, & naturas: ergo repugnat ſpecies intelligibilis determinata ad vnicum eſſe ſpecificum, & continens in eſſe repræſentativo, & intentionali plures quidditates, & naturas.

25 Vel alitèr. Species intelligibilis determinata ad vnicum eſſe ſpecificum, eſt ſpecies determinata ad repræſentandum tantum vnam naturam ſpecificam; ſed repugnat repræſentare plures naturas ſpecificas naturæ determinatæ ad repræſentandum tantum vnam naturam ſpecificam: ergo repugnat ſpecies intelligibilis Angelica vniverſalis per hoc, quod repræſentet plures naturas ſpecificas. Probatur maior: ſpecies intelligibilis determinata ad vnum eſſe ſpecificum, eſt ſpecies determinata ſpecificè in eſſe repræſentativo; ſed ſpecies determinata ſpecificè in eſſe repræſentativo, eſt ſpecies determinata ad repræſentandum tantum vnam naturam ſpecificam: ergo ſpecies intelligibilis determinata ad vnicam eſſe ſpecificum eſt ſpecies determinata ad repræſentandum tantùm vnam naturam ſpecificam. Probatur min. Species determinatur ſpecificè in eſſe repræſentativo per naturam ſpecificam, quam repræſentat (nam quid aliud erit determinari ſpecificè in eſſe repræſentativo?) ergo ſpecies determinata ſpecificè in eſſe repræſentativo, eſt ſpecies determinata ad repræſentandum tantùm vnam naturam ſpecificam. Vel alitèr.

26 Vrgetur hæc repugnantia ſpeciei intelligibilis vniuerſalis Angelicæ: ſpecies intelligibilis plurium naturarum repræſentativa, eſt ſpecies intelligibilis, quæ (cum vnica ſit) eſt repræſentativa ſimul hominis, leonis, & equi (v.g.) ſed repugnat ſpecies intelligibilis creata, quæ (cum vnica ſit) ſit ſimul repræſentativa hominis, leonis, & equi: ergo repugnat ſpecies intelligibilis vniuerſalis Angelica, vt à nobis explicatur vniuerſalis Vrgetur.

Pro-

Probatur minor. ſpecies intelligiqilis repræſentativa hominis leonis, & equi, continet in eſſe præſentativo quid quid continent ſpecies intelligibilis repræſentativa hominis, ſpecies intelligibilis repræſentativa leonis, & ſpecies intelligibilis repræſentativa equi: ſed repugnat ſpecies intelligibilis creata, quæ (cum vnica ſit) contineat in eſſe repræſentativo quidquid continent ſpecies intelligibilis repræſentativa hominis, ſpecies intelligibilis repræſentativa leonis, & ſpecies intelligibilis repræſentativa equi: ergo repugnat ſpecies intelligibilis creata, quæ (cum vnica ſit) ſit ſimul repræſentativa hominis, leonis, & equi. Prob. min. repugnat aliqua creatura, quę ſimul ſit in rerum natura homo, leo, & equus ſecūdùm eſſe reale hominis, leonis, & equi: ergo & quæ ſimul ſit homo, leo, & equus intelligibilitèr, ſeù intentionalitèr; tunc ſic ſed ſpecies intelligibilis creata, quæ (cum vnica ſit) contineat in eſſe repræſentativo, quid quid continent ſpecies intelligibilis repræſentativa hominis, ſpecies intelligibilis repræſentativa leonis, & ſpecies intelligibilis repræſentativa equi, eſt aliqua creatura, quæ ſimul ſit in rerum natura homo, leo, & equus intentionalitèr, & intelligibilitèr, (cum ſpecies intelligibilis hominis ſit homo: leonis leo; & equi equus in eſſe intentionali, & intelligibili) ergo repugnat ſpecies intelligibilis creata, quæ (cum vnica ſit) contineat in eſſe repræſentativo quid quid continent ſpecies intelligibilis repræſentativa hominis, ſpecies intelligibilis repræſentativa leonis, & ſpecies intelligibilis repræſentativa equi.

27 Amplius roboratur argumentum: ſi ſpecies intelligibilis vniuerſalis Angelica, eſt determinata ſpecificè in eſſe repræſentativo, & non obſtante hac determinatione, repræſentare poteſt plures naturas ſpecificas: ergo non obſtante hac determinatione poſſet repræſentare infinitas naturas ſpecificas. Probatur conſequentia, tum ex illo tritiſsimo axiomate: *Vbi non obeſt pluralitas, non obeſt infinitas*: ergo ſi pluralitas in naturis ſpecificis repræſentandis, non obeſt determinationi in eſſe repræſentativo ſpeciei intelligibilis vniverſalis Angelicæ, nec obſtabit prædictæ determinationi infinitas in naturis ſpecificis repræſentandis. Tùm quia ſi ſpecies intelli-

Roboratur.

Digitized by Google

intelligibilis, non obſtante hac determinatione ſpecifica in eſſe repræſentativo, poteſt repræſentare plures naturas ſpecificas, erit, quia ex hac determinatione, non limitatur ſpecificè in eſſe repræſentativo: ergo quia non limitatur ex vi repræſentationis; ſed ſpecies non limitata ex vi repræſentationis poteſt repræſentare infinitas naturas ſpecificas (vel quia ſpecies ſic illimitata, eſſet infinita in eſſe repræſentativo; vel quia ſpecies repręſentans abſque limitatione, eſt ſpecies, quæ in eſſe repręſentativo ſolum infinito exhauritur obiecto) ergo ſi ſpecies intelligibilis vniverſalis Angelica, non obſtante ſua determinatione ſpecifica in eſſe repræſentativo, poteſt repręſentare plures naturas ſpecificas, poterit etiam repræſentare infinitas naturas ſpecificas.

28 Hoc argumentum ex Subtiliſſimo Doctore in loco à nobis in numero 3. citato deſumptum, magnam apparientiam habet: ſed faciliimè ſolvitur; negando: repugnare ſpeciem intelligibilem determinatam ad vnicum eſſe ſpecificum, & continentem in eſſe repræſentativo plures naturas ſpecificas. Vnde negatis minoribus numeri 24. & concedo vltimo antecedenti neg. conſequentiam: quia clarum diſcrimen eſt inter naturam determinatam ad vnicum eſſe ſpecificum; & ſpeciem determinatam ad vnicum eſſe ſpecificum; vt etiam ſi natura, ſic determinata, non valeat continere in ſe ſecundùm eſſe reale plures quidditates, & naturas poſsit ſpecies intelligibilis, ad vnicum eſſe ſpecificum determinata, illas continere; & ratio differentiæ eſt, quia natura determinata ad vnicum eſſe ſpecificum, tantùm eſt, vt ſit determinata ad vnicum eſſe ſpecificum (cum ſit ex rebus, quæ tantùm inſtitutæ ſunt, vt ſint) & ſic nihil dicit, aut continet præter ſuum eſſe ſpecificum; ſpecies verò intelligibilis determinata ad vnicum eſſe ſpecificum, nō tantùm eſt, vt ſit determinata ad vnicum eſſe ſpecificum, quantùm vt repræſentet omne id propter cuius repræſentationem fuit inſtituta (quia ex illis entibus eſt, quæ non tàm ſunt, vt ſint, quàm vt alia à ſe repræſentent) ex quo illi provenit, quod contineat in eſſe intentionali plura, ſi ad plura repræſentanda ordinentur, quia ſpeciem intelligibilem continere in eſſe intentionali plura non habetur

Hoc argumentum ex Subtili Doctore deſumitur: & apparet difficile. Sed faciliimè ſolvitur.

Etiam ſi natura determinata ad vnicum eſſe ſpecificum, nō valeat continere in ſe ſecūdu eſſe reale plures quidditates & naturas: illas poteſt continere ſpecies intelligibilis ad vnicum eſſe ſpecificum determinata.

betur ex eſſe ſpeciei determinato ſpecificè : ſed ex paſſiva ordinatione,quam habet ſpecies ad plura obiecta repræſentanda.

Sed replicabis. Ad quod reſpondetur. *S. Thomas.*

29 Sed replicabis litem eſſe præcipuam in hoc puncto circa ordinationem paſsivam ſpeciei ad plura ſpecificè diſtincta repræſentanda , exiſtente in ſpecie vnico eſſe ſpecifico: a quo enim poterit participari hæc paſsiva ordinatio ſpeciei ad plura obiecta repræſentanda,ſalva vnitate ſpeciei,in qua talis conſideratur ordinatio?

Secundùm illū ſpecies intelligibiles Angelicæ ſunt ſimilitudines derivatæ ab idæis divinis *S. Auguſtinus.* Idem docuit. Ex quo provenit , quod ſpecies intelligibilis infuſſa Angelis,& ſi determinata ad vnicum eſſe ſpecificum poſsit repræſẽtare plures quidditates , & naturas,

30 Ad quod reſpondemus:ſpecies intelligibiles Angelicas ordinari ſic a Deo , ipſas infundente intellectibus Angelorum.Et ſi inquiras,vnde ſcimus (non divinando)Deum ita in mentibus Angelicis formaſſe ſpecies intelligibiles vniuerſales?Dicemus:quod ab Angelico Magiſtro docente plurimis in locis;eſſe ſpecies Angelicas quaſdam ſimilitudines derivatas à Divinis Idæis, vt conſtabit ſtudioſo ex quæſtione 8.de veritate art. 10. & 11.ex prima parte,quæſt.55.art.2.& q.57.art.2.ad 2. & ex 2.diſt.13.q.2.art.2.ad 1.& in art.3.vbi in fine corporis aſſerit,quod: *Formæ,quæ ſunt in mente Angeli,ſunt ſimillimæ rationibus idealibus in mente divina exiſtentibus,ſicut deductæ immediatè exẽplariter ab eis.*Quod antea fuit traditum à Magno Parente Auguſtino 2.de Geneſi ad litteram cap.8.cum aiebat:*Deus prius ex rationibus , per quas condidit creaturas,facit eas in cognitione , ſeu mente Angelorum,ac deinde in ſe ipſis.*Ex quibus habemus ſpecies intelligibiles Angelicas,eſſe participationes Ideæ Diuinæ,quæ (eſto vnica & ſimplicifsima)plura ſpecificè diſtincta repræſentat,vt intelligamus qualitèr ſpecies intelligibilis Angelica exemplata ab Idæa Divina,poſsit repræſentare plures quidditates , & naturas ſpecificas, conſervata ſua vnitate reali ſpecifica,quidquid ſit de ſua diviſibilitate virtuali ſpecifica(vt tacitæ ex Richardo occurramus inſtantiæ)quia ſi idæa Divina,à qua exemplatur ſpecies,indiviſſa realiter, dividitur à ratione noſtra . quid obſtabit vnitati reali ſpecificæ ſpeciei intelligibilis Angelicæ repræſentantis plura diſtincta ſpecificè , quod à nobis multiplicetur ſpecificè virtualiter?

Reſpondetur ponderationi argumenti.

31 Ad ponderationem num. 25. Reſpondeatur ne-

Digitized by Google

negata mai.primi ſyllogiſmi,& min.2 & 3. & ad probationem minoris tertij diſcurſus:negatur ſpeciem intelligibilem determinari ſpecificè in eſſe repræſentativo per naturam ſpecificam,quam repræſentat;&quando inquiritur,quid eſt determinari ſpecificè in eſſe repręſentativo ſpeciem intelligibilem, ſi hæc determinatio non ſit per naturam ſpecificam repræſentandam ab ſpecie? Dicatur.quod determinari ſpecificè ſpeciem intelligibilem in ſuo eſſe repræſentativo, provenit ab vnico obiecto formali ab ipſa repræſentando,à quo ſuum eſſe ſpecificum ſumit,& poteſt eſſe vnicum tale obiectum,etiam ſi ſpecies ab illo ſpecificata repręſentet plura diſtincta ſpecificè,quia vt ſic diſtincta ſolùm ſunt obiecta materialia ſpeciei, vt in ſolutione tertij argumenti declarabimus.

Species intelligibilis determinatur ſpecificè in ſuo eſſe repræſentativo ab obiecto formali vnico.

32 Vrgentiæ numero 26.poſitæ ſatisfit negando primam,& ſecundam minorem,& conceſſo antecedenti,diſtinguo conſequens:ergo repugnat creatura,quę ſimul ſit homo leo.& equus intelligibilitèr, ſecundùm quod homo,leo,& equus sũt plura conc.conſeq.ſecũdũ quod homo,leo,& equus non ſunt plura,neg.conſeq. & ſimilitèr diſting.min.ſubſumptam; ſpecies intelligibilis creata,quæ(cum vnica ſit)continet in eſſe repræſentativo,quid quid continent,ſpecies intelligibilis repræſentativa hominis;ſpecies intelligibilis repræſentativa leonis, & ſpecies intelligibilis repræſentativa equi, eſt aliqua creatura quæ ſimul ſit in rerum natura homo, leo, & equus intentionalitèr,& intelligibilitèr;ſecundùm quod homo,leo,& equus ſunt plura: neg. minorem; ſecundùm quod non ſunt plura,conced.minorem,& neg.conſequentiã.Quis enim dubitare poteſt,nõ poſſe vnã rem, *vnam ſpecificè*,eſſe (adhuc intentionalitèr)*plura*, vt ſpecificè diſtincta?Eſſe verò plura non ſecundùm quod plura,ſed potius ſecundùm quod idem ſunt, nullam repugnantiam involvit; proindequè non ſuperat captum, quod ſpecies intelligibilis Angelica ſit in hac conſideratione plura, quia tota illa obiectorum pluralitas, non eſt terminus formalis continentiæ intentionalis, & repræſentationis ſpeciei, ſed ita ſe habet,ac ſi non eſſet; cum purè de materiali ſe habeat,modo in ſolutione 3. argumenti explicando.

Satisfit vrgentiæ.

Res *vna ſpecificè* non poteſt adhuc intentionaliter eſſe *plura*, *vt ſpecificè diſtincta*:ſin verò plura, vt talia plura ſunt vnum.

Digitized by Google

Inſtabis.

33 Verùm inſtabis: ſpecies intelligibiles particulares repræſentativæ hominis, leonis, & equi, ſunt intelligibiliter homo, leo, & equus; ſecundùm, quod homo, leo, & equus plura ſunt; ſed ſpecies intelligibilis vniverſalis Angelica, repręſentativa hominis, leonis, & equi, eſt homo leo, & equus; vt ſunt homo, leo, & equus, ſpecies particulares hominis, leonis, & equi: ergo ſpecies intelligibilis vniverſalis Angelica eſt homo, leo, & equus intelligibilitèr ſecundum quod homo, leo, & equus plura ſunt.

Verùm non obſtat. Aliter eſt homo, leo, & equus, ſpecies vniverſalis horũ obiectorum, ac ſpecies particulares illorum.

34 Debet negari minor huius inſtantię. Alitèr enim eſt homo, leo, & equus ſpecies intelligibilis vniuerſalis ſimul repræſentativa hominis, leonis, & equi; ac ſunt homo, leo, & equus, ſpecies particularis hominis, ſpecies particularis leonis, & ſpecies particularis equi: quia talitèr ſunt iſtæ; homo, leo, & equus: quod ſpecies hominis, tantùm ſit homo, ſpecies leonis tantum ſit leo, & ſpecies equi, tantùm ſit equus; & hoc ideo evenit, quia ſecundùm ſuas differentias athomas ſunt homo, leo, & equus; at ſpecies intelligibilis vniuerſalis, non eſt homo, leo, & equus, continendo differentias athomas illarum ſpecierum particularium: cum ita ſit homo, vt ſimul ſit leo & equus; nec mirum; quia hæc ſpecies vniverſalis non eſt formaliter, ſed tantùm æquivalenter ſpecies particularis hominis, ſpecies particularis leonis, & ſpecies particularis equi.

Reſpondetur augmento argumenti. Nullum eſt inconveniens, quod ſpecies intelligibilis vniverſalis creata poſsit repræſentare infinitas naturas ſpecificas, vt à nobis exponitur.

35 Ad augmentum argumenti propoſitum numero 27. Reſpondetur 1. conceſſo antecedenti, & ſimul conſequentia. Nullum enim iudicamus inconveniens, quod ſpecies intelligibilis vniverſalis creata, poſsit repræſentare infinitas naturas ſpecificas ratione alicuius obiecti formalis finiti prædictas naturas modo finito continentis; quia ex hoc genere repræſentandi naturas ſpecificas infinitas, non euadit ſpecies intelligibilis infinita in eſſe repræſentativo: tum quia vt ſpecies intelligibilis compræhenſiva (qualis eſſet iſta) infinitetur in eſſe repræſentativo, requiritur in ſuo obiecto infinita quidditas per eſſentiam; quin ſuficiat ei infinita quidditas ſecundùm multitudinem tantùm, & finita ſecundum rationem eſſentiæ (quæ quidem infinitas ſecundùm multitu-

dinem,non actu,ſed præciſsè in potentia continetur in obiecto formali finito ſpeciei) cum idem ſit dicendum de ſpecie comprehenſiua, ac de cognitione comprehenſiua obiecti infiniti ſecundùm multitudinem tantùm,quoad hoc,quod eſt infinitari,vel non ab illo:& Angelicus Magiſter loquens de hac cognitione comprehenſiua quæſt. 20. de Veritate, art. 4. ad 1. & 3. parte quæſt. 10.art. 3. ad 2. doceat non infinitari in ratione cognitionis ab obiecto infinito ſecundùm multitudinem tantùm,quod vocatur ab Angelico Magiſtro infinitum in potentia.

Quia non ex hoc evadit ſpecies infinita in eſſe repræſentativo: cuius plures dantur rationes.

S.Thomas.

Tum quia talis ſpecies numquàm repræſentaret,ſimul,& collectivè infinitas naturas ſpecificas; cum non poſsit illas repræſentare,niſi vt contentas ſub ſuo obiecto formali;& nullum eſt aſsignabile obiectũ huius ſpeciei, quod ſimul,& collectivè contineat infinitas naturas ſpecificas, quod neceſſarium erat, vt prædicta ſpecies foret infinita, quia ſolùm infinitaretur repræſentando naturas infinitas ſpecificas, ſi illas, vt infinitas in actu,repræſentaret,& ſpecies, quæ infinitas naturas ſpecificas,ſimul,& collectiuè non repræſentaret, non vt infinitas in actu;ſed tantùm,vt infinitas in potentia, & ſyncathegorematicè,repræſentaret illas.

Talis ſpecies numquàm repræſentaret, ſimul,& collectiuè infinitas naras ſpecificas.

36 2. Reſponderi poteſt huic augmento argumenti, conceſſo antecedenti, & negando conſequentiam; Ad cuius primam probationem explicatur illius axioma. *Vbi non obeſt pluralitas, non obeſt infinitas. Vbi non obeſt pluralitas formalis non obeſt infinitas*,conced. antecedens: *Vbi non obeſt pluralitas materialis, non obeſt infinitas*: ergo antecedens,& ſimili diſtinctione diſtinguendum eſt conſequens;ſed cum pluralitas in naturis ſpecificis repræſentandis ab ſpecie intelligibili vniuerſali Angelica, ſit tantùm materialis, nihil hæc prima concludit probatio.

2.Poteſt reſponderi huic augmento argumenti.
Explicatur axioma: *Vbi non obeſt pluralitas, non obeſt infinitas.*

Ad ſecundam probationem conſequentiæ, neg. antecedens. Non enim ideo ſpecies intelligibilis vniverſalis Angelica poterit repræſentare plures naturas ſpecificas; quia ſpecies intelligibilis iſta, non limitatur ex propria determinatione ſpecifica;ſed quia eſt vniuerſalis infuſa a Deo, vt plures naturas ſpecificas re-

Reſpõdetur ſecundæ probationi conſequẽtiæ.

Digitized by Google

Species intelligibilis vniverſalis Angelica, non eſt talis, quia non limitata.

præſentet, cum quo componitur limitatio ſpeciei in eſſe repræſentatiuo; proueniens tamen formaliter, non à pluralitate naturarum; ſed ab vnico ſuo obiecto formali, ratione cuius tales naturas repræſentat; quæ limitatio ſpeciei in eſſe repræſentatiuo, excludit ab illa infinitatem, quam vltima probatio argumenti intendebat.

3. Arguitur.

37 3. Arguitur, & ſimul replicatur ad dicta: hæc ſpecies intelligibilis vniuerſalis Angelica, eſt vniuerſalis, quia repræſentativa plurium clarè (vt manet ſuppoſitum in ſecundo notabili) ſed, ſalva ſua vnitate ſpecifica, non poteſt eſſe repræſentatiua plurium clarè: ergo illæſa ſua vnitate ſpecifica, non poteſt eſſe vniuerſalis: ergo pluralitas in naturis repræſentandis obſtat (etiam ſi ſit materialis) vnitati ſpecificæ ſpeciei. Probatur minor: Non poteſt, ſalua ſua vnitate ſpecifica, eſſe repræſentatiua plurium, clarè, quin ſit illorum, ſic repræſentativa, ratione alicuius obiecti formalis, à quo ſpecies ſuam vnitatem accipiat, (aliàs repræſentaret plura, vt plura) ſed ratione nullius obiecti formalis, à quo ſpecies ſuam vnitatem accipiat, poteſt eſſe repræſentatiua plurium clarè: ergo, ſalua ſua vnitate ſpecifica, non poteſt talis ſpecies eſſe repræſentatiua plurium clarè. Probatur minor: Si aliquod eſſet hoc, obiectum eſſet aliquod prædicatum commune genericum (v. g.) gradus animalis; ſed ratione gradus animalis, non poteſt hæc ſpecies eſſe repræſentativa plurium clarè: ergo ratione nullius obiecti formalis, à quo ſpecies ſuam vnitatem accipiat, poteſt eſſe repræſentatiua plurium clarè.

Probatur minor: Eſſe ſpeciem repræſentatiuam plurium clarè, eſt eſſe repræſentativam plurium propriè, & diſtinctè, & ſecundùm totum id, quod actu illa plura ſunt; ſed ratione gradus animalis, non poteſt hæc ſpecies eſſe repræſentatiua plurium propriè, & diſtinctè, & ſecundùm totum id, quod actu ſunt illa plura: ergo rationi gradus animalis, non poteſt hæc ſpecies eſſe repræſentativa plurium clarè. Probatur minor: Ratione prædicati communis, in quo tantùm potentialiter, & inconfuſſo continentur illa plura, non poſ-

poſſunt repræſentari ab hac ſpecie, propriè, & diſtinctè, & ſecundum totum id, quod ſunt actu (vt numero 2. diximus) ſed gradus animalis eſt prædicatum commune, in quo tantùm potentialiter, & inconfuſſo continentur illa plura (cum ſic gradus genericus contineat plura diſtincta ſpecificè) ergo ratione gradus animalis, non poteſt hæc ſpecies eſſe repræſentatiua plurium clarè.

38 Hoc argumentum (oppoſitum à M. Maſtrio in 2. ſententiarum diſp. 2. num. 193.) eſt certè difficilimum: & quia tale diuiſit Doctores Thomiſtas per varias opinandi vias, vt illius ſolutionem invenirent. Inter eas duplex eſt ex diametro oppoſita, & harum prima: negat principium à quo argumentum vires accipit, ſcilicèt, quod omnis ſpecies intelligibilis creata ſuam vnitatem ſpecificam habeat ab obiecto, quod repræſentat; ſiquidèm aſſerit, quod licèt ſpecies à rebus deſumptæ, ab ipſis, vt obiectis ſpecificētur; ſpecies verò à Divinis idæis derivatæ (quales ſunt Angelicæ) non ſpecificātur à ſuis obiectis; ſed totam vnitatem, & diſtinctionem ſpecificam ſumunt à Divinis idæis, quarū ſunt participationes: Ita Capreolus in 2. diſt. 3. quæſt. 2. art. 3. in ſolutione ad 1. Scoti contra *primam concluſionem.* Soncinas. 12. Metaphyſ. q. 60. & M. Navarrete tomo 3. in 1. part. controv. 52. a §. 8. Vbi eruditione, & profunditate ſolita propugnat iſtam exiſtimationem, quæ parùm alijs Dominicanis placuit.

Hoc argumentum eſt difficilimum.

M. Maſtrius.

Per duplicem viam reſpondetur à Thomiſtis.

Prima negat, quod omnis ſpecies intelligibilis creata ſuam vnitatem ſpecificam habeat ab obiecto.

Capreolus.

Soncinas.

M. Navarrete.

Et impugnari poteſt. 1. Quia hæc ſententia deficit in ſuo fundamento: aſſumendo non cauſam pro cauſa: cum iudicet pro cauſa, non ſpecificationis ſpeciei Angelicæ à proprio obiecto, ipſam non deſumi ab obiecto; & hanc non eſſe cauſam non ſpecificationis ſpeciei Angelicæ à proprio obiecto, convincunt omnes potentiæ, quæ ſpecificantur ab obiectis, eſto non accipiantur ab obiectis; idem perſuadent habitus ſupernaturales, qui etiam ſi ſint infuſſi à Deo, & non deſumpti ab obiectis ſpecificantur ab obiectis; item ſcientiæ Angelicæ ſunt per ſe infuſſæ, & tamèn ſpecificantur ab obiectis: ergo non accipi ab obiectis ſpecies intelligibiles Angelicas, non eſt cauſa, vt ab obiectis nō ſpecificētur.

Sed hoc impugnatur, & primo.

Ex potentijs, ex habitibus ſupernaturalibus, & ex ſcientijs Angelicis.

Secundò;

2.Ideò potentia, habitus ſupernaturalis, & ſcientiæ Angelicę ſpecificantur ab obiectis,etiam ſi non cauſentur ab obiectis,quia ſunt propter ſua obiecta formalia,& omne obiectum formale ſpecificat habitudinem tendentem ad ipſum;ſed ſpecies per ſe infuſſæ intellectui Angelico,ſunt propter ſua obiecta formalia,ob quorum repræſentationem ſunt inſtitutæ: ergo ſpecies, Angelis per ſe infuſſæ,ſpecificantur ab obiectis.

Tertio.

Species deſumpta ab obiecto non ſpecificatur ab illo. quia præciſè ab obiecto cauſata.

3. Species deſumpta ab obiecto, non ſpecificatur ab obiecto, quia præciſè cauſata ab obiecto; ſed quia taliter cauſata ab obiecto,videlicèt, vt ſit repræſentatio obiecti : ergo a quocumque cauſetur, vt ſit repræſentatio obiecti, ſpecificabitur ab obiecto. Patet hęc conſequentia (cum non ſpecificetur ab obiecto, quia ab illo cauſatur; ſed quia cauſatur, vt ſit repræſentatio obiecti) tunc ſic;ſed ſpecies per ſe infuſſæ cauſantur à Deo, vt ſint repræſentationes obiectorum:ergo (etiam ſi ſint per ſe infuſſę) ſpecificantur ab obiecto. Vel aliter : tota ratio, quare ſpecies deſumpta ab obiecto, ſpecificatur ab obiecto, eſt, quia eſt vicaria obiecti, pro quo, tanquàm pro ſuo principali ſubſtituit; & quia omne ſubſtitutum ſpecificatur à ſuo principali (cum ſit propter illud, tanquàm propter ſuum finem ſpecificativum) ſed etiam ſpecies, per ſe infuſſa Angelis,eſt vicaria obiecti, vtpote eius vices gerens: ergo ſpecies Angelicæ,licèt non accipiantur à rebus,ſed tantùm ſint à Deo ipſas infundente, ſpecificabuntur ab obiectis.

Secunda via ad ſolutionem 3. argumenti.

Et ſecundùm eam tota vnitas ſpeciei intelligibilis deſumitur ab obiecto,etiā ſi ſpecies nō deſumatur ab obiecto.

Quod diuerſiſsimè explicant AA.illius.

Quia aliter diſcurrunt.

39 Sententia huic oppoſita tenet: Totam vnitatem ſpecificam ſpeciei intelligibilis deſumi ab obiecto, etiam ſi ſpecies non ſit accepta ab obiecto, ſed ſit per ſe infuſſa; quia licèt ſpecies per ſe infuſſa (quia vniverſalis) repræſentet plura,illa reſpicit,vt convenientia in aliqua ratione formali obiectiua, cum quo conciliari poteſt,quod ſpecies repræſentet plura propriè, & diſtinctè, & ſecundùm totum id,quod talia plura dicūt in actu.Authores huius doctrinæ,non ſunt conformes in explicando hanc rationem formalē obiectivam;alij ſentientes eſſe rationem formalem *ſub qua*,& non eſſe aſsignabilē præter hāc aliā rationē formalē *quæ*, ſic Magiſter

à

à Sancto Thoma diſput.21. de Angelis.artic.4. numero 21. Patres Salmanticenſes tractatu 7. de Angelis.dub.5. §.8. numero 137. qui in §.6.; & 7. etiam defedunt opinionem Capreoli iam citatam, & ſtatim citandam Caietani & Ferrarienſis. Magiſter Gonet diſp.8.de Angelis,art.4.§. 3. num.96. poſtquam in numero 95. approbaſſet ſolutionem Capreoli; & Magiſter Ferre idem vult dicere tractatu 16. de Angelis quæſt.9.§. 2. in ſolutione vltima.

RR.à S. Thoma.

PP. Salmanticenſes.

M. Gonet.

M. Ferre.

Alij per oppoſitum iudicantes: eſſe neceſſariam rationem formalem *quæ* vnam,in qua contineantur illa plura tanquam in obiecto formali *quod* primario attingendo per repræſentationem ſpeciei,vt exiſtimarunt Caietanus 1.p.quæſt.55.artic.3.§. *ad obiectionem autem contra concluſionem.* Ferrarienſis 2. contra Gentes, cap.98. poſt 3. concl. §. *Ad huius euidentiam.* Nazarius,& plures valdè docti Magiſtri in manuſcriptis;quibus adhæremus, quia non reputamus, vt ſufficientem conuenientiam plurium ſub vna ratione formali *ſub qua* ad vnitatem ſpecificam ſpeciei intelligibilis talia plura repræſentantis, ſi ſimul non contineantur in aliquo obiecto formali *quod*; ex quo,& ex ratione *ſub qua* coaleſcat adæquatum ſpecificatiuum ſpeciei: Tum quia ſpecificatiuum potentiarum eſt quid complexum ex ratione *ſub qua*, & ex ratione *quæ*; vt habemus in ſpecificatiuo potentiæ viſiuæ conſtanti ex luce,vt ex obiecto *quo* viſus, & ex colore,vt ex obiecto *quod*; ſpecificatiuum etiam habituum conſideratur, vt concretum quoddam cuius forma, aut quaſi forma eſt obiectum *quo*, & materia,aut quaſi materia,eſt obiectum *quod*.

Iudicantes deſumi ſpecificam hanc vnitatem ſolùm à ratione formali ſub *quo*.

Aliter Emin.

Caietanus.

Ferrarienſes.

Nazarius.

Et plures valdè docti.

Hiſquè adhæremus: ſentientientes, quod præfata vnitas nedùm à ratione formali ſub *qua*,verùm,& à ratione formali *quæ* prouenire debet.

Sic logicæ ſpecificatiuum conſtat ex abſtractione negatiua ab omni materia,tanquam ex obiecto *quo*, & ex modo ſciendi tanquam ex obiecto *quod*; & ſpecificatiuum Philoſophiæ ex abſtractione à materia ſingulari,vt ex obiecto *quo*,& ex ente mobili, vt ex obiecto *quod*; ſpecificatiuum geometriæ dicit quantitatem continuam, vt obiectum *quod*, & abſtractionem à materia ſenſibili, vt obiectum *quo*,

Et hoc fundamus in eo,quod in potentijs habitibus,& ſcientijs euenit.

Tandèmquè: Metaphiſicæ ſpecificatiuum coaleſcit ex abſtractione poſitiua ab omni materia, vt ex ratio-

Digitized by Google

tione formali *ſub qua*, & ex ente in quantùm ente, vt ex ratione formali *quæ*: ergo cum non aliter ſit diſcurrendum de ſpecificativo ſpecierum intelligibilium, dicendum eſt conſtare ex obiecto formali *quo*, & ex obiecto formali *quod*, ſpecificativum adæquatum cuiuſcumquè ſpeciei intelligibilis. Tum ſuadetur hoc ipſum: Ideo ſpecificativum potentiarum, & habituum coaleſcit ex obiecto *quo*, & ex obiecto *quod*, quia nequit non ſpecificari ab obiecto *quod* quod eſt inſtitutum propter attingentiam obiecti *quod*, & omnis potentia, & habitus, inſtituitur propter attingentiam ſub obiecti *quod*; ſed nulla eſt ſpecies intelligibilis, quæ non ſit inſtituta propter attingentiam, ſeu repræſentationem ſui obiecti *quod*: ergo non poteſt excludi ab ſpecificatiuo ſpecierum intelligibilium obiectum formale *quod*.

Vndè ſpecificativum ſpecierum intelligibilium coaleſcit ex obiecto formali *quo*, & ex obiecto formali *quod*.

40 Cæterùm, & ſi ſubtiliſsimo Caietano in hoc modo dicendi conſentiamus pro parte, qua tenet ſpecificare ſpeciem intelligibilem Angelicam, obiectum formale *quod*, ſeu rationem *quæ* vnam, non defendimus obiectum formale *quod*, ab ipſo aſsignatum, quod eſt natura aliqua communis vna, non realiter, & vt exiſtens in rerum natura per modum naturæ ſingularis, ſed vna vnitate formali: quæ quidem natura, vt ſic formaliter vna, eſt obiectum primariò repræſentatum ab ſpecie Angelica, & ratione illius repræſentat ſpecies plura (diſtincta ſpecificè) propriè, & diſtinctè; quia non ſatis percipimus, quomodo natura cōmunis continens plura ſpecificè diſtincta in potentia, & in actu quodam confuſo (vt ipſemet Caietanus docuit loquendo de natura entis) poſsit eſſe ratio cognoſcendi clarè, & diſtinctè plura, & diſtincta ſpecificè.

Cæterùm obiectum formale *quod*, a quo inadæquatè ſpecificatur ſpecies vniuerſalis Angelo infuſa, nō eſt natura communis, vt a Caietano accepta.

41 Quia propter dicimus: rationem formalem *quæ* ſpecificantem ſpeciem intelligibilem Angelicam repræſentatiuam omnium participantium gradum animalis, eſſe animal, vt realiter in re exiſtens determinatum ſpecificè, & indiuidualiter (vagè tamèn conſideratum vagueitate comparativa, quatenùs non eſt hoc animal determinatum potius quàm aliud animal determinatum) quod quidem animal, ita acceptum, eſt obiectum formale *quod*, & terminus formalis repræſentationis ſpeciei re-

Sed eſt natura communis, vt realiter in re exiſtens.

præſentativæ animalis; ſub quo continentur omnia indiuidua animalis (ſiuè ſint rationalia, ſiuè irrationalia) tanquàm terminus materialis repræſentationis prędictę ſpeciei; ſicut ſub filio vagè, qui eſt terminus formalis relationis Paternitatis, continentur multi filij, vt termini materiales talis relationis. vnde, vt relatio Paternitatis in Petro in ſe vna eſt (& ſi terminetur ad plures filios determinatos) quia terminus formalis ad quem terminatur, & ratione cuius extenditur ad plures filios, eſt vnicus (filius ſcilicèt vagè) cur non poterit eſſe vna ſpecies Angelica repræſentatiua animalis, etiam ſi extendatur repræſentatiuè ad omnia indiuidua animalis, ſi illa attingat, vt terminos materiales ſuæ repræſentationis, quę tanquàm ad terminum formalem terminatur ab animal vagè?

V.g. Animal, vt realiter in re exiſtens determinatum ſpecificè, & indiuidualiter. Vagè tamē conſideratū vagueitate comparatiua.

Quod in relatione Paternitatis homini convenientis explicamus.

42 Mouemur ad hunc ſingularem diſcurrendi modum (& ſi à nullo ex Thomiſtis hucuſque typis traditum, dictatum a RR. M. Bayona in ſuo tractatu de *Cognitione Angelorum*, dubio de *Cognitione futurorum contingentium* in ſolutione argumentorum contra ſecūdam concluſionē, etiamquè illuſtratum à RR. M. Matilla, ſecundùm ea, quæ indicat in tractatu de *Decretis*, dub. 1. §. 6. num. 41.) quia cum ſpecies (iuxta dicta num. 39.) debeat ſpecificari ab obiecto *quod* vno, & non ſolū à ratione formali *ſub qua*; & obiectū *quod*, non poſſit eſſe aliqua natura comunis (vt num. 40, animadvertimus) nec ſufficit obiectum *quod*, vnum vnitate ordinis, vel collectionis, ſi poſſit dari obiectum vnum vnitate ſimplicitatis (vt omnes fateri tenentur) vt ſic ſpecies ſit vna in eſſe repræſentatiuo, nedùm vnitate ordinis, vel collectionis, verū; & vnitate ſimplicitatis, deveniendum eſt ad obiectum vnū vnitate ſimplicitatis, ſi aſsignabile ſit, quale eſt *animal realiter exiſtens in aliquo indiuiduo vagè*; ex cuius aſsignatione, nullum inconveniens concludi poteſt; cum ita opinando ſaluetur tota vnitas poſsibilis ſpecici Angelicæ, & ex alia parte ipſa ſpecies repræſentet clarè, & diſtinctè hoc, vel illud animal in particulari, & ſic de reliquis, non ſolùm prout conveniunt in ratione animalis; ſed etiam ſecundū ſua propria, & particularia tàm ſpecifica, quàm indiuidualia.

Et nobis fauent.

RR. Bayona.

RR. Matilla.

Ex quo modo opinandi nullū ſequitur inconveniens.

Digitized by Google

Vt ſuadetur tũ ex potentijs.

Quod ita eſſe ſuadetur: Tũ ex potentijs; tũ ex habitibus; tùm ex relationibus. Ex potentijs: quia potentia viſiva habet pro obiecto formali coloratum ſub quo continentur colorata eſſentialiter diſtincta tanquam obiecta materialia viſus, non ſolùm attingit illa colorata eſſentialiter diſtincta, vt conveniunt in ratione generica coloris, ſed etiam, vt diſtincta ſecundùm ſuas differentias; experitur enim potentia viſiua aliter ſe ſentire album, aliter nigrum, cum albi, & nigri differentias diſcernat iudicio imperfecto diſcretionis apprehenſiuæ ab Animaſticis explicando. Ex habitibus, quia habitus logicæ ſpecificatus à modo ſciendi tanquàm ab obiecto formali *quod*, ſub quo tanquam obiecta materialia habitus, continentur definitio, diviſio. & argumentatio, facilitat ad diffinitionem, diuiſionem, & argumentationem, nõ ſolũ prout conueniunt in communi ratione modi ſciendi; ſed etiam prout ſunt tales modi ſciendi, diſtincti ſecundùm ſuas proprias differentias.

Tum ex habitibus.

Ex relationibus: quia relatio Paternitatis in Petro terminatur ad Filium vagè, tanquam ad ſuum terminum formalem, ſub quo, tanquàm termini materiales relationis, continentur hic filius determinate, & ille determinate, & ille determinate, &c. terminatur ad hunc filium determinate, & ad alium determinate, &c. non ſolùm ſecundùm illam rationem communiſsimam filij; ſed etiam terminatur ad hunc filium determinate, quia talem, & ad alium filium determinate, quia talem; & ſic de cætetis (cum in hoc modo terminationis cõſiſtat extenſio terminationis relationis Paternitatis in Petro ad filios de nouo exiſtentes) ergo, quia ſpecies intelligibilis Angelica repræſentatiua animalis vage, realiter exiſtentis, determinati ſpecificè, & indiuidualiter, ſpecificetur ab animali ſic conſiderato tanquàm ab obiecto formali *quod*, ſub quo continentur tanquàm obiecta materialia hoc animal determinate, & illud animal determinate, &c. poterit repræſentare hoc animal determinate, & illud animal determinate, non ſolũ prout conveniunt in ratione generica animalis; ſed etiam prout differunt ſecundùm ſuas differentias particulares.

Tum ex relationibus.

43 Nec hoc adhuc videatur mirabile, ita vt appa-

Nec hoc eſt mirandum:

Digitized by Google

appareat incredibile, ſed ratione fultum; cum ſpecies Intelligibilis Angelica imitetur modum repræſentandi eſſentiæ divinæ in ratione ſpeciei intelligibilis,quæ in eſſe talis habet vnicum obiectum formale primarium primò,& perſe repræſentatum(Deum ſcilicèt)in quo omnia creata,& creabilia continentur,& ratione cuius omnia illa ſecundùm ſuas proprias differentias diſtinctiſsimè repræſentat,tanquàm ipſius obiecta ſecundaria,& materialia repræſentanda per connotationem ad ſuum obiectum ſpecificativum,& primarium. Si igitur hoc de eſſentia divina vt ſpecie ſcimus,quid mirum! Quod de ſpecie Angelica,imitante modum repręſentandi ſpeciei increatæ, affirmemus: repræſentare vnicum obiectum formale primarium à quo ſpecificatur, & ratione cuius repræſentat plura obiecta ſecundaria,& materialia (per participationem rationis formalis ſui ſpecificativi) non ſolùm prout conveniunt,ſed etiam prout interſe differunt,ſervata tamèn infinita inferioritate ſpeciei creatæ ad divinam ſpeciem?

Cum ſpecies intelligibilis Angelo infuſa imitetur modũ repræſentandi eſſentiæ divinæ in ratione ſpeciei intelligibilis.

44 Sed replicabis,quod ex illa quæſtione 8. de veritate art.10. ad 3. inqua dixit Angelicus Magiſter, quod: *Vna forma intellectus Angelici eſt ratio propria plurium,ſecundùm diverſas eius habitudines ad diverſas res, ex quibus habitudinibus, conſurgit pluralitas idæarum*: Inferunt Thomiſtæ,quod ſpecies intelligibilis Angelica repræſentat plura,vt deſcendentia ab idea divina adunante illa plura,ſecundùm hunc,vel illum ordinem ad compoſitionem vniuerſi,quia ſentiunt quod Deus, vtpote Artifex ſupræmus,habet,& de qualibet re in particulari vnam idæam,& de varijs,aut pluribus rebus, vt adunatis hoc,vel illo ordine in vniuerſo,aliam idæam; ex quibus deducunt rationem formalem ſpecificantem ſpeciem Angelicam plurium repræſentativam exemplatam ab idæa divina,eſſe illum reſpectum,ſeu habitudinem,quam dicunt in vniuerſo iſta plura,vt deſcendunt ab idea divina addunante illa in vniuerſo per illum reſpectum, & habitudinem;à quo modo communi explicandi ſpecificationem ſpeciei Angelicæ nos ſeparamus per doctrinam in numero immediato propoſitam.

Sed replicabis. *Sanct. Thomas.*

45 Facilis tamèn eſt huius ſolutio ex illis, quibus

Cuius facilis eſt ſolutio.

Etiam reſpectus, ſeu habitudo, quam ex deſcēſu ab idea divina habent in vniverſo plura repræſentanda ab ſpecie Angelica, ſpecificat talem ſpeciem.

bus in num. 30. fundavimus, quod obiectum ſpecificativum ſpeciei intelligibilis, coaleſcit ex obiecto formali *quo*, & ex obiecto formali *quod*. Fatemur eſſe certiſsimum, quod prætendit replica: cum etiam aſſeramus, quod reſpectus ille, ſeu habitudo, quam, ex deſcenſu ab idea divina, habēt in vniverſo plura repræſentanda ab ſpecie Angelica, ſpecificat talem ſpeciem; non vero vt ratio *quæ*, ſed præciſè vt ratio ſub *qua*: & ita obiectum formale *quod* à nobis ſtatutum in præcedentibus, *animal* (ſcilicèt) *vagè vagueitate comparativa*, prout dicit in vniverſo illum ordinem conducentię, vel vtilitatis, ad hunc, vel illum finem, ad quem ordinatur, ſecundùm quod derivatur ab idea divina, ſpecificat ſpeciem intelligibilem Angelicam repræſentativam, omnium participantium gradum animalis: in quibus explicamus, & rationem, *quæ* & rationem ſub *qua* ſpecificantes ſimul, per modum vnius ſpecificativi adæquati, ſpeciem intelligibilem Angelicam.

Iàm reſpondetur vltimo argumento.

46 Iam breviſsimè reſpondetur ad argumentum numero 37. formatum: negatis minoribus primi, & ſecundi ſyllogiſmi; & ad probationem huius ſecundæ minoris, negando maiorem: non enim iudicamus pro obiecto formali *quod*, ratione cuius ſpecies intelligibilis Angelica, repræſentativa plurium, clarè, & ſecundùm cuiuslibet propria ipſa plura repræſentat, *gradum communem animalis*; quia approbamus, vt verum, quod ad huius impugnationem in argumento adducitur, ſed *animal determinatum ſpecificè, & individualiter*, conſideratum *vagè* quatenùs non eſt hoc animal determinatè potius quam aliud animal determinatè, vt a numero 36. vſque ad nunc firmare, & ſtabilire connamur.

Gradus communis animalis non eſt obiectum formale, *quod* ſpeciei intelligibilis vniverſalis repræſentativæ animalis.

§. IV.

Aliqua ex dictis inferenda notantur.

Primum corollarium.

47 PRimum eſt: ſpeciem intelligibilem Angelicam, non eſſe immediatè repræſentativam plurium formaliter; tum quia immediatè repræſentare plura formalitèr, eſt ſpeciem reſpi-

picere plura tanquàm ſui ſpecificativum, vt *quod* (vt ex ſupra dictis cuivis metaphiſico conſtabit) ſed ſpecies intelligibilis Angelica, non reſpicit tanquam ſui ſpecificativum, vt *quod* plura: ergo non repræſentat immediatè plura formaliter: tum quia ſi ſpecies intelligibilis Angelica eſſet immediatè repræſentativa plurium formaliter, eſſet ſimilitudo formalis plurium formalitèr; ſed ſpecies intelligibilis Angelica, non eſt ſimilitudo formalis plurium formalitèr (aliàs eſſet plura formalitèr in eſſe intelligibili contradicta in num. 32.) ergo ſpecies intelligibilis Angelica, non eſt immediatè repręſentativa plurium formalitèr.

Species intelligibilis Angelica, non eſt immediatè repręſentativa plurium formalitèr.

48 Si dicas non poſſe negari: ſpeciem Angelicam eſſe ſimilitudinem formalem plurium; quia cum ſpecies repræſentativa plurium (qualis eſt Angelica) formalitèr repræſentet plura, & ſit idem in ſpecie, eſſe repræſentationem formalem plurium, ac ſimilitudinem formalem plurium, videtur, quod ſpecies intelligibilis Angelica erit repræſentativa plurium formaliter, ſi hoc dependet ab eſſe ſimilitudinem formalem plurium.

Dices.

49 Contra eſt primò: aliud eſt ſpeciem intelligibilem Angelicam eſſe ſimilitudinem formalem plurium; aliud eſſe ſimilitudinem formalem plurium formalitèr. primum concludit arguens; ſed non negamus illud, ſicut ſecundum: quia eſſe ſimilitudinem formalem plurium ſalvatur, ſi ſit ſpecies ſimilitudo formalis vnius formaliter, in quo continentur plura materialiter; eſſe tamèn ſimilitudinem formalem plurium formaliter, exigit, quod ſpecies ſit plura formaliter; ſed repugnat hoc vltimum. & quod ſpecies ſit ſimilitudo formalis vnius formalitèr, in quo contineantur plura materialitèr, nullam implicationem involvit: ergo aliud eſt ſpeciem intelligibilem Angelicam eſſe ſimilitudinem formalem plurium; aliud eſſe ſimilitudinem formalem plurium formalitèr.

Sed contra primo.

Aliud eſt: ſpeciē intelligibilem Angelicam eſſe ſimilitudinem formalem plurium; aliud eſſe ſimilitudinem formalem pluriū formaliter.

50 Secundò, quia licèt ſit certum ſpeciem Angelicam repræſentare plura, dubium eſt an formaliter repræſentet plura; ergo etiam ſi repræſentatio formalis plurium ſit ſimilitudo formalis plurium, non concluditur, quod ſpecies intelligibilis Angelica ſit ſimilitudo formalis plurium; pro-

Contra ſecundò.

Obiecta materialia vocantur ſecundaria à Salmanticenſibus diſp. 3. de Scientia Dei, num. 35. licèt non ſecundaria in rigore.

Vide illuſt. Godoy. tom. 1. in 1. par. diſp. 25. n. 35.

Eſt dignum obſervatione, quod obiectũ ſecũdarium in rigore, eſt illud, quod non habet intimè incluſum obiectum *formale, & primarium.*

Species Angelis infuſſa, eſt ſimilitudo pluriũ imitando modum, quo eſt ſimilitudo pluriũ eſsẽta divina, vt ſpecies repræſẽtativa pluriũ.

Species intelligibilis accidentalis cuiuſcũque obiecti creati tantùm eſt ſimilitudo virtualis ſui obiecti.

Prob. antecedens; probabile eſt in ſchola Thomiſtica, quod ſpecies intelligibilis Angelica non repræſentat formaliter niſi tantùm ſuum obiectum formale, & primarium (iuxta tradita à Patribus Salmanticenſibus tractatu 7. de Angelis diſp. 5. numero 128.) ſed plura repræſentata ab ſpecie Angelica, non ſunt obiectum formale, & primarium ipſius, ſed obiecta quaſi ſecundaria (nota, quod obiectum ſecundarium in rigore, eſt illud, quod non habet intimè incluſum obiectum formale, & primarium: vt ſunt obiecta ſecundaria Divini intellectus creaturę, & intellectus noſtri entia rationis; obiectum verò materiale, per participationem rationis formalis obiecti primarij, & ſpecificativi, non eſt obiectum ſecundarium in rigore dicitur tamèn ſecundarium in quantùm non attingitur per ſe 1. ſed ratione obiecti ſpacificativi) ergò dubiũ eſt, an ſpecies Angelica formalitèr repræſentet plura.

51 3. Species Angelica, eſt ſimilitudo plurium in eſſe repræſentativo, imitãdo modũ, quo eſt ſimilitudo pluriũ eſſentia Divina in quantùm ſpecies repræſẽtativa plurium (ſecundùm profundiſsimum Caietanum in commentario quæſtionis vndecimæ. 3. partis art. 1. §. *ad evidentiam*) ſed eſſentia divina in quantùm ſpecies repræſentativa plurium, non eſt ſimilitudo formalis plurium cum non ſit formalis creaturarum ſimilitudo (vt ſentiunt Patres Salmanticenſes tomo 1. tractatu 2. diſp. 7. numero 56 & 57.) ergo ſpecies Angelica repræſentativa plurium, non eſt ſimilitudo formalis plurium.

52 Tandèmque, ſpecies intelligibilis Angelica repræſentativa plurium, non eſt ſimilitudo formalis plurium, etiam ſi plura eſſent obiecta formalia, & primaria ſpeciei: ergo multo minùs erit ſimilitudo formalis plurium, quando plura ſunt obiecta materialia, & ſecundaria ſpeciei. Prob. antecedens: ſpecies repræſentativa plurium etiam ſi plura ſint obiecta formalia, & primaria ſpeciei, tantùm eſt ſimilitudo virtualis plurium: ergo nõ eſt ſimilitudo formalis plurium. Patet conſeq. & antecedens prob. ſpecies accidẽtalis cuiuſcumque obiecti creati, tantùm eſt ſimilitudo virtualis ſui obiecti: ergo ſpecies repræſentativa plurium (de qua eſt ſermo præſens) etiam ſi plura ſint obiecta formalia, & primaria ipſius, tantùm

eſt

eſt ſimilitudo virtualis plurium. Prob. antecedens; ſpecies accidentalis repræſentativa cuiuſcumque obiecti creati, eſt ſimilitudo ſui obiecti, in quantùm illius virtus ſeminalis eminens; ergo tantùm eſt ſimilitudo virtualis ſui obiecti; cum virtus ſeminalis eminẽs, non ſit ſimilitudo formalis, ſed præciſsè virtualis.

53 Secundum, quod colligimus, eſt: quod ſi infunderetur Angelo ſpecies repræſentativa naturarum ſpecificarum *infinitarum in potentia*; ſeu (vt dici ſolet) *non tot, quin plurium*; non eſſet talis ſpecies ſimpliciter infinita. Cuius ratio eſt: Nequit eſſe ſimpliciter infinita *illa* ſpecies intelligibilis, quæ ſit à propria limitatione eſſentialiter inſeparabilis (vt eſt notiſsimum) ſed ſi concederetur Angelo ſpecies intelligibilis infuſſa repræſentativa talium naturarum infinitarum, eſſet ſpecies intelligibilis à propria limitatione eſſentialiter inſeparabilis (vtpote cũ iuxtà tradita in numero 35. eſſet ſpecies non alitèr potens repræſentare prẽfatas naturas niſi vt contentas in aliquo medio, ſeu obiecto formali finito, à quo ipſa ſpecies ſpecificaretur: quod ſuadet eſſentialem inſeparabilitatem talis ſpeciei à propria intrinſeca limitatione) ergo ſi concederetur Angelo ſpecies intelligibilis infuſſa repræſentativa talium naturarum infinitarum, non eſſet ſpecies ſimplicitèr infinita.

Secundum corollarium. Si infunderetur Angelo ſpecies intelligibilis, potens repræſentare naturas ſpecificas *infinitas in potentia*, non eſſet talis ſpecies ſimpliciter infinita

54 Pro cuius oppoſito arguit Mag. Maſtrius (ſuo Subtili Doctori ſubſcribens) in 2. ſent. diſp. 2. num. 177. intendens oſtendere; quo ſi ſemel conceditur fuiſſe Angelo infuſſam ſpeciem repræſentativam talium naturarum infinitarum, eſt ſentiendum: fuiſſe ipſi infuſſam ſpeciem omnino illimitatam, ſeu ſimplicitèr infinitam. Quod connatur probare.

Mag. Maſtrius. pro oppoſito arguit.

Primò: Divina potentia ex eo præciſſe oſtenditur ſimplicitèr infinita; quia non tot poteſt creaturas producere, quin adhuc poſſet plures; ſiquidèm, quod *infinitas actu* non producat non provenit ex defectu potentiæ activæ in Deo, ſed ex repugnantia rei, quia ſcilicèt implicat dari infinita in actu: ergo prẽdicta ſpecies intelligibilis erit ſimpliciter infinita, quia poteſt repræſentare non tot, quin plures naturas ſpecificas; quod enim *infinitas actu*, non repræſentet non erit ex defectu perfectionis

Primò.

nis huius ſpeciei; ſed ex eo, quod repugnat infinitas actualis talium naturarum.

Secundò.

Secundò: talis ſpecies (ſi daretur in Angelo) eſſet proxima cauſa infinitarum cognitionum; ergo, & ſimpliciter infinita. Prob. antecedens: talis ſpecies contineret infinita obiecta intentionaliter (ſeu non tot, quin plura) ergo & eſſet proxima cauſa infinitarum cognitionum; id eſt non tot, quin plurium.

Tertiò.

Tertiò: aliqui Thomiſtæ negant ſpecies intelligibiles promanare, vt proprietates ab eſſentia Angeli, eo quod ſubſtãtia Angeli tã entitativè, quã intẽtionaliter eſt limitata; quod nõ cõponitur cũ hoc quod eſt cõtinere in ſe intelligibilitatem propriam non tot, quin plurium obiectorũ; & quod erat neceſſarium, vt ſubſtantia Angeli produceret ſpecies omnium rerum ab ipſo intelligibilium; ergo nec eſt componibile cum limitatione huius ſpeciei intelligibilis continere in ſe intelligibilitatem infinitorum in potentia, ſeù non tot, quin plurium, vt in ſe contineret, ſi illorum eſſet repræſentativa.

Reſpondetur ad primum. Divina potentia non ideo eſt ſimpliciter infinita, quia non tot poteſt creaturas producere, quin plures adhuc poſset producere.

55 Cæterum ad omnia hæc non difficilitèr reſpondemus: & ad primum neg. antecedens. Non enim ideo divina potentia eſt infinita ſimpliciter, quia non tot poteſt creaturas producere, quin plures adhuc poſſet producere; ſed quia eas poteſt producere ſine continentia in aliquo medio finito, aut ſub aliquo ordine, in quo adunentur finito modo. Vnde non eſt ſuadendum divinam potentiam eſſe ſimpliciter infinitam, præciſè ex virtute producendi infinita in potentia; ſed ex illius perfectione, quæ excludit omnem modum finitum (vtpote imperfectum) continendi quæcumque à ſe producibilia: in qua perfectione virtutis productivæ Dei exprimitur eſſe tantam potentiam activam Dei; vt *non producere infinita in actu formaliter ſumpta*, (hoc eſt: vt non contenta in aliquo medio finito, aut ſub aliquo ordine, in quo adunentur finito modo) non ſit probandum in Deo ex defectu poteſtatis activæ Dei, ſed ex ſola termini repugnantia.

Species intelligiis infuſa re-

At ſpecies intelligibilis vniverſalis non tot,

tot, quin plurium quidditatum repræſentativa (ſi infunderetur Angelo) non excluderet modum finitum repræſentandi, ſed illum indiſpenſabilitèr importaret: eò quod (cum eſſet accidens inhærens) eſſet receptibilis in ſubiecto, & conſequenter limitata, & finita (vt eſt clariſsimum) & ad obiecto formali finito ſpecificata; cum quo non componitur, quod conveniret tali ſpeciei virtus ſubiectivè abſoluta repræſentandi quidditates *formalitèr infinitas in actu.*

Quia, cum ex ſua ſpecificatione ob obiecto formali finito, haberet non poſſe repræſentare quidditates infinitas, niſi vt contentas in tali obiecto, & ſub aliquo ordine, in quo adunarentur finito modo; & alias quidditates infinitæ, vt ſic contentæ (ſi darentur in actu) non ſint repræſentabiles, niſi vt materialiter infinitæ, ſicut nec alitèr ſunt cognoſcibiles (vt conſtat ex Doctore Angelico quæſt. 20. de *Veritate* art. 4. ad 1.) etiam ſi eſſent quidditates formalitèr infinitæ in actu, non eſſent repræſentabiles per prædictam ſpeciem; quia licèt tunc non eſſet repugnantia termini; deficeret tali ſpeciei poteſtas ipſum repræſentandi: vnde præfata ſpecies tantùm poſſet in illo caſu repræſentare eas, vt materialiter infinitas in actu, quod non extraheret dictam ſpeciem ab eſſe finitam, & limitatam; & conſequenter non permitteret illi, vt eſſet ſpecies ſimpliciter infinita.

Ad ſecundum (quod vt ex P. Amico obijcit Magiſter Maſtrius) diſtinguatur antecedens: talis ſpecies eſſet proxima cauſa infinitarum cognitionum: *infinitarum in actu*: neg. antecedens: *infinitarum in potentia*: conced. antecedens; & neg. conſequentiam. Si enim intellectus creatus eſt proxima cauſa cognitionum naturalium *infinitarum in potentia*, quin ſit ſimpliciter infinitus; cur idem negabimus prædictæ ſpeciei?

Ad tertium reſponderent Magiſter à Sancto Thoma, & PP. Salmanticenſes, qui (inter alios) ſunt

Tho-

præſentativa non tot, quin plurium quidditatum, nō repręſētaret quidditates *infinitas in actu formaliter acceptas*, etiā ſi quidditates infinitæ in actu non repugnarent.

S. Thomas.

Ad ſecundum. Cauſa proxima cognitionum infinitarum in potētia, nō eſt, quia talis, ſimpliciter infinita.

Ad tertium.

Digitized by Google

RR. à S. Thoma. PP. Salmanticenſes.

Thomiſtę opinantes, vt in antecedenti arguitur (ille diſp. 21. de Angelis art 3. num. 31. & iſti tract. 7. diſp. 5. num. 47.) conceſſo antecedenti, & negando conſequentiam; quia ſatisfacerent argumento dicendo: quod ſi ſubſtantia Angeli contineret in ſe intelligibilitatem propriam infinitorum in potentia (vt contineret illam, ſi ab eſſentia Angeli promanarent, vt proprietates, ſpecies intelligibiles omnium intelligibilium) eſſet medium ad hoc, vt Angelus cognoſceret omnia intelligibila.

Explicatur ſenſus, ſecundùm quem loquuntur, & qui non militat contra dicta.

Sanct. Thomas.

Quod, & opponitur ſtatutis à Præceptore Angelico in art. 3. quæſt. 55. primæ partis: & non cohæret cum limitatione ſubſtantiæ creatæ; vt latè fundavimus dub. 2. à num. 7. explicantes ibi diſcrimen repertum inter ſubſtantiam Angeli intelligentis, & ſpeciem intelligibilem accidentalem ei infuſſam; ratione cuius hæc poteſt (etſi in ſe limitata) tali Angelo repræſentare omnia intelligibilia, & propria ſubſtantia prædicti Angeli hoc idem non poteſt. Ex quibus habetur, quod etiam admiſſa doctrina antecedentis, non vrget conſequentia.

Tertium corollarium.

Species intelligibilis Angeli eſt clarior quavis alia ſpecie naturali intelligibili infuſſa animæ ſeparatæ, vel intellectui humano Chriſti Domini.

Claritas eſt proprietas perfectionis ſpeciei intelligibilis.

56 Tertiò eſt colligendum: ſpeciem Angelicam eſſe clariorem quacumque ſpecie naturali infuſſa animæ ſeparatæ, vel intellectui humano Chriſti Domini: quia vna ſpecies eò eſt clarior alia, quò eſt illa perfectior ſed ſpecies Angelica eſt perfectior quacumquè ſpecie naturali infuſſa Animę ſeparatæ, vel intellectui humano Chriſti Domini: ergo ſpecies Angelica eſt clarior quacumque ſpecie naturali infuſſa animæ ſeparatæ, vel intellectui humano Chriſti Domini. Prob. maiorem: proprietas ſequitur naturam cuius eſt proprietas, ſed claritas eſt proprietas perfectionis ſpeciei intelligibilis: tùm quia ſpecies intelligibilis increata; quia infinitè perfecta, eſt infinitè clara in repræſentando. Tùm quia claritas ſpeciei intelligibilis, eſt maior eius expreſsio in repræſentando, & maior expreſsio ſpeciei in repræſentando, oritur ex maiori adæquatione, & conformitate ſpeciei cum obiecto repræſentato, quæ maior adæquatio, & conformitas, haud dubiò, eſt maior perfectio intrinſeca ſpeciei: ergo vna ſpecies eò eſt clarior alia, quo eſt illa perfectior.

Si obijcias ex aliquibus Thomiſtis.

57 Si obijcias: concedi ab aliquibus Thomiſtis

tis ſpecies naturales Chriſti Domini eſſe clariores Angelicis. Parùm nos præmes, quia credimus tales Thomiſtas intelligendos eſſe, non de maiori claritate intrinſeca ſpeciei; ſed tantùm de maiori claritate extrinſeca; hoc eſt, non dicunt, quod ſpecies naturalis Chriſti Domini clariùs repræſentat ſuum obiectum, quàm ſpecies intelligibilis Angelica; ſed, quod ſpecies naturalis Chriſti Domini repræſentat obiectum magis clarum, quàm ſpecies intelligibilis Angelica, cadente maiori claritate ſupra obiectum repræſentatum, non ſupra repræſentationem obiecti, eſt dicere: *Obiectum repræſentatum ab ſpecie naturali Chriſti Domini, eſt clarius obiecto repræſentato ab ſpecie Angelica; non per hoc, quod terminet repræſentationem ſpeciei naturalis Chriſti Domini; ſed quia aliundè habet maiorem claritatem* (ſcilicèt) *ab extrinſeca revelatione Dei manifeſtante extra verbum aliquem ordinem tális obiecti ad cauſas liberas occultiſsimas, vel aliquid, quod in ipſo obiecto eſt futurum contingens liberum:* Quæ (quidem) non repræſentantur per ſpeciem naturalem illius obiecti; ſed per ſpecies ſupernaturales, quæ infuſſæ fuerunt intellectui humano Chriſti Domini, clariores intrinſecè, & vniuerſaliores Angelicis.

Si obiicias ex aliquibus Thomiſtis. Non præmes, quia vt explicatur, non ſunt contra nos.

Si tamèn ratione huius maioris claritatis extrinſecæ ſpeciei naturali Chriſti Domini velis ipſam ſpeciem naturalem Chriſti Domini eſſe ſecundùm quid perfectiorem Angelica, non id negabimus, cū in nihilo hoc lædat aſſertionem noſtram, & ideo iam inſinuatum fuit à nobis in numero 11.

Species naturalis Chriſti repræſentativa, quia extrinſecè clarior, poteſt dici perfectior ſecundūquid ſpecie Angelo infuſa.

58 Quartum corollarium eſt: Speciem naturalem Angelicam eſſe vniuerſaliorem ſpecie naturali humana, non quia proportionatur in vniuerſalitate, cum vniuerſalitate generica luminis naturalis, ſeu intellectus Angelici; ſed quia proportionatur cum eius vniuerſalitate ſpecifica. quam diſtinctionem vniverſalitatis genericæ ab ſpecifica in numero 17. ad hunc locum remiſimus; & conſiſtit in hoc, quod vniverſalitas generica, eſt immaterialitas negatiua excludēs ab intellectu in ſe ipſo omnem materiam phyſicam, quę immaterialitas, & eadem eſt in omnibus intellectibus, ſiuè Angelicis, ſiuè humanis, & ſe habet per modum poten-

Quartum Corollarium.

Species naturalis Angelis infuſſa, eſt vniverſalior ſpecie intelligibili vniuerſali homini infuſſa; nō qui-

Digitized by Google

RR. à S. Thoma. PP. Salmanticenſes.

Thomiſtę opinantes, vt in antecedenti arguitur (ille diſp. 21. de Angelis art 3. num. 31. & iſti tract. 7. diſp. 5. num. 47.) conceſſo antecedenti, & negando conſequentiam; quia ſatisfacerent argumento dicendo: quod ſi ſubſtantia Angeli contineret in ſe intelligibilitatem propriam infinitorum in potentia (vt contineret illam, ſi ab eſſentia Angeli promanarent, vt proprietates, ſpecies intelligibiles omnium intelligibilium) eſſet medium ad hoc, vt Angelus cognoſceret omnia intelligibila.

Explicatur ſenſus, ſecundùm quem loquuntur, & qui non militat contra dicta.

Sanct. Thomas.

Quod, & opponitur ſtatutis à Præceptore Angelico in art. 3. quæſt. 55. primæ partis: & non cohæret cum limitatione ſubſtantiæ creatæ; vt latè fundavimus dub. 2. à num. 7. explicantes ibi diſcrimen repertum inter ſubſtantiam Angeli intelligentis, & ſpeciem intelligibilem accidentalem ei infuſſam; ratione cuius hæc poteſt (etſi in ſe limitata) tali Angelo repræſentare omnia intelligibilia, & propria ſubſtantia prædicti Angeli hoc idem non poteſt. Ex quibus habetur, quod etiam admiſſa doctrina antecedentis, non vrget conſequentia.

Tertium corollarium.

Species intelligibilis Angeli eſt clarior quavis alia ſpecie naturali intelligibili infuſſa animæ ſeparatæ, vel intellectui humano Chriſti Domini.

Claritas eſt proprietas perfectionis ſpeciei intelligibilis.

56 Tertiò eſt colligendum: ſpeciem Angelicam eſſe clariorem quacumque ſpecie naturali infuſſa animæ ſeparatæ, vel *intellectui humano Chriſti Domini*: quia vna ſpecies eò eſt clarior alia, quò eſt *illa perfectior* ſed ſpecies Angelica eſt perfectior quacumquè ſpecie naturali infuſſa Animę ſeparatæ, vel intellectui humano Chriſti Domini: ergo ſpecies Angelica eſt clarior quacumque ſpecie naturali infuſſa animæ ſeparatæ, vel intellectui humano Chriſti Domini. Prob. maiorem: proprietas ſequitur naturam cuius eſt proprietas, ſed claritas eſt proprietas perfectionis ſpeciei intelligibilis: tùm quia ſpecies intelligibilis increata; quia infinitè perfecta, eſt infinitè clara in repræſentando. Tùm quia claritas ſpeciei intelligibilis, eſt maior eius expreſsio in repræſentando, & maior expreſsio ſpeciei in repræſentando, oritur ex maiori adæquatione, & conformitate ſpeciei cum obiecto repræſentato, quæ maior adæquatio, & conformitas, haud dubiò, eſt maior perfectio intrinſeca ſpeciei: ergo vna ſpecies eò eſt clarior alia, quo eſt illa perfectior.

Si obijcias ex aliquibus Thomiſtis.

57. Si obijcias: concedi ab aliquibus Thomiſtis

tis ſpecies naturales Chriſti Domini eſſe clariores Angelicis. Parùm nos præmes, quia credimus tales Thomiſtas intelligendos eſſe,non de maiori claritate intrinſeca ſpeciei;ſed tantùm de maiori claritate extrinſeca; hoc eſt,non dicunt,quod ſpecies naturalis Chriſti Domini clariùs repræſentat ſuum obiectum; quàm ſpecies intelligibilis Angelica;ſed,quod ſpecies naturalis Chriſti Domini repræſentat obiectum magis clarum, quàm ſpecies intelligibilis Angelica, cadente maiori claritate ſupra obiectum repræſentatum,non ſupra repræſentationem obiecti,eſt dicere: *Obiectum repræſentatum ab ſpecie naturali Chriſti Domini,eſt clarius obiecto repræſentato ab ſpecie Angelica;non per hoc,quod terminet repræſentationem ſpeciei naturalis Chriſti Domini;ſed quia aliundè habet maiorem claritatem* (ſcilicèt) *ab extrinſeca revelatione Dei manifeſtante extra verbum aliquem ordinem talis obiecti ad cauſas liberas occultiſsimas, vel aliquid, quod in ipſo obiecto eſt futurum contingens liberum:* Quæ (quidem) non repræſentantur per ſpeciem naturalem illius obiecti;ſed per ſpecies ſupernaturales, quæ infuſſæ fuerunt intellectui humano Chriſti Domini, clariores intrinſecè,& vniuerſaliores Angelicis,

Si obiicias ex aliquibus Thomiſtis. Non præmes, quia vt explicatur,non ſunt contra nos.

Si tamèn ratione huius maioris claritatis extrinſecæ ſpeciei naturali Chriſti Domini velis ipſam ſpeciem naturalem Chriſti Domini eſſe ſecundùm quid perfectiorem Angelica,non id negabimus, cũ in nihilo hoc lædat aſſertionem noſtram,& ideo iam inſinuatum fuit à nobis in numero 11.

Species naturalis Chriſto repræſentativa, quia extrinſecè clarior, poteſt dici perfectior ſecundũquid ſpecie Angelo infuſa.

58 Quartum corollarium eſt: Speciem naturalem Angelicam eſſe vniuerſaliorem ſpecie naturali humana, non quia proportionatur in vniuerſalitate, cum vniuerſalitate generica luminis naturalis, ſeu intellectus Angelici; ſed quia proportionatur cum eius vniuerſalitate ſpecifica. quam diſtinctionem vniverſalitatis genericæ ab ſpecifica in numero 17. ad hunc locum remiſsimus;& conſiſtit in hoc, quod vniverſalitas generica,eſt immaterialitas negatiua excludẽs ab intellectu in ſe ipſo omnem materiam phyſicam,quę immaterialitas,& eadem eſt in omnibus intellectibus, ſiuè Angelicis, ſiuè humanis,& ſe habet per modum poten-

Quartum Corollarium.

Species naturalis Angelis infuſſa, eſt vniverſalior ſpecie intelligibili vniuerſali homini infuſſa;nõ qui

quia proportionetur in vniuerſalitate, cum vniuerſalitate generica luminis naturalis, ſeu intellectus Angelici, ſed quia proportionetur cum eius vniuerſalitate ſpecifica.

tentiæ actuabilis, vocaturquè amplitudo, & capacitas; qua quilibet ex intellectibus, ſiuè Angelicis, ſiuè humanis, poteſt fieri omnia; & reſpectu huius capacitatis, dicitur eſſe ſpecificativum cuiuſcumquè Intellectus creati ens, in quantùm ens, vt & nos diximus dubio 3. num. 24. & 78. Vniuerſalitas verò ſpecifica ſequitur ad immaterialitatem poſitivam, ſeu actualitatem ſpiritualem, quā habet intellectus maiorem, vel minorem, ex maiori, vel minori acceſſu ad actum purum, & ſummam ſpiritualitatem (Deum ſcilicèt) ratione cuius acceſſus maioris, vel minoris habent intellectus Angelici reſpicere diſtincta ſpecificatiua.

Ita, vt quilibet intellectus Angelicus in particulari habeat ſpecificativum diſtinctum ſpecificè, ab ſpecificatiuo alterius intellectus Angelici (propriam videlicèt ſubſtantiam Angeli, cuius ſit intellectus) & omnes intellectus Angelici ſpecificativum ſpecie diſtinctum ab ſpecificatiuo intellectus humani, cuius obiectum pro ſtatu concretionis, eſt quidditas ſenſibilis, & pro ſtatu ſeparationis, quidditas ſpiritualis propriæ Animæ (vt rectè animadvertit Magiſter à Sancto Thoma tomo 1. in 1. partem, diſp. 12. art. 2. & in libris de Anima quæſt. 10. artic. 3.) Iam ex explicatione huius diſtinctionis, vniuerſalitatis genericæ ab vniuerſalitate ſpecifica faciliùs percipitur, quare non debeat conformari vniuerſalitas ſpeciei Angelicæ (reſpectiuè ad humanam, vel particularem, vel minus vniuerſalem Angelica) cum vniuerſalitate generica luminis naturalis Angelici; ſed præciſè cum ſpecifica; quia cum omnes intellectus creati ſint æquales in vniuerſalitate generica, non poteſt ſpecies infuſſa intellectui A, præ intellectu B, eſſe vniuerſalis, & infuſſa intellectui B, particularis, vel minus vniuerſalis, quàm infuſſa intellectui A, quia infuſſa intellectui A, ſeruet proportionem in vniuerſalitate, cum eius vniuerſalitate generica; quod benè concipitur, ſi fiat proportio cum ſua vniuerſalitate ſpecifica, in qua, & vnus intellectus Angelicus eſt vniuerſalior alio Angelico: & omnes intellectus Angelici ſunt vniuerſaliores intellectu humano.

RR. à S. Thoma.

Omnes intellectus creati ſunt æquales in vniuerſalitate generica.

Digitized by Google

§. V.

Aliud Corollarium obſervatione dignum.

39 QVintum, quod hic obſervari deſideramus, (ne fortè videatur minùs aſſueto lectioni Angelici Magiſtri, nos ab eius clariſsima diſcedere mente, quam ſemper, vt lucem reuerenter amamus, & auiditer ſequimur) eſt habere magnum fundamentum in traditis à Præceptore Angelico, quod intellectui humano Chriſti Domini fuerunt infuſſæ ſpecies ſupernaturales vniuerſaliores Angelicis: quia etſi oppoſitum frequentiùs defendatur à Thomiſtis, vt verum in principijs noſtri Doctoris, nobis firmiſsimè eiſdem principijs adhærentibus, non ſic apparet; cum Sanctiſsimus Doctor noſter in 3. Sententiarum, diſt. 14. art. 3. quæſtione 4. expreſsè docuiſſet per verba relata in numero 15. & 16. fuiſſe infuſſas intellectui humano Chriſti Domini ſpecies ſupernaturales vniuerſaliores Angelicis; nec ſentit aliud in 3. part. quæſt. 11. art. 6. dum in reſolutione articuli, aiebat: *Scientia indita Animæ Chriſti, habuit modum connaturalem animæ humanæ; eſt autèm connaturale animæ humanæ, vt recipiat ſpecies in minori vniverſalitate, quàm Angeli.*

Quintum corollarium.

Fundatur in Doctore Angelico, quod intellectui humano Chriſti D. fuerunt infuſſæ ſpecies ſupernaturales vniuerſaliores Angelicis.

Ex probatione huius totum noſtrum pendet intentum (ſiquidèm a contrarijs, nec adducitur, nec adduci poteſt in ſui favorem alterum præter hoc expreſsius, nec æquè clarum teſtimonium) & ita probatur: in hoc articulo 3. partis, loquebatur Angelicus Magiſter de ſpeciebus purè naturalibus Chriſti Domini (quas fuiſſe infuſſas intellectui humano Chriſti Domini in minori vniuerſalitate, quàm Angelis, vt certum in numero 17. admiſsimus) non de ſpeciebus ſupernaturalibus: ergo non fauet opinioni contrariæ, præcitatus articulus. Prob. antecedens: Tum quia (vt in num. 16. notabamus) ibi explicabat Doctor Angelicus ſpecies Chriſti Domini per ſpecies infuſſas animæ ſeparatæ (præciſsè, quia tali) & cum animæ ſeparatæ (præcisè, quia tali) tantū in-

S. Thomas in 3. p. loquebatur de ſpeciebus purè naturalibus.

Animæ ſeparatæ, præciſsè, quia tali, tantū infundūtur ſpecies naturales.

Digitized by Google

infundantur ſpecies naturales(ſecundùm omnes Theologos) ſpecies Chriſti ibi expoſitæ, tantùm erant naturales.

Tùm quia licèt poſsint comparati ſupernaturalia cũ naturalibus, vt inferatur ſupernaturalia excedere naturalia, non decet(& multò minùs tantum Doctorem, ac Angelicum noſtrum) comparare ſupernaturalia cum naturalibus, vt concludatur ſupernaturalia excedi à naturalibus; ſed ibi comparantur expreſsè ſpecies Chriſti Domini tantùm cum ſpeciebus naturalibus Angelicis (iuxta Illuſtriſsimum Godoy nobis in aſſumpto oppoſitum, tomo 2. in 3. partem, diſp. 37. numero 108.) ergo non poteſt ex hoc loco deduci ſpecies ſupernaturales Chriſti Domini fuiſſe infuſſas in minori vniuerſalitate, quã fuerunt infuſſæ Angelis ſpecies naturales. Tùm quia Subtiliſsimus Caietanus in Commentario illius articuli, intellexit prædicta verba de ſpeciebus naturalibus, & de ſcientia per ſe infuſſa naturali Chriſti Domini, vt conſtabit ipſum legenti, & viſum fuit Illuſtriſsimo Godoy tomo immediatè citato, diſp. 32. numero 26. Tùm attentè conſiderando in ſuprà allatis verbis: ly *modum connaturalem*, & ly eſt *autem connaturale*, qui termini, non poſſunt intelligi reſpectiuè ad ſpecies ſupernaturales(cum ſpecies ſupernaturales vtpote ſupra omnem exigentiam naturalem animæ Chriſti, non poſsint appellari connaturales Animæ Chriſti, inſpectæ tantùm ſecundùm ſuum eſſe naturale, vt ibi accipitur) ſed ſolùm relatè ad ſpecies naturales.

Non decet cõparare ſupernaturalia cum naturalibus, vt inferatur ſupernaturalia excedi à naturalibus.

Illuſt. Godoy.

Card. Caietanus.

Ly *cõnaturale*, vt hic, acipitur, nõ poteſt intelligi reſpectiuè ad ſupernaturalia.

Si dicas.

60 Si dicatur(iuxta communem explicationem Thomiſtarum) ly *connaturale*, non eſſe accipiendum, ita vt intelligatur pro eodem, ac *exigentia*, quia repugnat ſpecies ſupernaturales exigi ab Anima Chriſti Domini ab intrinſeco, & ratione ſui eſſe naturalis; ſed poteſt interprætari *connaturale* pro eodem, *ac conformitas*; faciendo hunc ſenſum: *Eſt conforme animæ humanæ, vt intelligat per ſpecies ſupernaturales minus vniuerſales Angelicis*; quia eſt naturale animæ humanæ (adhuc in ſtatu ſeparationis) vt intelligat per ſpecies naturales minus vniverſales Angelicis, & Deus ſe conformat cum naturali modo in-

Digitized by Google

intelligendi animæ humanæ, quoad infuſsionem ſpecierum ſupernaturalium; cum earum ſupernaturalitati tantum opponatur connaturalitas, quæ ſit *exigentia à natura*; non tamen connaturalitas, quæ præciſsè *ſit conformitas cum natura.*

61 Inquirimus, cur non conformatur Deus cum modo naturali minus vniuerſali intelligendi animę humanę, quoad infuſsionem luminis ſupernaturalis ſcientiæ per ſe infuſæ ſupernaturalis, quod eſt vniuerſalius omni lumine naturali, & ſupernaturali Angelico, vt ab omnibus fatetur Thomiſtis? Si ergo etiam ſi ſit naturale animæ humanæ, vt intelligat per intellectum, ſiue lumen naturale minus vniuerſale Angelico (vniuerſalitate ſpecifica numero 58. explicata) non ſe conformat Deus cum tali modo minus vniverſali intelligendi, quoad infuſsionem luminis ſupernaturalis; nec etiam ſi ſit naturale animæ humanæ, vt intelligat per ſpecies naturales minus vniuerſales Angelicis, ſe conformabit Deus cum iſto modo naturali minus vniuerſali intelligendi, vt infundat ſpecies ſupernaturales; igitur minùs fundata eſt hæc interpretatio. Comparantur ſpecies intelligibiles ſupernaturales cum lumine ſupernaturali ſcientiæ per ſe infuſę ſupernaturalis, quoad hoc, quod eſt non infundi à Deo animæ humanæ ſe conformando cũ modo naturali intelligendi animæ humanæ.

62 Tùm, & præcipuè prob. principale primum antecedens. Contrarij ly *connaturale*, non accipiũt, vt ſonat, ſed vtuntur interpretatione tradita, vt poſsit applicari connaturalitas ſpeciebus ſupernaturalibus, ſimul ſentiente maiori eorum parte. Div. Thomam in hoc articulo retractaſſe, quæ dixerat in ſententiarijs; nos intelligimus ly *connaturale*, vt ſonat, applicantes ly *connaturale* ad ſpecies naturales; quia ex ſententiarijs ſcimus Angelicum Præceptorem nobis propicium fuiſſe, & quia quamlibet interpretationem illius vocis *connaturale* iudicamus minus conformen rei, ad quam dirigitur dicendo, quod: *Eſt connaturale Animæ Chriſti Domini (conſideratæ ratione ſui eſſe naturalis) recipere ſpecies ſupernaturales, & ſcientiam per ſe infuſſam ſupernaturalem.* *Connaturale* nõ accipitur hic ab AA. noſtræ doctrinæ oppoſitis, vt a nobis accipitur.

Sanct. Thomas.

Perpendite iam, pro qua ex his partibus Angelicus Magiſter adeſt? & conſulite Patres Salmanticenſes tractatu 7. de Angelis, diſp. 5. num. 98. affirmantes, quod: *ſi Animæ Chriſti Domini infuſſæ, ſunt ſpecies ſuperna-* *PP. Salmanticenſes.*

naturales (de qua alibi) *non eſt inconveniens concedere eas eſſe vniuerſaliores ſpeciebus naturalibus Angelicis*; quod non auderent dicere tàm præclari Thomiſtæ (non inferiores Salmanticenſibus Authoribus 3. partis ſubſcribentibus ſententiæ, noſtræ, contrariæ in ſuo tractatu 21. diſp. 21. à numero 8. vſquè ad 13.) ſi Angelicus Mag. oppoſitam ſententiam doceret.

Si obijcias ſequi ex hoc, quod intellectui Beatiſsimæ Virginis fuerũt infuſſæ ſpecies ſupernaturales vniuerſaliores Angelicis.

63 Si obijcias: ſequi ex noſtra reſolutione, quod non ſolùm intellectui humano Chriſti Domini; ſed quod etiam intellectui Sacratiſsimæ Virginis fuerunt infuſſæ ſpecies ſupernaturales vniuerſaliores Angelicis. Cum noſtrum fundamentum ſit; quia Chriſtus Dominus in ordine ſupernaturali, & gratiæ Angelos ſupperauit, & non poſsit negari Beatiſsimam Virginem exceſſiſſe Angelos in gratia, & donis ſupernaturalibus, vt quæ proximior erat Authori gratiæ (auguſtè hoc, more ſuo, exprimente Doctore Angelico 3. part. quæſt. 27. artic. 5. ad 1. dicendo, quod: *Beata Virgo Maria, tantum gratiæ obtinuit plenitudinem, vt eſſet propinquiſsima Authori gratiæ*) & conſequenter idem proportionabiliter ſentiendum erit de omnibus intellectibus humanis; ſi omnes homines in gratia, & donis ſupernaturalibus Angelos ſupperaſſent.

S. Thomas.

Hoc concedimus, efficaci ratione fundati.

64 Non renuimus concedere (in ſupplex religioſum aliquale obſequium Auguſtiſsimæ Dominæ noſtræ hominum, & Angelorum Reginæ) fuiſſe infuſſas ſacro ſuo intellectui ſpecies ſupernaturales vniuerſaliores Angelicis; quia piè hoc ſentimus, haud efficaci ſequenti deſtituti ratione: ſpecies ſpecificè perfectiores Angelicis, ſunt vniuerſaliores Angelicis (vt fundatum fuit in numero 11.) ſed intellectui Immaculatæ Virginis fuerunt infuſſæ ſpecies ſupernaturales perfectiores ſpecificè ſupernaturalibus Angelicis (& potiori titulo naturalibus Angelicis) ergo Sãctiſsimę Dominę noſtræ fuerunt infuſſæ ſpecies ſupernaturales vniuerſaliores Angelicis Prob. minorẽ: Intellectui humano Chriſti Domini fuerunt infuſſæ ſpecies ſupernaturales ſpecificè perfectiores ſupernaturalibus Angelicis; ergo intellectui puriſsiſsimæ Virginis fuerũt infuſſę ſpecies ſupernaturales ſpecificè perfectiores Angelicis.

Intellectui Immaculatæ Virginis fuerunt infuſſæ ſpecies ſupernaturales perfectiores ſpecificè ſupernalibus Angelicis.

An-

Antecedens conſtat ex Illuſtriſsimo Goddy (tomo 2. in 3. partem, diſput. 37. à numero 108. vſque ad 111. & conſequentiam prob. Ideò ſecundùm illum præſtantiſsimum Doctorem fuerunt infuſſæ intellectui humano Chriſti Domini ſpecies ſupernaturales ſpecificè perfectiores Angelicis ſupernaturalibus (defacto infuſsis) quia hoc exigebat moraliter, non gratia habitualis (quæ eiuſdem ſpeciei fuit in Chriſto Domino, & in Angelis) ſed dignitas vnionis hypoſtaticæ; ſed ſeruata proportione diſcurrendum eſt de exigentia morali dignitatis Matris Dei, ac de exigentia morali dignitatis vnionis hypoſtaticæ (quia, vt docuit Angelicus Magiſter prima parte, quæſt. 25. artic. 6. ad 4. eſt dicendum: *Quod humanitas Chriſti ex hoc, quod eſt vnita Deo; & Beata Virgo ex hoc, quod eſt Mater Dei habent quandam dignitatem infinitam ex bono infinito, quod eſt Deus*) ergo intellectui venerandæ Virginis fuerunt infuſſæ ſpecies ſupernaturales perfectiores ſpecificè ſupernaturalibus Angelicis.

Illuſt. Godoy.

S. Thomas. Beatiſsima Virgo ex hoc, quod eſt Mater Dei habet quidam dignitatē infinitam.

65 Cui conſonat; quod ſi Angelo omnium ſpirituum cœleſtium in perfectione primo, quia Supræmo, fuerunt infuſſæ ſpecies vniuerſaliores infuſsis inferioribus Angelis, quid eſt mirandum fuiſſe infuſſas ſpecies ſupernaturales vniuerſaliores ſupernaturalibus Angelicis Sacro-Sanctæ Deiparæ: quam (vt proclamabat Sanctus Anſelmus de excellentia Virginis cap. 4.) *Tota Chriſtianitas nouit, quæ illam ſuper omnes Cœlos exaltatam, & Angelicis Choris prælatam certiſsimè credit.*

Ex eo, quod in Angelo ſupræmo evenit, colligitur fuiſſe infuſſas Sanctiſsimæ Virgini, ſpecies ſupernaturales vniuerſaliores Angelicis.

S. Anſelmus.

66 Nihilominùs: quia (Sancto Damaſceno aſſerente in ſermone 1. de dormitione Virginis): *Dei Matris, & ſeruorum Dei infinitum eſt diſcrimen*; de nullo alio intellectu humano, & ſi eſſet, viri gratia præ Angelis ornatiſsimi, idem (defacto) affirmaremus, quia deficeret in illo (ob tantam à Matre Dei diſtantiam) motivum dignitatis quamdam infinitatem habentis, à quo vnicè ducti ſumus, vt ſimilem proportionabiliter excellentiam, in ſupernaturaliter intelligendo, Matri Dei, ac homini Deo tribuamus,

S. Damaſcenus. Quod de nullo alio intellectu humano (& ſi eſſet viri gratia præ Angelis ornatiſsimi) defacto affirmaremus.

S. Thomas. *Scotus.* *Gregorius.* *Ocham.* Et alij relati à *P. Ripalda.*

Et hæc de hoc dubio applicando lib. 2. ſentent. Tū diſt. 2. vbi illud mouent Gregorius quæſt. 5. art. 1. & Ocham q. 18. Tùm diſt. 3. vbi de illo S. Thomas quæſt. 3. art. 2. ad 1. Doct. Subtilis quæſt. 10. & alij relati ibi à P. Ripalda. quæſt. 6. ſub qua hoc dubium comprehenditur.

DVBIVM V.

Vtrùm ſpecies intelligibiles Angelicæ, eò ſint vniverſaliores, quò Angeli ſunt perfectiores?

§. I.

Prænotantur aliqua, & ſententiæ referuntur.

Primum notabile.

Omnes Angeli inter ſe diſtinguuntur ſpecificè.

S. Thomas.

Repugnat adhuc de potentia Dei abſoluta, quod dentur duo Angeli vnius ſpeciei.

1 PRO præſentis dubij elucidatione 1. prænotandum eſt: Id, quod iam pluries indicavimus: omnes (ſcilicèt) Angelos inter ſe diſtingui ſpecificè: Tum, quia hoc ita fuit traditum ab Angelico Magiſtro; vt non ſolùm iudicaret Angelos defacto diſtingui ſpecificè, verùm, & affirmaret 1. part. quæſt. 50. artic. 4. repugnare adhuc de potentia Dei abſoluta, quod dentur duo Angeli vnius ſpeciei, cum deficiat omnibus Angelis compoſitio ex materia, & forma, ex qua habetur multiplicatio purè numerica; quia prædicta multiplicatio, non oritur ex aliquo addente perfectionem ad eſſe ſpecificum; ſed ex aliquo potentialitatem, & potentiam phyſicam exprimente, quod quidèm tantùm eſt materia phyſica. Vnde quælibet natura ſpecifica, materia phyſica expers, non eſt capax multiplicationis purè numericæ intra proprios limites naturę ſpecificæ (conſultò diximus multiplicationis purè numericæ, vt fiat notum, non repugnare diſtinctionem numericam re-

Digitized by Google

rebus ſpecificè diſtinctis; quibus cum hoc, quod eſt diſtingui ſpecificè, poteſt ſimul convenire numericè diſtingui) *Si ergo Angeli non ſunt compoſiti ex materia, & forma* (inferi Angelicus Magiſter) *ſequitur, quod impoſibile ſit duos Angelos eſſe vnius ſpeciei.*

Quod infertur ex hoc, quod non ſunt compoſiti ex materia, & forma.

In quibus verbis ly *impoſsibile* non eſt accipiendum pro quacumque impoſsibilitate (vt prætendit Ferrarienſis 2. contra Gentes cap. 33. cui aliqui ex Thomiſtis adhęrent) ſed pro omnimoda, ita vt ſit ſenſus; *nec de potentia Dei abſoluta poſſunt duo Angeli pure numericè multiplicari*; (ſic intelligente AngelicumPræceptorem maiori Thomiſtarum parte) & meritò, quia defectus materiæ phyſicæ, ex qua ſint compoſiti Angeli, probat repugnantiam (adhuc reſpectivè ad poſſe abſolutum Dei) vt poſſint purè numericè multiplicari. Tùm vt ſic poſsimus noſtram controverſiam reſolvere loquendo vniverſaliter de omnibus Angelis, quia (vt benè obſervat P. Suarez lib. 2. de Angelis cap. 10.) ſi aliqui Angeli ſolùm diſtinguantur numericè (quod ipſe probabile exiſtimat) nō poteſt dubitari, an tales Angeli eò intelligant per ſpecies vniverſaliores, quo ſint in natura perfectiores? Non tamèn procedet quæſtio de ſpeciebus ſupernaturalibus; ſed de naturalibus: quia intelligere per ſpecies ſupernaturales, magis, aut minus vniverſales non commenſuratur cum maiori, vel minori ſuperioritate naturæ intellectualis creatæ; ſed præciſsè cum maiori, vel minori perfectione luminis ſupernaturalis, vt iam fuit determinatum in dubio 4. à num. 11. vſque ad 17.

Ferrarienſis.

P. Suarez.

Hæc quæſtio non procedit de ſpeciebus ſupernaturalibus, ſed de naturalibus.

2 2. Prælibandum eſt: hanc quæſtionem poſſe exagitari de Angelis ſpecie diſtinctis; ita tamèn, quod ratio diſtinctionis ſpecificæ non ſit id, ex quo deducitur maior, vel minor vniuerſalitas ſuarum ſpecierum, ſed vnicum principium huius maioris vel minoris vniverſalitatis, ſit convenientia Angelorum in aliquo ordine, vel habitudine Hierarchica; vnde cum in tanto numero Angelorum ſit triplex Hierarchia, & 9. ordines reducti ad triplicem Hierarchiam: poteſt exagitari præſens quęſtio; vel inquirendo an ex maioritate, vel ſuperioritate tantùm Hierarchiæ, inferenda ſit maior, vel minor vniuerſalitas ſpecierum Angelorum; ita vt omnes Angeli vnius Hie-

Secundum notabile.

Quæ quæſtio exagitari poteſt de Angelis ſpecie diſtinctis, ita quod ratio diſtinctionis ſpe-

Digitized by Google

S. Thomas. Scotus. Gregorius. Ocham, Et alij relati à *P. Ripalda.*

Et hæc de hoc dubio applicando lib. 2. ſentent. Tū diſt. 2. vbi illud mouent Gregorius quæſt. 5. art. 1. & Ocham q. 18. Tùm diſt. 3. vbi de illo S. Thomas quæſt. 3. art. 2. ad 1. Doct. Subtilis. quæſt. 10. & alij relati ibi à P. Ripalda. quæſt. 6. ſub qua hoc dubium comprehenditur.

DVBIVM V.

Vtrùm ſpecies intelligibiles Angelicæ, eò ſint vniverſaliores, quò Angeli ſunt perfectiores?

§. I.

Prænotantur aliqua, & ſententiæ referuntur.

Primum notabile.

Omnes Angeli inter ſe diſtinguuntur ſpecificè.

S. Thomas.

Repugnat adhuc de potentia Dei abſoluta, quod dentur duo Angeli vnius ſpeciei.

1. PRO præſentis dubij elucidatione: 1. prænotandum eſt: Id, quod iam pluries indicavimus: omnes (ſcilicèt) Angelos inter ſe diſtingui ſpecificè: Tum quia hoc ita fuit traditum ab Angelico Magiſtro; vt non ſolùm indicaret Angelos defacto diſtingui ſpecificè, verùm, & affirmaret 1. part. quæſt. 50. artic. 4. repugnare adhuc de potentia Dei abſoluta, quod dentur duo Angeli vnius ſpeciei, cum deficiat omnibus Angelis compoſitio ex materia, & forma, ex qua habetur multiplicatio purè numerica; quia prædicta multiplicatio, non oritur ex aliquo addente perfectionem ad eſſe ſpecificum; ſed ex aliquo potentialitatem, & potentiam phyſicam exprimente, quod quidèm tantùm eſt materia phyſica. Vnde quælibet natura ſpecifica, materia phyſica expers, non eſt capax multiplicationis purè numericæ intra proprios limites naturę ſpecificæ (conſultò diximus multiplicationis purè numericæ, vt fiat notum, non repugnare diſtinctionem numericam re-

rebus ſpecificè diſtinctis; quibus cum hoc, quod eſt diſtingui ſpecificè, poteſt ſimul convenire numericè diſtingui) *Si ergo Angeli non ſunt compoſiti ex materia, & forma* (infert Angelicus Magiſter) *ſequitur, quod impoſibile ſit duos Angelos eſſe vnius ſpeciei.*

Quod infertur ex hoc, quod non ſunt compoſiti ex materia, & forma.

In quibus verbis ly *impoſsibile* non eſt accipiendum pro quacumque impoſsibilitate (vt prætendit Ferrarienſis 2. contra Gentes cap. 33. cui aliqui ex Thomiſtis adhęrent) ſed pro omnimoda, ita vt ſit ſenſus; *nec de potentia Dei abſoluta poſſunt duo Angeli purè numericè multiplicari*; (ſic intelligente Angelicum Præceptorem maiori Thomiſtarum parte) & meritò, quia defectus materiæ phyſicæ, ex qua ſint compoſiti Angeli, probat repugnantiam (adhuc reſpectivè ad poſſe abſolutum Dei) vt poſſint purè numericè multiplicari. Tùm vt ſic poſsimus noſtram controverſiam reſolvere loquendo vniverſaliter de omnibus Angelis, quia (vt benè obſervat P. Suarez lib. 2. de Angelis cap. 10.) ſi aliqui Angeli ſolùm diſtinguantur numericè (quod ipſe probabile exiſtimat) nō poteſt dubitari, an tales Angeli eò intelligant per ſpecies vniverſaliores, quo ſint in natura perfectiores? Non tamèn procedet quæſtio de ſpeciebus ſupernaturalibus; ſed de naturalibus: quia intelligere per ſpecies ſupernaturales, magis, aut minus vniverſales non commenſuratur cum maiori, vel minori ſuperioritate naturæ intellectualis creatæ; ſed præciſsè cum maiori, vel minori perfectione luminis ſupernaturalis, vt iam fuit determinatum in dubio 4. à num. 11. vſque ad 17.

Ferrarienſis.

P. Suarez.

Hæc quæſtio non procedit de ſpeciebus ſupernaturalibus, ſed de naturalibus.

2 2. Prælibandum eſt: hanc quæſtionem poſſe exagitari de Angelis ſpecie diſtinctis; ita tamèn, quod ratio diſtinctionis ſpecificæ non ſit id, ex quo deducitur maior, vel minor vniuerſalitas ſuarum ſpecierum, ſed vnicum principium huius maioris vel minoris vniverſalitatis, ſit convenientia Angelorum in aliquo ordine, vel habitudine Hierarchica; vnde cum in tanto numero Angelorum ſit triplex Hierarchia, & 9. ordines reducti ad triplicem Hierarchiam: poteſt exagitari præſens quęſtio; vel inquirendo an ex maioritate, vel ſuperioritate tantùm Hierarchiæ, inferenda ſit maior, vel minor vniuerſalitas ſpecierum Angelorum; ita vt omnes Angeli vnius Hie-

Secundum notabile.

Quæ quæſtio exagitari poteſt de Angelis ſpecie diſtinctis; ita quod ratio diſtinctionis ſpe-

ſpecificæ non ſit id ex quo deducitur maior, vel minor vniverſalitas ſuarũ ſpecierum intelligibilium; ſed convenientia Angelorum in aliquo ordine, vel habitudine Hierarchica.

Hierarchiæ intelligant per æquè vniverſales ſpecies? Vel an ex ſuperioritate tantùm in ordine probanda ſit, maior, vel minor vniuerſalitas harum ſpecierum; ita vt omnes Angeli vnius ordinis, intelligant per ſpecies æquè vniverſales? Vel denique, an etiam præſens dubiũ, diſputandũ ſit de maioritate, vel minoritate vniverſalitatis iſtarũ ſpecierũ, deducta ex maioritate, vel minoritate perfectionis ſpecificç Angelicæ; ita vt quilibet Angelus ſuperior alio, non ſolùm in Hierarchia, vel in ordine; ſed etiam in eſſe ſpecifico, intelligat per ſpecies vniuerſaliores ſpeciebus, per quas intelligat Angelus ſibi inferior in eſſe ſpecifico?

Prima ſententia negativa. Pro qua ſunt *Scotus, Aureolus Maior*

3 Variæ ſunt Theologorum ſententiæ circa aſſumptum propoſitum; nam alij, & ſi gratis admittant Angelos intelligere per ſpecies vniuerſales, acritèr impugnant poſſe Angelum ſuperiorem intelligere per ſpecies vniuerſaliores ſpeciebus, per quas intelligat Angelus inferior; ita ſentit Pater Vazquez tomo 2. in primam partem diſp. 203. vbi relata ſententia Angelici Magiſtri aſſerit iſtam non conſtare ratione firma, vtens argumento, quo antea rationem Div. Thomæ impugnavit Scotus in 2. diſtinctione 3. quæſtione 10. cui conſentit Pater Molina ſuper articulum 3. quæſtionis 55. 1. partis; addendo, quod facilimè ſolvuntur omnia fundamenta, quibus innititur Præceptor Angelicus; his adiunge Aureolum in 2. diſt. 11. quæſtione 3. Maiorem ibi diſt. 3. quæſt. 6. Fabrum diſp. 26. Radam controverſia 9. artic. 1. Vulpem diſput. 12. art. 7. Magiſter Delgadillo cap. 4. de Angelis. diſtic. 3. num. 83. & alios paſsim Scotiſtas, quos refert, & ſequitur Magiſter Maſtrius in 2. ſententiarum diſp. 2. quæſt. 7. art. 1. & 7.

P. Vazquez. P. Molina.

Fabrus. Rada. Vulpes. MM. Delgadillo, & Maſtrius.

Vbi affirmat, quod Thomiſtæ mirabilia effutiunt ad ſuam tuendam concluſionem, ſemper tamèn divinando, & ſine vllo prorſus fundamento rationis, aut ſolidæ authoritatis diſcurrendo: hanc ſententiam etiam defendunt PP Arriaga diſp. 7. de Angelis ſect. 3. Arrubal diſp. 165. cap. 2. & Herrera quæſt. 7. de Angelis num. 37. non rectè citans pro ſe P. Quiros 1. part. quæſt. 56. ſect. 4. cum ibi potius ſit pro ſententia oppoſi-

PP. Arriaga, Arrubal, & Herrera.

ſita; vt conſtabit legenti illum præſertim in num. 13. in fine, & licet in num. 14. neget Angelo ſuperiori pauciores ſpecies, quàm inferiori infuſas, eas iudicat vniverſaliores; poteſtque pro hac ſententia adduci Henricus, qui in quodlibeto 5. quæſtione 4. cenſuit: quod omnes Angeli cuncta intelligunt per vnicam ſpeciem æquè vniverſalem, vel potius vniuerſaliſsimam, qualis e.t habitus, quem ipſe pro ſpecie intelligibili in Angelis recognoſcit. *Henricus.*

Alij verò, per oppoſitam viam diſcurrunt: aſſerendo; quod omnes Angeli intelligunt per ſpecies vniuerſales conformiter ad ſuum eſſe ſpecificum: vnde ſi vnus Angelus, ſit alio perfectior in eſſe ſpecifico, intelligat per ſpecies magis vniuerſales, quàm qui in tali eſſe ſit inferior; ita docuit Angelicus Magiſter 1. p. q. 55. art. 3. quem ſequuntur P. Suarez lib. 2. de Angelis cap. 15. num. 3. redarguens P. Vazquez de inconſequentia doctrinæ traditæ ab ipſo in diſp. 202. de Angelis, à qua videtur recedere, vel nihil cum ea conformari in diſp. 203. eundem Vazq. impugnat ſuus amantiſsimus Alarcon, qui in tractatu 7. de Angelis diſp. 3. ſect. 3. hanc ſententiam propugnat; pro qua eſt etiam (cum alijs ex Schola Societatis) P. Valentia, qui diſp. 4. de Angelis q. 6. p. 3. ait *hanc eſſe veram, & in ſcholis communitèr receptam ſententiam*: ſtantibus pro ea pluribus, & principalioribus Thomiſtis ſequentibus ſuum Angelicum Magiſtrum; vt ſunt PP. Salmanticenſes, tract. 7. de Angelis diſp. 5. num. 79. Mag. à Sancto Thoma diſp. 21. de Angelis art. 4. num. 9. Magiſter Ferre q. 3. de Angelis §. 3. Magiſter Lezana in 1. partem diſp. 20. dubio vnico, & alij quàm multi.

Secunda ſentētia, ex oppoſito affirmativa, & pro ea ſunt.
Sanct. Thomas.
P. Suarez.
P. Alarcon.
P. Valentia.
Alijquè ex Societate.
Et ex Thomiſtis.
Principaliores & alij plurimi.
PP. Salmanticenſes.
RR. à S. Thoma.
M. Ferre.
M. Lezana.

Alij tandèm, per mediam gradiuntur viam, iudicando, quod Angeli, quò ſuperiores ſunt in ordine, vel in Hierarchia, intelligunt per ſpecies vniuerſaliores, quam illi, qui ſunt in inferiori ordine, vel Hierarchia; non tamèn intelligunt per vniuerſaliores ſpecies, quò ſunt perfectiores, vel ſuperiores in eſſe ſpecifico; ſic iudicarunt Ferrarienſis 2. Contra Gentes cap. 98. Ægidius, & Hervæus in 2. diſt. 3. necnon Magiſter Bañez. 1. part. quæſt. 55. art. 3. & in hoc idem inclinat Pater Auerſa tom. 2. in 1. part. quæſt. 55. ſect. 3.

Ferrarienſis.
Ægidius.
Hervæus.
M. Bañez.
P. Averſa.

§.

§. II.

Noſtra ſtatuitur Concluſio:

Angeli eò intelligant per ſpecies vniverſaliores, quò ſunt perfectiores in eſſe ſpecifico.

Philoſophus. S. Dionyſius. D. Thomas. Ex quibus colligitur affirmativa concluſio.

4 HÆc concluſio colligitur tū ex Philoſopho lib. *de cauſis* c. 10. Tu ex magno illo Theologo de rebus Angelicis peritiſsimo (vtpote, qui ab omnibus poſt illū Doctoribus tanquam oraculum in explanatione naturæ Angelicæ auſcultatur, & colitur), Divo, ſcilicèt, Dionyſio in ſua Cœleſti Hierarchia cap. 10. 12. & 15. cuius mens, nec obnubilari potuit in re noſtra à tàm varia, & ſubtili contrariorum interpretatione, vt conſtabit legenti Patres Salmanticenſes tractatu 7. de Angelis diſp. 5. à num. 79. & Mag. à Sancto Thoma. diſp. 21. de Angelis art. 4. à num. 10. Tum ex Angelico Magiſtro in 1. part. quæſt. 55. art. 3. & in q. 108. art. 1. in 2. diſt. 3. q. 2 art. 2. in 2. contra Gentes cap. 98. in opuſcul. 2. cap. 81. in quæſtione diſputata de *Anima* artic. 7. in corpore, & in ſolutione ad 5. & in quæſt. 8. de *Veritate* art. 10. quibus in locis multipliciter declaravit concluſionem noſtram Præceptor Angelicus; à quo vnicam huius aſſerti probativam hauriemus rationem. eius firmitatem à contrariorum iaculis, pro poſſe noſtro, vindicantes.

Quæ probatur à ratione, ex *Div. Thoma* deprompta.

Species intelligibilis vniuerſalis perfectior, eſt ſpecies vniverſalior.

5 Species illa intelligibilis vniverſalis, quæ ſit perfectior ſpecificè alia ſpecie intelligibili vniuerſali, eſt ſpecies intelligibilis alia vniverſali vniuerſalior; ſed ſpecies intelligibilis vniuerſalis infuſſa Angelo A perfectiori ſpecificè Angelo B, eſt ſpecies intelligibilis vniuerſalis perfectior ſpecificè ſpecie intelligibili vniverſali, infuſſa Angelo B: ergo ſpecies intelligibilis vniuerſalis, infuſſa tali Angelo A, eſt vniuerſalior ſpecie intelligibili infuſſa illi Angelo B: ergo ſpecies intelligibiles vniverſales, infuſſæ Angelo perfectiori alio in eſſe ſpecifico, ſunt ſpecies vniverſaliores. Secunda conſequentia legitimè ex prima deducitur; ſicut ex præmiſsis prima, minor

non

non negatur à contrarijs,& maiorem(licet in toto noſtro dubio 4. latè fundatam)ſic nunc prob. ſpecies intelligibilis vniuerſalis perfectior ſpecificè alia intelligibili vniverſali, eſt ſpecies actualior alia intelligibili vniuerſali; ſed ſpecies intelligibilis vniuerſalis actualior alia ſpecie inteligibili vniuerſali, eſt ſpecies intelligibilis vniverſalis vniuerſalior alia intelligibili vniuerſali: ergo ſpecies illa intelligibilis vniverſalis, quæ ſit perfectior ſpecificè alia ſpecie intelligibili vniverſali, eſt ſpecies intelligibilis alia vniuerſali vniuerſalior. Prob. minorem. Species intelligibilis vniuerſalis, actualior alia intelligibili vniverſali, eſt ſpecies vniuerſalis, per quam intelligat intelligens minus habens de potentia, & magis de actu, quàm aliud intelligens per ſpeciem vniuerſalem minus actualem; ſed ſpecies intelligibilis vniuerſalis, per quam intelligat intelligens minus habens de potentia, & magis de actu, quàm aliud intelligens per ſpeciem vniverſalem minus actualem, eſt ſpecies intelligibilis vniuerſalis vniverſalior alia ſpecie intelligibili vniverſali: ergo ſpecies intelligibilis vniuerſalis, actualior alia ſpecie intelligibili vniuerſali, eſt ſpecies intelligibilis vniuerſalis vniuerſalior alia intelligibili vniverſali.

Prob. minorem: ſpecies intelligibilis vniuerſalis, per quam intelligit, quod tantum eſt actus, & nihil habet de potentia, eſt vniuerſalior quacumque ſpecie intelligibili vniuerſali, per quam intelligat illud intelligens, quod aliquid habeat de potentia: ergo ſpecies intelligibilis vniuerſalis, per quam intelligat intelligens minus habens de potentia, & magis de actu, quàm aliud intelligens per ſpeciem vniuerſalem minus actualem, eſt ſpecies intelligibilis vniverſalis, vniuerſalior alia intelligibili vniuerſali. Prob. antecedẽs: eſſentia divina, in quãtũ repreſentat intellectui Divino omnia obiecta Deo inferiora, eſt ſpecies intelligibilis vniuerſalis, per quam intelligit Deus, qui tantùm eſt actus, & nihil habet de potentia; ſed eſſentia diuina, vt eſt ſpecies intelligibilis vniuerſalis, eſt ſpecies intelligibilis vniuerſalis, vniuerſalior quacumque ſpecie intelligibili vniuerſali, per quam intelligat intelligens, illud quod habeat aliquid de potẽtia (vt nulli dubium) ergo ſpecies intelligibilis vniuerſalis, per quam intel-

Eſſentia divina in quantùm repræſentat intellectui diuino omnia obiecta Deo inferiora, eſt ſpecies intelligibilis vniuerſalior quacumque alia ſpecie intelligibili vniverſali.

Digitized by Google

telligit, quod tantùm eſt actus, & nihil habet de potentia, eſt vniverſalior quacumque ſpecie intelligibili vniverſali, perquam intelligat illud intelligens, quod aliquid habeat de potentia: ergo ſpecies intelligibilis vniuerſalis, per quam intelligat intelligens minus habens de potentia, & magis de actu, quam aliud intelligens per ſpeciem vniuerſalem minus actualem, eſt ſpecies intelligibilis vniuerſalis, vniuerſalior alia ſpecie intelligibili vniverſali.

Dices.

6 Huic rationi (deprompta ex Angelico Magiſtro in art. 10. quæſt. 8. de *Veritate*) dices: quod licèt intelligens minus habens de potentia, & magis de actu intelligat per ſpeciem actualiorem ſpecie, per quam intelligat intelligens minus habens de actu, & magis de potentia; non inde infertur, quod illud intelligens intelligat per ſpeciem vniuerſaliorem; quia latiùs patet, quod ſpecies ſit actualior, ac quod ſit vniuerſalior, cum poſsit vna ſpecies vniuerſalis, eſſe actualior alia vniverſali; vel per hoc quod repræſentet plura, quàm alia ſpecies vniuerſalis (in quo conſiſtit maior vniuerſalitas) vel per hoc quod eadem obiecta repræſentet, ac alia ſpecies, clariùs tamèn, quàm illa: quin roboret rationem noſtram, quod Deus, qui tantùm eſt actus, & nihil habet de potentia, intelligat omnia obiecta ſibi inferiora per ſpeciem vniuerſaliſsimam, quia hoc eſt proprijſsimum Dei, proindequè ad Angelos imparticipabile.

Sed contra primò.

7 Sed contra hanc ſolutionem argumentab. 1. intendendo ſuadere, quod ſpecies vniuerſalis clarior alia vniuerſali minus perfecta ſpecificè, eſt illa vniuerſalior: deinde declarando quomodò poſsint Angeli participare à Deo intelligere per ſpecies vniuerſales magis, vel minùs, conformitèr ad cuiuſlibet Angeli eſſe ſpecificum.

Species intelligibilis vniuerſalior, clarior alia vniuerſali minùs perfecta, eſt ſpecies illa vniverſalior.

Iam prob. quod ſpecies vniuerſalis clarior alia vniverſali minus perfecta ſpecificè, eſt illa vniuerſalior. Licèt ſit aliud in ſpecie intelligibili vniuerſali, quod ſit clarior, quàm quod ſit vniuerſalior, nequit non eſſe vniverſalior ſpecies, quæ ſit clarior: ergo ſi datur ſpecies vniverſalis Angelica clarior alia vniuerſali Angelica minùs perfecta ſpecificè, eſt illa vniuerſalior. Prob. antece-

cedens. Ideo vna ſpecies vniuerſalis eſt clarior alia vniverſali minus perfecta ſpecificè, quia eſt perfectior ſpecificè alia (vt & fundavimus in dubio 4. num. 56. & à contrarijs etiam admititur) ſed nequit non eſſe vniuerſalior ſpecies; quæ ſit perfectior ſpecificè alia vniuerſali: ergo licèt ſit aliud in ſpecie intelligibili vniuerſali, quod ſit vniuerſalior, & quod ſit clarior, nequit non eſſe vniuerſalior ſpecies, quæ ſit clarior. Minorem (& ſi probatam in toto dubio 4.) denuo oſtendimus: ſpecies, quæ ſit perfectior ſpecificè alia, eſt illa perfectior, quia in repræſentando obiectum, eſt perfectior ſpecificè; ſed ſpecies, quæ in repræſentando obiectum, eſt perfectior ſpecificè alia, nequit non eſſe illa vniuerſalior: ergo nequit non eſſe vniverſalior ſpecies, quæ ſit perfectior ſpecificè alia ſpecie vniuerſali.

Species, quæ in repræſentando obiectum ſit maior ſpecificè alia, nequit non eſſe vniuerſalior alia.

Prob. minorem; ſpecies, quæ in repræſentando obiectum, ſit perfectior ſpecificè alia, eſt ſpecies, quæ in repræſentando obiectum, ſit maior ſpecificè alia; ſed ſpecies, quę in repræſentando obiectum, ſit maior ſpecificè alia, nequit non eſſe vniuerſalior alia: ergo ſpecies, quæ in repræſentando obiectum, ſit perfectior ſpecificè alia, nequit non eſſe vniuerſalior alia. Conſequentia eſt legitima, maior eſt certa, conceditur que à contrarijs; & minorem prob. ſpecies, quæ in repræſentando obiectum ſit maior ſpecificè alia, eſt ſpecies, cuius repræſentatio ſit maior ſpecificè repræſētatione ſpeciei minus perfectæ ſpecificè; ſed ſpecies, cuius repræſentatio ſit maior ſpecificè repræſentatione ſpeciei minus perfectæ ſpecificè, nequit non eſſe vniuerſalior alia: ergo ſpecies, quæ in repræſentando obiectum ſit maior ſpecificè alia; nequit non eſſe vniuerſalior alia. Prob. minorem: ſpecies cuius repræſentatio ſit maior ſpecificè repræſentatione ſpeciei minus perfectæ ſpecificè, eſt ſpecies magis extenſa in repræſentatione ſui obiecti quàm alia (vt cuivis notum) ſed ſpecies, quæ ſit magis extenſa in repræſentatione ſui obiecti, quàm alia, eſt vniuerſalior alia (vt certum apparet) ergo ſpecies, cuius repræſentatio ſit maior ſpecificè repræſentatione ſpeciei minùs perfectæ ſpecificè, nequit non eſſe illa vniverſalior.

Digitized by Google

Contra ſecundò.

8 1. Et vrgentius impugnamus primam partem ſolutionis: à contrarijs, nec negatur, nec negari poteſt ſpeciem intelligibilem vniuerſalem perfectiorem ſpecificè alia intelligibili vniuerſali, eſſe illa ſpecificè maiorem (quia ea, quorum vnum eſt perfectius ſpecificè alio, ſpecificè diſtinguuntur, & quæ ſpecificè diſtinguuntur, comparantur inter ſe, ſicut numeri, quorum vnus ſemper, & neceſſariò eſt maior, vel minor altero) ergo nec poterit ab ipſis negari talem ſpeciem ſic maiorem, eſſe alia vniuerſaliorem. Prob. conſequentiam; eſſe vnam ſpeciem vniuerſalem vniuerſaliorem alia ſpecie vniuerſali, eſt eſſe illa maiorem in eſſe vniuerſalis (vt indubitatum videtur) ſed ſpecies vniuerſalis maior ſpecificè alia vniuerſali, eſt illa maior in eſſe vniuerſalis: ergo non poteſt negari, quod ſpecies vniuerſalis maior ſpecificè alia vniuerſali, ſit illa vniuerſalior, ſi negari non valet, quod ſpecies intelligibilis vniuerſalis perfectior ſpecificè alia vniuerſali, eſt illa ſpecificè maior. Prob. minorem: ſpecies vniuerſalis maior ſpecificè alia vniuerſali, eſt illa maior ſecundùm proprium eſſe ſpecificum; ſed eſſe ſpecificum ſpeciei vniuerſalis, eſt hoc vel illud eſſe vniuerſalis: ergo ſpecies vniuerſalis maior ſpecificè alia vniuerſali, eſt illa maior ſecundùm proprium eſſe vniuerſalis: ergo eſt maior in eſſe vniuerſalis.

Quæ ſpecificè diſtinguuntur comparantur inter ſe, ſicut numeri, quorum vnus ſemper, & neceſſariò eſt maior, vel minor alio.

Eſſe vnam ſpeciem intelligibilem vniuerſalem maiorem ſpecificè alia vniuerſali, eſt eſſe maiorem illa in eſſe vniuerſalis.

Si dicas.

9 Si dicas: ſpeciem intelligibilem vniuerſalem maiorem ſpecificè alia intelligibili vniuerſali eſſe illa maiorem ſpecificè, quia cum maiori claritate repræſentat proprium obiectum, quàm ſpecies vniuerſalis minus perfecta ſpecificè.

Contra eſt.

Contra: ſpeciei intelligibili vniuerſali Angelicæ, priùs conuenit vniuerſalitas, quam claritas (cum vniuerſalitas pertineat ad ſubſtantiam ſpeciei vniuerſalis Angelo infuſæ, claritas vero admodum repræſentandi) ergo ſi ſit maior ſpecificè alia ſpecie vniuerſali, prius debet intelligi, quod ſit illa vniuerſalior, quam quod ſit illa clarior. Vel aliter: quod eſt maius in ſuo eſſe ſpecifico alio, prius eſt maius maioritate quoad ſubſtantiam, quàm maioritate quoad modum (quod vt euidens iudicamus) ſed vnam ſpeciem vniuerſalem Angelicam, eſſe vniuerſaliorem alia, ſpectat ad ſubſtantiam talis ſpeciei vniuerſa-

Speciei intelligibili vniuerſali, prius conuenit vniuerſalitas, quàm claritas.

Digitized by Google

ſalis; eſſe tamèn clariorem attinet ad modum ſuæ repræſentationis (cum primum habeatur ex numero 8. & ſecundum, fateatur à contrarijs) ergo ſi ſimul iudicatur, quod vna ſpecies intelligibilis vniuerſalis Angelica eſt alia vniuerſali ſpecificè maior, debet conſequenter admitti, quod etiam ſit illa vniuerſalior.

10 Reſtat, vt impugnetur ſecunda pars ſolutionis principalis: quod fiet, declarando, qualiter Angeli poſſunt participare à Deo intelligere per ſpecies magis, vel minùs vniuerſales, conformiter ad cuiuslibet Angeli eſſe ſpecificum: dicere, quod intelligens magis habens de actu, & minùs de potentia, intelligat per ſpecies vniverſaliores ſpeciebus vniuerſalibus, per quas intelligat aliud inferius intelligens minus habens de actu, & magis de potentia, quia Deus, qui tantùm eſt actus, & nihil habet de potentia, intelligit omnia obiecta ſibi inferiora, per vnicam ſpeciem vniuerſaliſsimam, non eſt intendere, quod Angelus magis habens de actu, & minùs de potentia, quam alij Angeli ſibi inferiores, intelligat per vnicam ſpeciem vniuerſaliſsimam, ſicut eſt ſpecies vniuerſalis Diuina. Impugnatur ſecunda pars ſolutionis principalis. Species intelligibilis vniuerſalis, infuſſa Angelo ſupremo, non eſt vniuerſaliſsima, ſicut eſt ſpecies vniverſalis diuina.

Primò. Tum: quia ſpecies vniuerſalis Diuina, eſt ſpecies intelligibilis ſubſtantialis; ſpecies verò vniuerſalis Angelo Supremo infuſſa, eſt accidentalis; & ſpecies intelligibilis ſubſtantialis vniuerſalis excedit in infinitùm ſpeciem intelligibilem accidentalem vniuerſalem Angelo, & ſi perfectiſsimo, infuſſam; cum illa neceſſario ſit Diuina, & iſta repugnet, quod non ſit creata. Secundò. Tum: quia ſpecies vniuerſalis Divina eſt repræſentatiua omnium intelligibilium Deo inferiorum; ſpecies tamèn vniuerſalis, illi Angelo infuſſa, ſolùm eſt repræſentatiua intelligibilium illi Angelo inferiorum, & ex paruo numero intelligibilium Inferiorum Supremo Angelo, comparatiuè ad numerum intelligibilium Deo inferiorum, ſuadetur diſtantia perfectioris ſpeciei vniuerſalis Angelicæ ab ſpecie vniuerſali Diuina. Tertiò. Tum deniquè: quia ſpecies vniuerſalis, per quam intelligit Angelus Supremus, magis habens de actu,

& minus de potentia, quam cæteri Angeli, non eſt vniverſalior ſpeciebus, per quas alij Angeli intelligunt, quia participet per acceſſum ad vniuerſalitatem vnicæ vniverſaliſsimæ ſpeciei Divinæ eſſe vniverſaliorem reliquis ſpeciebus vniuerſalibus creatis; ſed quia hoc participet per receſſum à particularitate ſpecierum acquiſitarum; ſed quod ita participet à Deo ſpecies vniuerſaliores Angelus Supremus (idem proportionabiliter de alijs Angelis ſuperioribus ſentiendo) nullam implicantiam involuit (cum etiam Angeli, quò perfectiores ſunt participent per maiorem receſſum à nihilo rationem entis per eſſentiam proprijſsimam Dei, & non minùs in participabilem per acceſſum, ac vniverſalitas infinita ſpeciei Divinæ. Si ergo Angelus perfectior per maiorem receſſum à nihilo participat rationem entis per eſſentiam; non quia accedat ad eſſe ens per eſſentiam; ſed quia magis recedit à nihilo oppoſito, vt extremò ſummè perfecto, enti per eſſentiam; cur, & non poterit à nobis dici, quod ſpecies perfectior ſpecificè, Angelo ſupremo infuſſa, participat per maiorem receſſum à particularitate ſpecierum acquiſitarum, vniuerſalitatem ſpeciei vniuerſaliſsimæ Divinæ, non quia accedat ad eſſe ſpeciei vniuerſaliſsimæ, qualis eſt Divina, ſed quia magis recedit à particularitate ſpecierum acquiſitarum) ergo benè poſſunt Angeli participare à Deo intelligere per ſpecies magis, vel minùs vniuerſales, conformiter ad cuiuslibet Angeli eſſe ſpecificum.

Species intelligibiles vniuerſaliſsima, infuſſa Angelo Supremo, participat vniverſalitatem ſpeciei vniverſaliſsimæ divinæ, nō quia accedat ad eſſe ſpeciei vniuerſaliſsimæ (qualis eſt diuina) ſed quia magis recedit à particularitate ſpecierū acquiſitarum.

11 Secundò, & brevisſimè impugnamus ſecundam partem ſolutionis: Species vniuerſalis, infuſſa Angelo ſupremo, eſt ſpecificè clarior alia (ſecundùm ipſos contrarios) quia magis accedit ad ſpeciem vniverſalem Divinam infinitè claram: ergo cum ſpecies vniuerſalis Divina, ſit etiam infinitè vniuerſalis, evadet vniverſalior alijs ſpeciebus vniverſalibus creatis ſpecies infuſſa tali Angelo. Conſequentia apparitare conſtabit, & quævis illius ſolutio fuit præoccupata dictis in num. 10.

Secundò, & brevisſimè impugnatur ſecūda pars principalis ſolutionis.

Dices.

12 Verùm dices; Hoc, quod eſt vnam ſpe-

ſpeciem vniverſalem Angelicam eſſe perfectiorem ſpecificè alia, non debere explicari per hoc, quod ſit vniuerſalior, ſed per hoc, quod ſit clarior; cum inter ſpecies creatas nō ideò vna ſit perfectior alia, quia plura repræſentet, quam alia, ſed quia clarius repræſentet.

13 Contra quam ſolutionem, ſic argumentamur: Licèt inter ſpecies intelligibiles creatas, non ideò vna ſit perfectior alia, quia eſt vniuerſalior alia, vt ab Scotiſtis intenditur; benè tamen, vt à nobis intelligitur: ergo inter ſpecies creatas, quia vna eſt perfectior ſpecificè alia, non ſolùm infertur, quod ſit illa clarior; ſed quod ſit illa vniuerſalior. Prob. antecedens: Vnam ſpeciem eſſe vniuerſaliorem alia, non intelligitur à nobis præciſsè per hoc, quod eſt plura repræſentare, quàm alia (vt ab Scotiſtis percipitur) ſed per hoc, quod eſt vnam repræſentare clarè plura, quam alia: ergo licèt inter ſpecies intelligibiles creatas; non ideò vna ſit perfectior ſpecificè alia, quia ſit illa vniuerſalior, vt ab Scotiſtis intenditur; benè tamen, vt à nobis intelligitur. Prob. antecedens: Nos intelligimus vnam ſpeciem eſſe vniuerſaliorem alia, ſecundùm, quod intelligimus, quod vna ſpecies ſit vniuerſalis; ſed non intelligimus, quod vna ſpecies, ſit vniverſalis, præciſsè, quia repræſentat plura; ſed quia repræſentat plura clarè (vt ex numero 2. dubio 4. habemus) ergo non intelligimus, quod vna ſpecies ſit vniverſalior alia, præciſsè, quia repræſentat plura, quam alia; ſed quia repræſentat plura clarè, quam alia.

Sed contra.

Vnam ſpeciem intelligibilem eſſe vniuerſaliorem alia, nō intelligitur à nobis, præciſsè, per hoc, quod eſt: *Repræſentare plura, quàm alia*; ſed per hoc, quod eſt: *Repræſentare clarè plura, quàm alia.*

14 Dices: Quod licèt explicetur per ante dicta, quomodo poſsit Angelus ſuperior intelligere per ſpecies vniuerſaliores, quàm inferior; adhuc manet difficile fundamentum pro probatione noſtræ conclusionis adductum: quia etſi Angelus ſuperior ſit intelligens magis habens de actu, & minùs de potentia, quam Angelus inferior, non conuincitur, quod ſpecies, per quas intelligit Angelus ſuperior, ſint vniuerſaliores ſpeciebus, per quas intelligit

Dices.

Angelus inferior magis habens de potentia, & minùs de actu, quam Angelus ſuperior: cum vnum animal diſtinctum ſpecificè ab alio, magis habeat de actu, & minùs de potentia, quàm aliud animal imperfectius; & tamèn ſpecies, per quas animal perfectius cognoſcit ſua obiecta, non ſunt vniverſaliores ſpeciebus, per quas cognoſcit ſua obiecta, animal minùs perfectum.

Sed contra.

15 Sed contra hanc ſolutionem ſic inſurgimus: Dùm dicimus vnam ſpeciem eſſe vniuerſaliorem aliâ, loquimur de ſpeciebus vniverſalibus, non de particularibus; ſed ſpecies inſervientes potentiæ ſenſitivæ animalium ad cognitionem ſuorum obiectorum, ſunt ſpecies tantùm particulares: ergo etiam ſi ex his ſpeciebus vna non ſit vniverſalior alia, poterit ſpecies, infuſſa Angelo ſuperiori, eſſe vniverſalior ſpecie inferiori infuſſa. Conſequentia eſt legitima, maior conſtat ex titulo quæſtionis (non enim niſi incongruè diſputaretur, an ſit vna ſpecies vniuerſalior alia? Loquendo de ſpeciebus non vniuerſalibus, cum maior vniuerſalitas vnius præ altero ſupponat vnius, & alterius vniuerſalitatem) Prob. minorem: Species deſervientes potentiæ ſenſitiuæ animalium pro cognitione ſuorum obiectorum, ſunt ſpecies ab obiectis cauſatæ; ſed ſpecies ab obiectis cauſatæ, tantùm ſunt particulares: Tum, quia, ſi aliquæ ſpecies Angelicæ deſumerentur ab obiectis, eſſent particulares (iuxta doctrinam Scoti in 2. diſt. 5. quæſt. 10. ſentientis; quod ſpecies ſingularium in intellectu Angelico exiſtentes, ſunt particulares; quia à ſingularibus deſumptæ) Tū, quia ſpecies cauſatæ ab obiectis tantùm repræſentant, vt ſpecies propriæ illa, obiecta, à quibus cauſantur (vt fatentur omnes) ergo cum vnica ſpecies ab vnico tantùm cauſetur obiecto (hoc ipſis contrarijs atteſtantibus) tantùm vnicum obiectum, vt ſpecies propria repræſentabit; tunc ſic; ſed ſpecies tantū particularis, eſt illa, quæ vnicū obiectum, vt ſpecies propria, repræſentat, ad diſtinctionem ſpeciei vniuerſalis, quæ eſt ſpecies propria (& non connotatiua) plurium: ergo ſpecies cauſatæ ab obiectis tantùm ſunt particulares.

Species intelligibiles deſumptæ ab obiectis, tantùm ſunt particulares.

Præcipuè probatur principa minor.

2. & præcipuè probatur principalis minor. Species deſervietes potentiæ ſenſitiuæ animaliū, ſūt ſpecies ſenſibiles; ſed

ſed ſpecies ſenſibiles præciſè ſunt particulares (vt conformiter ad Scoti principia docetur ab eius ſchola in libris de Anima) ergo ſpecies inſervientes potentiæ ſenſitiuæ animalium ad cognitionem ſuorum obiectorum ſunt ſpecies tantùm particulares.

16 Si tamen dicas: Quod licèt in principijs aliorum ſit certum, quod ſpecies cauſatæ ab obiectis ſunt particulares, & quod etiam ſint particulares ſpecies ſenſibiles; non vero in principijs Thomiſticis, iuxta quæ dicitur, quod vna ſpecies poteſt ſimul à pluribus obiectis cauſari, & quod ſpecies ſenſibilis, ſenſui communi deſerviens, eſt repræſentatiua plurium ſenſibus externis correſpondentium. Si dicas.

17 Contra hoc eſt; & ſi vna ſpecies poſsit cauſari ſimul à pluribus obiectis (vt à Thomiſtis dicitur) non deſinit eſſe particularis; & ſpecies deſerviens ſenſui communi, non ponitur à Thomiſtis repræſentatiua plurium: ergo deficit ſolutio. Prob. antecedens quoad primã partem, poſtea ſecundam probaturi: non deſinit eſſe particularis (quoad præſens) ſpecies, quæ, etſi ſimul cauſetur à pluribus obiectis, non repræſentat plura ſecundùm illorum propria; ſed tantùm, vt addunata in aliqua ratione communi (quia vt in dubio 4. pro ſolutione 3. argumenti diximus, ſpecies vniuerſalis, de qua eſt præſens controuerſia, debet repræſentare plura, nedùm, vt convenientia in aliqua ratione communi, verùm etiam, vt inter ſe diſtincta) ſed ſpecies, quæ cauſetur ſimul à pluribus obiectis (quam admittit Magiſter à Sancto Thoma, diſput. 21. de Angelis numero 6.) non cauſatur à pluribus obiectis, vt repræſentet plura ſecundùm illorum propria; ſed tantùm, vt addunata (vt conſtanter tenent Thomiſtæ) ergo, & ſi vna ſpecies poſsit cauſari ſimul à pluribus obiectis (vt à Thomiſtis dicitur) non deſinit eſſe particularis. Contra eſt. Et ſi ſpecies intelligibilis cauſetur ſimul à pluribus obiectis, non deſinit eſſe particularis.

18 Explicatur hoc: Species vniuerſalis eſt ſpecies repræſentatiua plurium; ſed ſpecies cauſata à pluribus, præciſè, vt addunatis, non eſt repræſentatiua plurium; ergo ſpecies cauſata à pluribus, vt à Thomiſtis ponitur, non eſt vniuerſalis: ergo non deſinit eſſe particularis. Prob. minorem: Species cauſata à pluribus Explicatur.

Species intelligibilis cauſata à pluribus obiectis præciſsè vt addunatis nõ eſt repræſentatiua plurium.

herbis (v.g.) præciſsè vt addunatis in aliquo Prato, non eſt repræſentatiua plurium: ergo ſpecies cauſata à pluribus, præciſsè vt addunatis, non eſt repræſentatiua plurium. Prob. antecedens: Species, quæ vnum tantùm repræſentat, non eſt repræſentatiua plurium; ſed ſpecies cauſata à pluribus herbis, præciſsè vt addunatis in aliquo Prato, vnum tantùm repræſentat (Pratum ſcilicèt) ergo ſpecies cauſata à pluribus herbis, præciſsè vt addunatis in aliquo Prato, nõ eſt repræſentatiua pluriũ.

Si inſiſtas.

Si inſiſtas: idem eſſe in ſpecie ſic cauſata, repræſentare Pratum ex pluribus herbis integratum, ac repræſentare plura ratione vnius, per quod expoſſuimus modum repræſentationis plurium in ſpecie vniuerſali Angelica. In contra eſt: aliud eſt repræſentare plura ratione vnius, vt contingit in ſpecie vniuerſali Angelica; aliud repræſentare plura, vt addunata; primũ eſt, repræſentare plura, & ſi ratione alterius priùs repræſentati formaliter. Secundũ eſt, repræſentare plura in aliquo, non ratione alicuius priùs formaliter attactis; ſed ſpecies cauſata à pluribus herbis, præcisè vt addunatis in aliquo Prato, non repræſentat plures herbas ratione Prati priùs formaliter à tali ſpecie inſpecti; ſed vnicè repræſentat plures herbas in vno Prato; ergo ſpecies cauſata à pluribus herbis, præcisè vt addunatis, non repræſentat plura ratione vnius, vt repræſentat plura ſpecies vniuerſalis.

Aliud eſt in ſpecie intelligibili repræſentare plura ratione vnius; aliud repræſentare plura, vt addunata.

19 Iam prob. ſecundam illam partem minoris (videlicèt) quod ſpecies deſerviens ſenſui communi non ponitur à Thomiſtis repræſentatiua plurium, & minùs à Magiſtro à Sancto Thoma (cui tribuit hanc aſſertionem Magiſter Maſtrius diſp. 2. de Angelis, numero 228.) qui in libris de Anima quæſt. 8 art. 1. ad primum. §. ad *ſecundam probationem*, expreſsè dicit, quod in ſenſu communi dantur plures, & diuerſæ ſpecies obiectorum ſenſuum externorum, quibus vtitur ſenſus communis tanquã ſpeciebus inadæquatis ad iudicandũ diſcretim de sẽſibilibus omniũ ſenſuum externorum in eorum præſentia (vti talibus ſpeciebus, tanquàm ſpeciebus inadæquatis; eſt *repræſentari ſubaltiori ratione* in ſenſu cõmuni ea, quæ in diuerſis ſenſibus exterioribus, diuerſis ſpeciebus adæ-

Iam probatur ſecunda pars minoris.
RR. i S. Thomæ.
M. Maſtrius.

In ſenſu communi ſunt plures ſpecies ad diſcernendum externa ſenſibiliã.

Digitized by Google

adæquatis repræſentantur, quod tradebat Magiſt. à Sācto Thoma, diſp. 21. de Angelis, art. 4. num. 12. & fortè ly *repræſentari ſubaltiori ratione*, mouet Magiſtrum Maſtriū ad exiſtimandum Magiſtrum à S. Thoma admittere in ſenſu communi ſpeciem ſenſibilem repræſentatiuā plurium) idem affirmantibus Patribus Complutenſibus, diſput. 15. de Anima, numero 19. Magiſtro Serra. 1. p. q. 77. art. 4. dubio 1. §. *Si quæras*, Magiſtro Viguerio cap. 1, de Anima. §. 8. Magiſtro Prado, libro 3. de Anima q. 1. §. 2. & ſub nomine Collegij S. Thomæ Cōplutenſis Sapiētiſsimo M. Fr. Dominico Perez, modò in noſtra Vniverſitate meritiſsimo Primario, lib. 2. de Anim. q. 8. num. 17. ex quibus ſic argumentamur: Si ſenſui cōmuni vnica deſerviret ſpecies ad plurinm cognitionem, eſſet, vt per illam attingeret ſenſibilia omnium ſenſuum externorum; ſed ſenſus cōmunis ſenſibilia omniū ſenſuū externorū per plures, & diuerſas ſpecies attingit (vt ex præcitatis Thomiſtis conſtabit) ergo ſpecies deſeruiens ſenſui cōmuni, non ponitur a Thomiſtis repræſentatiua plurium.

PP. Salmanticenſes.
M: Serra.
M. Viguerius.
M. Prado.
M. Perez.

20 Si tandèm dicas: Non poſſe à nobis negari ſaltē in phantaſia, ſeu imaginatiua ſpeciem ſenſibilem repræſentatiuam plurium, cum (iuxta Angelicum Præceptorē 1. p. q. 12. art. 9. ad 2.) *Imaginatio ex præ conceptis ſpeciebus, montis, & auri format ſpeciem montis aurei*; vnde, & poterit formare ſpeciē ſenſibilem repræſentativā pluriū ſimul.

Si dicas.

23 Contra eſt: Species repræſentatiua pluriū (v.g.) montis, & auri, debet eſſe repræſentatiua montis, & auri, tàm prout conueniunt in aliquo tertio, quā prout inter ſe differunt (quia mons, & aurum prout præciſè conueniunt in aliquo tertio, non ſunt plura; cum nec ſint vnum, & aliud; ſed tantùm ſint vnum, & idem; illud ſcilicèt tertium, in quo conueniunt) ſed ſpecies montis aurei à phantaſia formata ex præ conceptis ſpeciebus montis, & auri; tantùm eſt repræſentativa montis, & auri, prout præcisè conueniunt in illo tertio, *monte aureo*. Tum quia ſi eſſet repræſentatiua montis, & auri, non ſolùm prout conueniunt in illo tertio, ſed etiam prout inter ſe differunt, per iſtam ſpeciem poſsit phantaſia cognoſcere montem prout diſtinguitur ab auro, & aurum,

Contra eſt.

Species repræſentatiua plurium, debet eſſe illorum repræſentatiua, tàm prout cōueniunt, quàm prout inter ſe differunt.

 prout

Digitized by Google

prout diſtinguitur à monte (quod à nullo Animaſtico hucuſquè fuit dictum) Tum quia ſpecies intelligibilis montis aurei ab intellectu agente abſtracta, abſtractior eſt; proindequè magis capax extenſionis, & vniuerſalitatis, quàm ſpecies ſenſibilis montis aurei à phantaſia formata; ſed repugnat ſpecies intelligibilis ab intellectu agente abſtracta repræſentatiua montis aurei, quæ ſit repræſentatiua montis, & aurei, non ſolùm prout conueniunt in iſto tertio; ſed etiam prout inter ſe differunt (vt benè notat Magiſter Nauarrete tomo 3. in primam partem, controuerſia 52. §. 4.) Tum quia Angelicus Magiſter non dixit in teſtimonio pro ſolutione allato, quod ſpecies formata ab imaginatione, ſeu phantaſia ex præconceptis ſpeciebus montis, & auri, erat repræſentatiua montis,& auri, in quomodo loquendi, & exprimitur *mons*, & exprimitur *aurum*, tanquàm duo, & ſi diſtincta, convenientia; ſed ſolùm dixit, quod tales ſpecies tertia à phantaſia formata erat repræſentatiua *montis aurei* (per quam expreſsionem,nec dicitur mons, nec dicitur aurum ,tanquam vnum, & aliud; ſed tantùm ſignificatur quoddam tertium concretum reſultans ex eſſe montis,& ex eſſe auri)ergo ſpecies montis aurei à phantaſia formata ex præconceptis ſpeciebus montis, & auri,tantùm eſt repræſentatiua montis,& auri, prout præciſsè conveniunt in illo tertio,*monte aureo*:ergo nec ſpecies à phantaſia formata ex alijs præ conceptis ſpecbus,erit repræſentatiua plurium.

M. Navarrete.

S. Thomas.

Nō dixit,quod ſpecies formata à phantaſia ex præconceptibus ſpeciebus *montis*, & *auri*, erat repræſentatiua *montis*, & *auri*;ſed *mōtis aurei*.

§. III.

Solvuntur Argumenta.

22 ARguitur 1. pro ſententia Ferrarienſis,& Bañez ab authoritate Angelici Magiſtri ex 1. p.q. 108.art. 1.qua videtur docere,quod Angeli intelligunt per ſpecies vniuerſaliores,quò ſunt ſuperiores in Hierarchia tantùm, & non quò ſunt perfectiores in eſſe ſpecifico. Quod ita ſuadetur: Angeli in eſſe ſpecifico diſtincti,sūt plures, quā tres,& ſi ad tripli

Arguitur 1.

Ferrarienſis.

M. Bañez.

cem

Digitized by Google

Hierarchiam reducti (vt ex num. 2. conſtat) & ſpecies vniuerſales, per quas vnus Angelus intelligit, ſunt ſpecificè diſtinctæ ab ſpeciebus, per quas quilibet alius Angelus intelligit: ergo ſi ſpecies vniuerſales, per quas vnus Angelus intelligit non eſſent æquè vniverſales, ac ſpecies vniuerſales, per quas alter Angelus intelligit, eſſet pluſquam triplex gradus vniuerſalitatis in ſpeciebus vniverſalibus totius Reipublicæ Angelicæ. Conſequentia infertur rectiſsimè, & antecedens debet pro notabili ſupponi ad controverſiam noſtram. Pergit iam argumentum; ſed ſecundùm Præceptorem Angelicum in citata quęſtione, non datur pluſquam triplex gradus ſpecierum vniuerſaliū in tota Republica Angelica ergo ex authoritate Angelici Præceptoris habetur, quod Angeli nō intelligunt per ſpecies vniuerſaliores, quò ſunt perfectiores in eſse ſpecifico; ſed tātùm, quò ſunt in Hierarchia ſuperiores. Probatur ſubſumpta minor: ſi daretur in tota Republica Angelica pluſquam triplex gradus ſpecierum vniverſalium, daretur etiam plus quam triplex gradus vniverſalitatis cognitionis Angelicæ (cum ea, quæ Angelis vna ſpecie vniuerſali repræſentantur, poſsint, & vna cognitione Angelica intelligi, proindeque, quot ſunt in Angelis gradus vniuerſalitatis ſpecierum intelligibilium; tot erunt gradus vniuerſalitatis cognitionis Angelicæ) ſed non datur pluſquam triplex gradus vniuerſalitatis cognitionis Angelicæ, ſecundùm Doctorem Angelicum, qui aiebat in præcitato articulo: *Dictum eſt enim ſupra, dum de cognitione Angelorum ageretur, quod ſuperiores Angeli habent vniverſaliorem cognitionem, quam alij: huiuſmodi autem vniverſalis acceptio cognitionis ſecundum tres gradus, in Angelis diſtingui poteſt*: ergo ſecundùm Prçęptorem Angelicum non datur pluſquam triplex gradus ſpecierum vniuerſalium in tota Republica Angelica. *Sanct. Thomas.*

23 Reſpondetur negando minorem ſubſumptam, ad cuius probationem concedatur, quod ſi datur in tota Republica Angelica (vt modo contingit) pluſquam triplex gradus vniuerſalitatis ſpecierum intelligibilium vniuerſalium detur pluſquam triplex gradus vniverſalitatis cognitionis Angelicæ: & negata minori; dicatur ad teſtimonium Angelici Præceptoris pro minoris

Reſpondetur primo argumēto.

Tot ſunt gradus vniuerſalitatis cognitionis Angelicæ, quo

Digitized by Google

quot ſunt gradus vniuerſalitatis ſpecierũ intelligibilium Angelis infuſſarum.

Declaratur ſenſus, in quo loquebatur D. Thomas, dùm ſolum aſſignavit triplicem gradum vniverſalitatis cognitionis Angelicæ.

ris fundamento adductum, quod cùm ibi Magiſter Angelicus ſolùm diſtinxit triplicem gradum vniuerſalitatis cognitionis Angelicæ, conſiderabat cognitionem Angelicam, non vt eſt propria huius Angeli in particulari, vel illius in particulari, ſed prout eſt quaſi communis omnibus Angelis eiuſdem Hierarchiæ; & quia tantùm eſt triplex Hierarchia; ideò illic ſolùm aſſignavit triplicem gradum vniuerſalitatis cognitionis Angelicæ: qui quidèm gradus vniuerſalitatis conſiſtunt; primus in hoc, quod omnes Angeli primæ, & ſupræmæ Hierarchiæ, obiecta creata intelligant, prout dependentia ab omnium vniuerſaliſsima cauſa, quæ tantùm eſt Deus; ſecundus in hoc quod omnes Angeli ſecundæ, & mediæ Hierarchiæ cognoſcant intelligibilia creata, prout dependentia à cauſis inter creatas vniuerſalioribus: tertius in hoc, quod omnes Angeli tertiæ, & infimæ Hierarchiæ percipiant veritates creatas, ſecundùm quod illæ dependent à cauſis creatis, vel particularibus, vel minùs vniuerſalibus inter alias cauſas creatas.

Cuius diſtinctionis ratio nõ eſt quærẽda in ipſa natura, ſeu perfectione Angelica.

Cuius diſtinctionis graduum vniuerſalitatis cognitionis Hierarchicæ Angelicæ, non eſt aſsignabilis ratio in ipſa natura, ſeu perfectione Angelica (ęgrè enim cõmenſurari poteſt, quoad ſui diviſionẽ, aut multiplicationẽ triplex tãtũ gradus vniverſalitatis cũ tanto numero Angelorum ſpecificè diſtinctorum) ſed vnicè deſumitur (vt rectè hic animdver tunt noſtri Thomiſtæ) ex divina providentia, quæ diſpoſuit, vt Angeli primæ ſecundæ, & tertiæ Hierarchiæ attingerent veritates creatas per triplex iam declaratum medium obiectivum diverſum ſic in vniuerſalitate. Si tamèn conſideretur cognitio Angelica per reſpectum, non ad medium obiectivum hierarchicum, ſed ad ſpecies vniuerſales (à quibus cauſatur, & cum quibus adæquari poteſt; ita vt per vnicam cognitionem naturalem Angelicam poſsint intelligi, quæcumque intelligibilia creata repræſentantur in actu. 2. per vnicam ſpeciem naturalem Angelicam) tot poſſunt eſſe gradus ſpecifici vniuerſalitatis cognitionis Angelicæ, quot ſunt gradus ſpecifici vniuerſalitatis ſpecierum intelligibilium vniuerſalium; vnde

Sed vnicè eſt deſumenda ex divina providentia.

Digitized by Google

ſicut Angeli nedùm, quò ſunt in hierarchia ſuperiores, verùm & quò ſunt perfectiores in eſſe ſpecifico, intelligunt per ſpecies vniverſaliores, ita & poſſunt intelligere per cognitionem vniuerſaliorem: vtrumquè exigente propria cuiuſcumquè Angeli natura. Hæc & non alia, eſt mens Angelici Præceptoris in ſupradicto artic. 1. quæſtionis 108. 1. part. vt iudicabit, qui talem articulum legerit ſimul cum art. 3. quæſtionis 55. eiuſdem primę partis; ad quem ſe remiſsit Doctor Angelicus in art. 1. quæſtionis 108. per illa verba: *dictum eſt enim ſupra.*

Secundò arguitur.

24 Arguitur ſecundò: quod Angelus ſuperior ſit intelligens magis habens de actu, & minus de potentia, quàm Angelus inferior, non probat Angelum ſuperiorem intelligere per ſpecies vniuerſaliores: ergo non rectè concluditur ex iſto principio concluſio noſtra. Prob. antecedens, quod Angelus ſuperior ſit intelligens magis habens de actu, & minùs de potentia, quàm Angelus inferior, non ſuadet Angelum ſuperiorem intelligere per intellectum vniuerſaliorem; tum quia nullus hoc aſſeruit; tum quia ſtante eadem vniuerſalitate ex parte obiecti omnium intellectuum, quorum obiectum eſt ens in quantum ens (æquè vniuerſale reſpectu cuiuſcumquè intellectus ſivè Angelici, ſivè humani) non poteſt vnus intellectus eſſe vniuerſalior alio: ergo quod Angelus ſuperior ſit intelligens magis habens de actu, & minus de potentia, quàm Angelus inferior, non probat Angelum ſuperiorem intelligere per ſpecies vniverſaliores. Patet conſeq. 1. quia remotiùs ſe habet ad Angelũ intelligentẽ ſpecies intelligibilis, quã intellectus (cũ intellectus ſe teneat tanquã principiũ ex parte Angeli intelligentis, ſit què ipſius proprietas: ſpecies verò intelligibilis ſe habeat ex parte obiecti vice illius concurrens ad intellectionẽ, & nõ ſit proprietas Angeli per eã intelligentis iuxta ſententiam probabiliorem) ergo nequit ex maiori actualitate Angeli ſuperioris concludi maior vniuerſalitas in ſpecie intelligibili, quin prius concludatur in intellectu proximiori Angelo. ¶ 2. quod Angelus magis habens de actu, & minus de potentia, intelligat per ſpecies vniuerſaliores, ſuadetur ex eo quod talis Angelus intelligit per ſpecies ſpecificè perfectiores, & iſtæ

(vtpote

(vtpote actualiores) ſunt vniuerſaliores; ſed etiam Angelus intelligens, magis habens de actu, & minùs de potentia, intelligit per intellectum ſpecificè perfectiorem, & actualiorem (vt nos non negamus) ergo ſi ex hoc non infertur, quod Angelus intelligens, magis habens de actu, & minus de potentia, intelligat per intellectum vniverſaliorem; nec etiam deduci valet quod intelligat per ſpecies vniuerſaliores.

Quod argumẽtum ab omnibus ſolvitur Thomiſtis; concedendo vnum intellectum nõ eſſe vniuerſaliorem alio.

25 Hoc argumentum ab omnibus ſolvitur Thomiſtis concedendo vnum intellectum non eſſe vniuerſaliorem alio, eſtò ſit ſpecificè perfectior, & actualior: quia cum obiectum intellectus ſit ens in quantum ens, & hoc æquali vniuerſalitate terminet quemcumquè intellectum, non poteſt vnus intelectus eſſe vniuerſalior alio; benè tamèn ſpecificè perfectior, & actualior, quia ſequatur tanquàm proprietas naturam ſpecificè perfectiorem; attamèn ſpecies intelligibilis, cum nõ habeat obiectum ita extenſum, ac intellectus, nec omnes ſpecies habeant obiectum æquè vnivèrſale, poterit ſpecies, quæ ſit perfectior ſpecificè alia, eſſe illa vniverſalior.

Verùm aliter reſpondebimus

26 Verùm (ne, vt in conſequentes, procedamus ad dicta dubio 4. in numero 58.) alitèr huic argumento reſpondebimus, negato 1. & 2. antecedenti; & ad huius primam probationem dicimus: certum eſſe nullum abſolutè concedere vnum intellectum eſſe vniuerſaliorem alio. Cuius ratio eſt: quia abſolutè, & abſquè vlla modificatione dicere: vnum intellectum eſſe vniuerſaliorem alio; ſuppoſito (vt debet ſupponi) quod datur aliquis intellectus vniuerſalis, qui poſsit extendi ad omne ens, denotat eſſe alium intellectum illo minùs vniverſalem, qui non poſsit extendi ad omne ens, & cum nullus ſit intellectus, qui non poſsit extendi ad omne ens, à nullo dicitur, abſolutè loquendo, vnum intellectum eſſe vniuerſaliorem alio; quod verò vnus intellectus ſit vniverſalior alio vniuerſalitate ſpecifica (ſequuta ad intellectum non in eſſe potentiæ actuabilis, ſed ad intellectum in eſſe immaterialis poſitivè, & actualis ſpiritualitèr; & expoſita a nobis in præcitato numero 58. dubij 4.) & ſi à nullo aſſeratur expreſsè, eſt valdè conforme plauſsibili Thomiſtarum ſententiæ diſtinguenti ſpecificè

Non eſt concedendus *abſolutè*, vnus intellectus vniuerſalior alio.

Sin verò, qui ſit vniverſalior alio vniuerſalitate ſpecifica.

ſpe-

Digitized by Google

ſpecificativum vnius intellectus Angelici ab alterius Angelici ſpecificativo; & ſpecificativum cuiuſlibet intellectus Angelici ab ſpecificativo humani intellectus: iuxta quem modum dicendi; licèt obiectum extenſivum intellectus, quod eſt ens inquantùm ens (& appellari ſolet ſpecificativum intellectus, in eſſe potentiæ actuabilis, conſiderati) ſit æquè vniuerſale reſpectu cuiuſcumquè intellectus creati; obiectum tamèn ſpecificativum vnius intellectus Angelici, debet fateri vniuerſalius alio, ex eo quod obiectum ſpecificativum vnius Angelici, ſit altius ſpecificativo alterius intellectus minus perfecti ſpecificè (cum ſit propria ſubſtantia Angeli ſuperioris, quæ eſt altior, & perfectior ſubſtantia Angeli inferioris, ſpecificāte huius intellectum) & ſpecificativum altius, nequit non eſſe vniuerſalius.

Quod eſt valdè conforme cuidam plauſibili Thomiſtarum ſententiæ.

27 Sed replicabis: ſpecificativum altius eſſe vniuerſalius, quando ratione illius per connotationem, ſeu admodum ipſius attinguntur plura obiecta, quàm ratione ſpecificativi minus alti; ſed ſpecificativum altius intellectus vnius Angeli ſuperioris, non eſt id ratione cuius, vel ad cuius modum intelligit plura intellectus Angeli ſuperioris, quàm intellectus Angeli inferioris ratione, vel admodùm ſui ſpecificativi: ergo licèt ſecundùm Thomiſtas, diverſificantes ſpecificè ſpecificativa intellectum in Angelis, vnum ſpecificativum ſit altius alio ſpecificativo, non erit illo vniuerſalius.

Sed replicabis.

28 Solutio huius replicæ erit noſtræ reſolutionis corroboratio, quia pro ea declarabimus maiorem vniuerſalitatem ſpecificam intellectus Angeli ſuperioris comparativè ad vniuerſalitatem ſpecificam intellectus inferioris, quæ maior vniuerſalitas non ſalvatur, per hoc quod intellectus Angeli ſuperioris ad modum ſui ſpecificativi, ſivè propriæ ſubſtantiæ intelligat plura, quā intellectus Angeli inferioris ad modum ſui ſpecificativi, ſeu ſubſtantiæ (vt rectè concludit replica) ſed per hoc, quod reſpiciat plura inferiora propriæ ſubſtantiæ, quàm intellectus Angeli inferioris. Eſt dicere: licèt tot obiecta poſsit intelligere intellectus Angeli inferioris, quot intellectus ſuperioris; inter omnia illa obiecta, non tot vt inferiora propriæ ſubſtantiæ, poteſt reſpicere intellectus An-

Ad quod reſpondetur corroborando noſtrum aſſertum.

Explicatur in quo conſiſtit hæc maior vniverſalitas ſpecifica.

Digitized by Google

Angeli inferioris, quæ, vt propriæ ſubſtantiæ inferiora poteſt reſpicere intellectus Angeli ſuperioris; cum intellectus Angeli ſuperioris intelligat, vt inferiora propriæ ſubſtantiæ omnia obiecta, quæ intellectus Angeli inferioris intelligit, vt inferiora propriç ſubſtantiæ, & præter illa obiecta, etiam vt obiectum inferius propriè ſubſtantiæ, percipiat ipſam ſubſtantiam Angeli inferioris.

Vna ſpecies intelligibilis Angelica vniuerſalior alia, non eſt vniuerſalior, quia repręſentet plura, quàm alia, ſed quia repræſentet plura, vt inferiora Angelo, cui ipſa fuit infuſſa, quã alia infuſſa in inferiori Angelo.

Quod explicari poteſt in ipſis ſpeciebus vniuerſalibus Angelicis; inter quas, non eſt vna vniuerſalior alia (ex communi Thomiſtarum placito) quia repræſentet plura, quàm alia, ſed quia repræſentet plura, vt inferiora illi Angelo, cuius intellectui ipſa ſit infuſſa, quàm alia infuſſa intellectui Angeli inferioris. Immò affirmant omnes Thomiſtæ, quod non eſt vniuerſalis ſpecies infuſſa Angelo, niſi in quantùm repræſentativa obiectorum tali Angelo inferiorum; & hoc ideo euenit, quia vniuerſalitas, vel maior vniuerſalitas ſpeciei intelligibilis Angelicæ, non eſt quæcumque extenſio ad plura, ſed extenſio exacta ab eminentia perfectionis Angeli, cuius intellectui infundatur; & cum talis eminentia perfectionis, tantùm ſit reſpectu inferiorum, quibus emineat in perfectione ille Angelus, præciſè erit hæc ſpecies vniuerſalis, vel magis vniuerſalis, quia repræſentet plura inferiora prædicto Angelo. Si ergo ſpecies intelligibilis, quia exacta ab eminenti perfectione Angelica, ſolùm, vt repræſentativa inferiorum, eſt vniuerſalis; & vt repræſentativa maioris, vel minoris numeri inferiorum magis, vel minùs vniuerſalis; intellectus, etſi vt eſt potentia actuabilis, ſit æquè vniuerſalis in omnibus intelligentibus (*vniuerſalitate generica* in capacitate, & amplitudine conſiſtente) quia talis vniuerſalitas intellectus tantùm petit extenſionem ad plura, non ad plura determinatè, vt inferiora intelligenti, cuius ſit intellectus; attamen conſideratus intellectus, in quantùm immaterialis poſitivè, & actualis ſpiritualiter; ſivè (quod idem eſt) in quantùm lumen, & virtus connaturalis intelligentis, erit magis, vel minùs vniuerſalis vniuerſalitate ſpecifica, vt virtus connaturalis intellectiva maioris, vel minoris numeri inferiorum ſubſtantiæ;

Omnes intellectus creati ſunt ęquè *vniuerſales generice*, ſeu in *vniuerſalitate generica*, in capacitate, & amplitudine conſiſtente.

tiæ; cuius ſit intellectus, & à qua ſpecificetur: cum intellectus in quantum lumen, & virtus connaturalis intellectiva, ſit maior, aut minor, altior, aut minùs altus iuxta incrementum perfectionis ſubſtantiæ, cuius ſit intellectus; quin varietur in eſſe potentiæ actualis, capacitatis vel amplitudinis expecifica diverſitate naturarum, ad quas ſequatur.

Iam ſatisfit replicæ.

Iam eſt impromptu replicæ ſatisfactio, conceſſa maiori, & diſtinguendo minorem; ſed ſpecificativum altius intellectus Angeli ſuperioris, non eſt id ratione cuius vel ad cuius modum intelligit plura intellectus Angeli ſuperioris, quàm intellectus Angeli inferioris ratione, vel admodum ſui ſpecificativi: *plura vtcùmque* conced. minorem; *plura vt inferiora*, neg. minorem; & neg. conſequentiam.

Reſpondetur ad ſecundam probationem ſecundi antecedentis.

29 Ad ſecundam probationem ſecundi antecedentis propoſiti in numero 24. reſpondetur conformiter ad immediatè dicta: non eſſe eandem vniuerſalitatem obiecti ſpecificativi omnium intellectuum, vt ſunt lumina, & virtutes connaturales intellectivæ; ſed diverſiſsimam: *Ens* enim *in quantùm ens* ſolum eſt obiectum extenſivum intellectus, vel (ad ſummum) ſpecificativum intellectus inſpecti in eſſe potentiæ actuabilis, & capacitatis ampliſsimæ: propria verò cuiuſcumque Angeli ſubſtantia, eſt ſpecificativum proprij intellectus, vt luminis, & virtutis connaturalis intellectivæ. Vnde cum ſubſtantiæ Angelicæ, ſint magis vel minùs altæ, ſunt vniuerſaliores in eſſe ſpecificativi proprij intellectus; quatenùs poteſt iſte, admodum altioris ſubſtantiæ, intelligere plura tali ſubſtantiæ inferiora, quàm poſsit intellectus ſpecificatus à ſubſtantia minùs alta: ex quo provenit, quod poſsit vnus intellectus eſſe vniuerſalior alio ſpecificè, licèt non genericè; ſicquè diſtinguatur antecedens, & negetur conſequentia.

Ens in quantùm ens ſolùm eſt obiectum extenſivum intellectus; vel ad ſũmùm ſpecificativum intellectus inſpecti in eſſe potentiæ actuabilis, & capacitatis ampliſſimæ.

Arguitur tertiò.

30 3. Arguitur: ſi Angeli, eò intelligunt per ſpecies vniverſaliores, quò ſunt perfectiores in eſſe ſpecifico, deveniremus (ſaltem de poſsibili) ad Angelum, qui ſe, & omnia alia intelligeret per ſuam eſſentiam (cuius oppoſitum, vt verũ tradidimus in du-

dubio 2.)ergo Angeli non intelligunt per ſpecies vniuerſaliores,quò ſunt perfectiores in eſſe ſpecifico. Probatur antecedens:ſi Angelus,qui nunc eſt ſupremus,omnia intelligibilia creata intelligit per vnicam ſpeciem(vt putant non pauci ex Thomiſtis)Angelus poſsibilis illi ſuperior,ſe,& omnia intelligibilia creata intelligeret per propriam eſſentiam,vt ſpeciem:ergo ſi Angeli intelligunt per ſpecies vniuerſaliores,quò ſunt perfectiores in eſſe ſpecifico,poſſemus devenire ad Angelum,qui ſe,& omnia alia intelligeret per ſuam eſſentiam.

Probatur antecedens: Angelus poſsibilis,ſuperior nunc ſupræmo, intelligeret omnia intelligibilia creata per ſpeciem vniuerſaliorem ſpecie,per quam eadem intelligibilia intelligeret Angelus nunc ſupremus: ergo cum iſte omnia illa intelligibilia per vnicam ſpeciem ſuæ eſſentiæ ſuperadditam intelligat,eadem omnia Angelus poſsibilis,ſuperior nunc ſupremo, intelligeret per ſuam eſſentiam,vt ſpeciem. Patet hęc conſequentia:quia non poteſt eſſe ſpecies vniuerſalior ſpecie repræſentante omnia prædicta,niſi ſpecies repræſentans aliquid ſupra omnia intelligibilia creata repræſentata per ſpeciem infuſam Angelo nunc ſupremo , quæ quidem ſpecies in Angelo poſsibili ſuperiori nunc ſupremo , non erit alia quam propria eſſentia,per quam repræſentetur propriũ ſuum eſſe ſupra omnia intelligibilia creata repræſentata per ſpeciem infuſam Angelo nunc ſupremo.

Quod argumẽtum magnificatur ab Scotiſtis. *Mag. Maſtrius. RR.P.S.Thom.*

31 Hoc argumentum ita magnificatur ab Scotiſtis,vt aſſerat Magiſter Maſtrius diſp.2.de Angelis quęſt. 7.num.220. Thomiſtis adeo moleſtum eſſe , vt etiam ab ipſis inſolubile exiſtimetur,vt fatetur Ioannes à Sancto Thoma(ſic Maſtrius)certè tamèn iſte Magiſter , nec pro doctrina allata in num.10.nec pro ſolutione huius argumenti penetravit quẽ facit commune Thomiſtarum os,doctiſsimum(ſcilicèt) Magiſtrum à Sancto Thoma;qui quidèm non fatetur inſolubilitatem argumenti eruditiſsimè ab ipſo ſoluti;ſed tantùm aſſerit in diſp.21. de Angelis art.4.num.26.loquendo de numero ſpecierum concedendo Angelo nunc ſupremo , eſſe materiam obſcuram , & nobis impenetrabilem,quæ eſt phraſis vulgaris Thomiſtarum dicentium , quod : *Imaginatio*

non

non tranſcendit continuum. Vt ſiſtat intellectus dum probabiliter (& ſi non certo) diſcurrat in exponendis plurimis difficultatibus de Angelis à ſenſu noſtro remotiſſimis. Hinc cum ipſe Magiſter à Sancto Thoma in eodem numero 26. incipiat infringere præcipuum, in quo eſt vis præſentis argumenti per hæc verba: *Reſpondetur facile*: miramur, quod apud eruditum Maſtrium ſignificetur, vt *inſolubile* ſecundùm Thomiſtas, argumentum, quod ſecundùm Thomiſtas *reſpondetur facilè*.

Sed non rectè dicitur, quod a Thomiſtis exiſtimatur, vt *inſolubile*.

32 Vt modò deſtruatur propoſitum: negato 1. & 2. antecenti; tertioquè conceſſo, negando conſequentiam, quam non firmat probatio. Quia, licèt fateremur Angelum nunc ſupremũ, ſe intelligentem per propriam ſubſtantiam (ſicut cæteri Angeli) intelligere omnia alia obiecta creata per vnicam ſpeciem intelligibilem accidentalem, ſaluaremus facilimè, quod ſi poneretur in rerum natura Angelus poſsibilis, ſuperior Angelo nunc ſupremo, intelligeret omnia obiecta creata, alia à ſe, per ſpeciem intelligibilem accidentalem vniverſaliorem, cum ſpecies intelligibilis accidentalis, quæ tali Angelo infunderetur repræſentaret ipſi omnia illa intelligibilia repræſentata per ſpeciem intelligibilem accidentalem infuſſam Angelo nunc ſupremo, & inſuper repræſentaret ipſum Angelum nunc ſupremum, quæ quidèm maior extenſio in repræſentando convincit maiorem vniuerſalitatem ſpeciei accidentalis infuſſæ Angelo ſuperiori poſsibili præ ſpecie accidentali, infuſſa Angelo nunc ſupremo; vnde pro maiori vniuerſalitate ſpeciei repræſentantis omnia intelligibilia creata, alia a ſe, Angelo poſsibili, ſuperiori Angelo nunc ſupremo, non eſt neceſſarium recurrere ad hoc, quod eſſentia illius Angeli poſsibilis, quæ eſſet ſpecies ſubſtantialis, vt ſe cognoſceret, eſſet etiam ſpecies repræſentans omnia alia intelligibilia creata.

Ad quod eſt reſpondendũ.

Si poneretur in rerum natura Angelus poſſibilis, ſuperior Angelo nunc ſupremo, intelligeret omnia creata alia à ſe per ſpeciem intelligibilẽ accidentalem.

33 Si opponatur, quod Angelus poſsibilis, ſuperior Angelo nunc ſupremo (quia ſuperior) ſi in rerum natura exiſteret, omnia intelligibilia intelligeret, quæ intelligit Angelus nunc ſupremus, per ſpecies tamen pauciores; vt ſic intelligeret per ſpecies vniverſaliores

Si opponatur.

O (do-

D. Thomas.

(docente Angelico Magiſtro 1.part. quæſt. 55. artic. 3. quod: *Quantò Angelus fuerit ſuperior, tantò per pauciores ſpecies vniverſalitatem intelligibilium apprehendere poterit; & ideò opportet, quod eius formæ ſint vniuerſaliores*) ſed nos admittimus in Angelo nunc ſupremo duas tantùm ſpecies, vnam ſubſtantialem, quæ eſt eius eſſentia, per quã ſe cognoſcit; aliam accidentalem, per quam cognoſcat alia obiecta creata: ergo, vt Angelus ille poſsibilis ſuperior Angelo nunc ſupremo, intelligat per ſpecies pauciores, debemus dicere, vel quod per ſpeciem accidentalem, ſe, & omnia alia obiecta creata cognoſcit (quod opponitur ſtatutis à nobis in dubio 1.) vel quod per ſuam eſſentiam, ſe, & omnia alia obiecta creata cognoſcit, vt ab argumento intenditur.

Satisfiet.

34 Satisfit faciliùs: concedendo debere eſſe pauciores ſpecies intelligibiles in Angelo illo ſuperiori poſsibili, quàm in Angelo nunc ſupremo, & diſtinguendo minorem; ſed nos admittimus in Angelo nunc ſupremo duas tantùm ſpecies: *De facto*; concedimus minorem: *Pro caſu productionis illius Angeli ſuperioris poſsibilis*; negamus minorem, indequè conſequentiam. Siquidèm caſu, quo produceretur Angelus ille ſuperior poſsibilis, infunderetur Angelo nunc ſupremo ſpecies illius repræſentatiua; quia ſpecies intelligibilis accidentalis, per quam modò Angelus nunc ſupremus omnia intelligibilia creata, alia à ſe, cognoſcit, non eſt repræſentatiua obiectorum ſuperiorum Angelo nunc ſupremo (quale eſſet Angelus ille ſuperior poſsibilis) ſed præciſsè inferiorum; cum ſit ſpecies vniuerſalis, de cuius ratione eſt tantùm repræſentare obiecta inferiora Angelo, cui infundatur; vt in numero 28. ſequentes omnes Thomiſtas indicatum relinquimus.

Componitur, quod Angelus poſsibilis, ſuperior Angelo nunc ſupremo, inteligeret (ſi in re poneretur) per pauciores ſpecies, ac nũc ſupremus, cũ hoc, quod intelligeret per duas ſpecies intelligibiles, per vnam ſubſtantialem, & per aliam accidentalem.

Dices.

35 Sed dices: Angelum nunc ſupremum, non fore intellecturum ſuperiorem ſibi poſsibilem (pro caſu productionis iſtius) per ſpeciem intelligibilem, tunc infundendam, ſed per ſpeciem per quam modò cognoſcit omnia intelligibilia creata alia à ſe: ergo, ſi quia tũc infunderetur illi noua ſpecies repræſentatiua Angeli ſuperioris poſsibilis, ſaluamus pauciores ſpecies pro

illo

caſu in Angelo ſuperiori poſsibili, quàm in Angelo nũc ſupremo, deficit ſolutio noſtra. Probatur antecedens: Angelus nunc ſupremus, cognoſcit modò omnia intelligibilia creata, alia à ſe, per vnicam ſpeciem intelligibilem, in quantùm per hanc ſpeciem cognoſcit omnia creata ſpiritualia, & corporalia, vt convenientia in gradu ſubſtantiæ (vt teſtantur huius doctrinę Patroni) ſed Angelus ille ſuperior poſsibilis, caſu, quo produceretur, eſſet aliquid ſpirituale creatum conueniens cum omnibus alijs rebus creatis ſpiritualibus, & corporalibus in gradu ſubſtantiæ (vt nullus negabit) ergo caſu, quo produceretur Angelus ille ſuperior poſsibilis, non cognoſceretur ab Angelo nunc ſupremo per ſpeciem intelligibilem, tunc infundendam; ſed per ſpeciem, per quam modò cognoſcit omnia obiecta creata alia à ſe.

36 Reſpondetur negando antecedens, & ad eius probationem diſtinguendo maiorem: In quantùm per hanc ſpeciem cognoſcit omnia creata, ſpiritualia, & corporalia, vt convenientia in gradu ſubſtanriæ, ſi per ly *ſpiritualia* intelligantur *ſpiritualia inferiora Angelo nunc ſupremo*, conced. maiorem: Si intelligantur *ſpiritualia inferiora, vel ſuperiora Angelo nunc ſupremo*, neg. maiorem, & conceſſa minori, neg. conſequentiam. Non enim repræſentatur Angelo nunc ſupremo per ſpeciem repræſentatiuam omnium intelligibilium creatorum aliorum à ſe, (inter quæ plura ſunt ſpiritualia, & corporalia plura) gradus ſubſtantiæ, vt communis omni ſubſtantiæ ſpirituali, & corporeæ; aliàs per iſtam ſpeciem repræſentarentur Angelo nunc ſupremo propria ipſius ſubſtantia (contra dicta in noſtro dub. 1.) & omnes ſubſtantiæ tantũ poſsibiles, & ſic nõ eſſet hæc ſpecies repræsẽtatiua tãtũ exiſtẽtiũ integrantiũ hoc vniuersũ, & exiſtentiũ futurorũ, vel poſsibiliũ cõnexionem habentiũ cũ partibus huius vniuerſi (cum ſint plures ſubſtantiæ tantũ poſsibiles, quæ nec exiſtunt, nec ſunt ex futuris, vel poſsibilibus cõnexis cũ partibus huius vniuerſi) quod opponitur traditis à nobis dub. 3. in num. 21. Ex quo deducitur, quod hæc ſpecies infuſa Angelo nunc ſupremo, non, eſſet repræſentatiua Angeli illi ſuperioris poſsibilis caſu, quo iſte produceretur; quia licèt conveniret in gradu communi ſubſ-

Ad quod reſpondetur. Non repræſentatur Angelo, nũc ſupremo, per ſpeciem repræſentatiuam omnium creatorum, gradus ſubſtantiæ, vt cõmunis omni ſubſtantiæ ſpirituali, & corporeæ.

Digitized by Google

tantiæ, cum corporalibus, & ſpiritualibus, inferioribus Angelo nunc ſupremo; verùm corporalia, & ſpiritualia inferiora Angelo nunc ſupremo, non repræſentantur per ſpeciem ipſi infuſſam, quia conueniunt in gradu ſubſtantiæ communiſsimè accepto (vt benè hic obſervat Magiſter Serna) ſed quia conveniunt in gradu ſubſtantiæ, vt determinato per ſubſtantias corporeas, & ſpirituales inferiores Angelo nunc ſupremo, de quarum numero non eſt Angelus ille ſuperior poſſibilis.

M. Serna.

Si inquiras: Cur talia obiecta per hanc ſpeciem repræſentantur prædicto Angelo, vt convenientia in gradu ſubſtantiæ, vt determinato per ſubſtantias corporeas, & ſpirituales inferiores Angelo nunc ſupremo? Respondebimus, quodquia eſt ſpecies vniverſalis ex perfectione, de cuius eſſentia eſt, non repræſentare, niſi inferiora intelligenti, cuius intellectui ipſa ſit infuſſa.

37 Si inquiras: Cur per ſpeciem infuſſam Angelo nunc ſupremo repræſentantur corporalia, & ſpiritualia, vt convenientia in gradu ſubſtantiæ, vt determinato per ſubſtantias corporeas, & ſpirituales inferiores Angelo nunc ſupremo, & non vt convenientia in gradu ſubſtantiæ, vt determinato per ſubſtantias corporeas, & ſpirituales ſuperiores, vel inferiores Angelo nunc ſupremo?

38 Reſpondemus: Quod, quia hæc ſpecies eſt vniuerſalis ex perfectione, de cuius eſſentia eſt non repræſentare, niſi inferiora intelligenti, cuius intellectui infundatur. Tum quia (vt diximus in numero 28.) iſtam vniuerſalitatem ſpeciei colligimus ex eminentia perfectionis Angeli, à qua ſit exacta; & eminentia perfectionis Angeli, tantùm oſtenditur reſpectu Angelo inferiorum. Tùm, quia Angelicus Magiſter in quæſtione 8. de Veritate, artic. 10. ad 3. hanc vniverſalitatem ſpeciei Angelicæ declaravit per excellentiam ſpeciei ſupra obiecta repræſentata, aſſerens, quod: *Cum formæ intellectus Angelici ſint excellentiores rebus ipſis, vtpote Diuinæ Eſſentiæ propinquiores, non eſt inconveniens, ſi vna forma intellectus Angelici ſit propria ratio plurium*: quod etiam expreſsit 1. part. quæſt. 55. artic. 3. ad 3. Tum, quia idem Angelicus Magiſter 2. contra Gentes. c. 98. explicat virtutem vniverſalem repræſentativam ſpeciei Angelicæ per virtutem eminentiorem cauſæ vniverſalis: *Eſt enim* (inquit) *vniuerſalis virtute, admodum formæ agentis in cauſa vniverſalis* ſed virtus cauſæ vniuerſalis (ſolis videlicèt) tantùm ad inferiora

S. Thomas.

in eſſe effectuum cauſæ vniuerſali extenditur: ergo virtus vniuerſalis repræſentatiua ſpeciei Angelicæ ſolùm ad inferiora intelligenti, cui, vt ſpecies inſervit, ſe extendit in repræſentando; Tùm deniquè: quia (iuxta obſervationem Eminentiſsimi Caietani in Commentario quæſtionis 11. tertiæ partis, artic. 1. 6. ad evidentiam.) ſpecies vniuerſalis Angelica, eſt repræſentatiua plurium imitando ſpeciem vniuerſalem Divinam; ſed ſpecies vniuerſalis Divina, tantùm eſt repræſentatiua plurium Deo inferiorum (vt nullus dubitare audebit) ergo ſpecies vniuerſalis Angelica, tantùm eſt repræſentatiua plurium Angelo inferiorum. *Card. Caietanus.*

§. IV.

Aliqua ex dictis colligenda.

39 PRimum eſt: Angelos, qui perfectiores ſunt in natura, non intelligere per ſpecies ſupernaturales vniuerſaliores; quia illud principiū, quo vſi ſumus in præſenti quæſito ad ſtatuendum, quod Angeli eo intelligunt per ſpecies vniverſaliores, quo ipſi poſitiuè actualiores ſunt, tantum eſt vtile, vt probetur eſſe inæquales in vniuerſalitate ſpecies naturales infuſas Angelis inæqualibus in perfectione naturali; ſiquidèm ad inæqualitatem in vniuerſalitate ſpecierum ſupernaturalium, attendi debet inæqualitas luminis ſupernaturalis cum quo, & non cum perfectione naturali Angelorum conformatur inæqualitas in vniverſalitate ſpeciei ſupernaturalis infuſæ (vt prænotatum fuit in numero 1.) cumquè lumen ſcientiæ per ſe infuſæ ſupernaturalis ſit æquale, ſeu eiuſdem ſpeciei in omnibus Angelis, ſpecies ſupernaturales Angelis infuſæ, etiā ſunt eiuſdem ſpeciei, ac proindè omnes æquales in vniuerſalitate.

Primum corollarium.

Angeli, qui perfectiores ſunt in natura, non intelligunt per ſpecies ſupernaturales vniverſaliores.

40 Secundùm eſt: Tot eſſe in Angelo inferiori ſpecies ſuperiorum repræſentatiuas, quot ſunt Angeli ſuperiores: Tùm quia, ſi in Angelo inferiori poneretur vnica ſpecies repræſentatiua pluſquàm vnius Angeli ſuperioris, poſſit eſſe connaturaliter repræſentati à plurium (cū eadem

Secundū corollarium.

Tot ſunt in Angelo inferiori ſpecies repræſen-

Digitized by Google

ſentatiuæ ſuperiorum, quot ſunt Angeli ſuperiores.

dem ſit ratio pluſquàm vnius, ac plurium) & conſequenter vniverſalis; ſed connaturaliter loquendo, non poteſt dari in Angelo inferiori ſpecies vniuerſalis ſuperiorum repræſentatiua (vt ſuadent dicta in num. 38.) ergo in Angelo inferiori, tot erunt ſpecies repræſentatiuæ ſuperiorum, quot ſunt Angeli ſuperiores; Tùm quia ſpecies Angeli ſuperioris, infuſſa Angelo inferiori, proportionat Angelum ſuperiorem cum intellectu inferioris, ita vt ſpecies non multùm excedat in immaterialitate Angelum inferiorem (aliàs magis ad in proportionandum, quàm ad proportionandum deſerviret) ſed ſi ſpecies repræſentatiuæ Angelorum ſuperiorum, non eſſent tot in Angelo inferiori, quot ſunt Angeli ſuperiores, non proportionarent Angelos ſuperiores cum intellectu inferioris (quia ſpecies repræſentans duos Angelos ſuperiores, quamlibet diuiſim in vniuerſalitate excederet, cum vtrumquè in ſe vnica ſuperiori ratione intelligibiliter adunaret, proindequè nullum proportionaret, ſeu accommodaret captui Angeli inferioris, non valentis connaturaliter intelligere Angelum ſuperiorem per ſpeciẽ magis ſuperiorem, quàm ſit ſibi ſuperior Angelus intelligendus) ergo firmum manet, quod in Angelo inferiori, tot ſunt ſpecies ſuperiorum repræſentatiuæ, quot ſunt Angeli ſuperiores.

Si dicas.

41 Si dicas: quod magis diſtat ab intellectu Angeli inferioris Deus, vt Author naturæ, quàm duo Angeli ſuperiores ſimul ſumpti, & tamèn datur ſpecies repræſentans connaturaliter intellectui Angeli inferioris Deum, vt naturæ Authorem; ſiquidèm iuxta Angelicum Præceptorem. 1. part. quæſt. 56. art. 3. Quilibet Angelus per ſuam ſubſtantiam tanquàm ſpeciem, Deum, vt Authorem naturæ cognoſcit: ergo, & poterunt duo Angeli ſuperiores, connaturaliter repræſentari intellectui Angeli inferioris per vnicam, & indiuiſibilem ſpeciem.

Satisfiet. Reddendo rationem diverſitatis repertæ inter ſubſtantiam

42 Occurremus concedendo maiorem, & negando minorem, conſequenter ad dicta dubio 2. in num. 61. ſiquidèm (vt ibi diximus) ſubſtantia Angeli non eſt id, quo Deus vt Author naturæ cognoſcitur, ſed tantùm eſt id, in quo cognoſcitur tanquàm cauſa in efte-

effectu priùs *vt quod*, quàm ſua cauſa cognito. Vnde ſubſtantia Angeli non ducit in cognitionem Dei Authoris naturæ, vt medium *quo* (quod eſt de ratione ſpeciei intelligibilis, vt talis) ſed præciſsè vt medium *per quod*, quod, vt priùs cognitum, repræſentat Deum Authorem naturæ; quia & ſi hoc ſufficiat vt Deus, vt Author naturæ repræſentetur per ſubſtantiam Angeli, quæ eſt ſpecies intelligibilis Angeli, non tamèn, vt repræſentetur per ſubſtantiam Angeli, vt per ſpeciē intelligibilē Dei Authoris naturæ: cū conceptui ſpeciei intelligibilis, vt talis, opponatur notificare rem, vt obiectum ab ipſa re cauſatum, qualiter contingit ſubſtantiæ Angeli, vt repræſentatiuæ Dei Authoris naturæ, pro cuius fuſiori doctrina conſulendus eſt Magiſter Ferre, quæſtione 10. de Angelis. §. 5: Nec aliud voluit dicere Angelicus Magiſter in teſtimonio pro inſtantia adduto, vt clarum fiet ipſum tantis per meditanti; ſicquè non fauet arguenti intendenti ex illo dari vnicam ſpeciem intelligibilem, quæ ſimul duos Angelos ſuperiores intellectui inferioris connaturaliter repræſentet.

tiam Angeli intelligentis, vt ei repræſentantem Deum Authorem naturæ, & ſpeciem infuſſam. Angelo inferiori ſuperioris repræſentatiuā.

43 Tertium eſt: Non eſſe hic ſolicitè inquirendum numerum ſpecierum vniuerſalium, qui de facto eſt in Angelo nunc ſupremo (cui gratis in numero 32. pro ſolutione tertij argumenti vnicam præciſsè ſpeciem vniuerſalem conceſsimus) & reſpectivè in omnibus alijs Angelis: Tùm, quia reſponſio huic quæſito ob materiæ obſcuritatem continuum tranſcendenti (vt iàm ſignificauimus in numero 31.) potiùs eſſet Diuinatio, quā Theologica fundata deciſio. Tùm quia, vt in præſenti dubio noſtra propugnetur reſolutio, non eſt neceſſaria hæc inquiſitio; ſint enim in quolibet Angelo aliquæ tantùm, vel ſint multæ ſpecies vniuerſales, ſemper, & in quocumquè euentu eſt certum: Angelum ſuperiorem intelligere obiecta ſibi inferiora per ſpecies vniuerſaliores ſpeciebus, per quas obiecta ſibi inferiora Angelus inferior intelligat, quia ad hoc ſufficit, quod Angelo ſuperiori repræſententur per vnicam ſpeciem vniuerſalem plura obiecta, quàm Angelo inferiori per ſimilem vniuerſalem ſpeciem; proportionabiliter, & iuxta modum explicatum a nobis in num. 32. ad-

Tertium corollarium. Non eſt ſolicitè inquirendus numerus ſpecierum intelligibilium vniuerſalium, qui defacto eſt in Angelo nunc ſupremo.

Digitized by Google

addendo (ſcilicet) ſaltèm vnum obiectum inferius, repræſentandum per ſpeciem vniuerſalem infundendam Angelo ſuperiori, ſupra obiecta inferiora, etiam repræſentata per ſpeciem vniuerſalem infuſſam Angelo inferiori.

Si opponas.

44 Si opponas: Non eſſe extra rem noſtram determinare numerum ſpecierum vniuerſalium in Angelis conformiter ad ipſorum perfectionem ſpecificam; curantes nè ita multiplicentur ſpecies vniuerſales in Angelo ſupremo, quod deſcendendo de illo, vſquè ad Angelum infimum, non dentur ſpecies vniuerſales inſervientes intellectui Angeli infimi, quia cum numerus Angelorum excedat multitudinem omnium indiuiduorum rerum materialium (vt ſecundùm Lyræ expoſitionem probabiliter deducitur ex illo Pſalmi 138. *Dinumerabo eos, & ſuper arenam multiplicabuntur*) & cum ſpecies vniuerſales plura repræſentent ſuperiori, quàm inferiori Angelo, tantùm poſſent multiplicari ſpecies vniuerſales, repræſentantes plura in Angelis ſuperioribus, omnibus numeratis procedendo de ſupremo ad ſuperiorem immediatũ infimo, vt non eſſent plura, quæ repræſentari poſſent per ſpeciẽ Angelo infimo infuſſam.

Lyra.

Pſalm. 138. v. 18.

45 Dicimus eſſe tantum numerum naturarum ſpiritualium, & corporalium (ſub corporalibuſquè tanta indiuidua) quarum collectio multùm excedit magnum Angelorum numerum: quod quamvis multiplicentur ſpecies vniuerſales in Angelis ſuperioribus, vt à replica numeratis; adhuc manerent plura, quæ repræſentari poſſent per ſpeciem vniuerſalem Angelo infimo infuſſam; immò, & ſi nunc produceretur alius Angelus inferior præſenti infimo, darentur plura excesſa in numero à pluribus repræſentatis per ſpeciem infuſſam Angelo nunc infimo, quæ repræſentarentur per ſpeciem vniuerſalem, Angelo inferiori poſsibili tunc infundendam.

Dicemus: quod numerus naturarum ſpiritualium, & corporalium multùm excedit magnum numerum Angelorum.

46 Si tamèn inveſtigatio curioſa arguentis inveniret: quod ſpecies vniuerſalis, infuſſa Angelo nunc infimò tantùm repræſentaret quatuor, aut tria obiecta (quorum numerus ad minùs requiratur, vt

Si produceretur modò Angelus inferior Angelo nunc in

Digitized by Google

vt verè dicantur *plura*) & infra hunc Angelum infimum produceretur alter Angelus ipſi inferior;inutilitèr gloriaretur,quia infunderetur tunc,Angelo inferiori producendo,ſpecies vniuerſalis repræſentativa 4.aut 3.obiectorum,quæ modò repræſentantur per ſpeciem vniverſalem infuſſam Angelo nunc infimo (vt ille intelligeret per ſpeciem vniuerſalem)cum quo conciliaremus,quod ſpecies infuſſa,Angelo nunc infimo , eſſet exactivè vniverſalior ſpecie tunc infundenda Angelo inferiori producendo;quia vt vna ſpecies ſit exactivè vniuerſalior alia(vt omnibus eſt notum)non eſt neceſſarium , quod actu repræſentet plura quàm alia;ſed ſufficit , quod exigat repræſentare plura,quàm alia;hocquè tunc conveniret (propter ſuam maiorem actualitatem , & perfectionem ſpecificè maiorem) ſpeciei vniverſali , infuſſæ Angelo nunc infimo,comparativè ad ſpeciem tunc infundendam Angelo ipſi infimo inferiori quod verò actu non repræſentaret plura , quàm infundenda inferiori,tunc producendo , non proveniret ex defectu exigentiæ perfectionis prædictæ ſpeciei;ſed tatùm ex ſuppoſitione caſus omninò accidentalis huic exigentiæ;quod equidèm non opponitur noſtræ concluſioni , præcipuè conſideranti exigētiam maioris vniuerſalitatis in ſpecie vniuerſali perfectiori(cui accidere poteſt, quod non repræſentet actu plura , quàm ſpecies vniverſalis minùs perfecta , ex defectu plurium ipſi correſpondentium , quam ſpeciei vniuerſali minùs perfectæ) quæ ſalvarentur etiam ſi ſpecies vniuerſales infuſſæ cuilibet Angelo, eadem plura obiecta Angelo perfectiori , quàm Angelo minùs perfecto repræſentarent;cum tunc ſpecies vniverſalis perfectiori infuſſa, & ſi actu non repræſentaret plura,quàm vniuerſalis;minus perfecto infuſſa,ex ſui perfectione intrinſeca haberet exigere repræſentare plura.

infimo,& ei infunderetur ſpecies vniverſalis non repræſentans actu plura obiecta , quam ſpecies infuſſa Angelo nunc infimo , adhuc eſſet talis ſpecies exactivè vniuerſalior ſpecie , infuſſa Angelo nunc infimo.

47 Hæc doctrina debet applicari pro caſſu illo poſſibili,ad ſolutionem argumenti,pluſquàm pareſt , in re tàm occulta inveſtigantis;permiſſo,quod per ſpeciem vniuerſalem,infuſſam Angelo nunc infimo, repræſentativamquè illorum 4.aut 3.obiectorum,non repræſentaretur in dicta hypoteſi Angelus inferior poſſibilis(cuius oppoſitum verius iudicamus iuxta dicta in numero 32.) ſi

Licèt verius iudicemus, quod Angelo illi inferiori de novo producendo , non infunderetur ſpecie ,quę actu-

Digitized by Google

actu non repræſentaret plura, quàm infuſſa Angelo nunc infimo.

ſi enim hic Angelus tum repræſentaretur per ſpeciem vniuerſalem infuſſam Angelo nunc infimo, & ſi infundenda inferiori poſsibili eadem 4. aut 3. obiecta repræſentaret, quàm repræſentat infuſſa nunc infimo, excederetur in vniverſalitate ab illa, quia tunc iſta ſupra illa 4. aut 3. obiecta repræſentaret Angelum illum inferiorem poſsibilem. Idem quæ eſt dicendum (ſimili proportione atenta) ſi deſcendatur ad alias, & alias ſpecies vniuerſales infundendas, quibuſcumque alijs Angelis inferioribus poſsibilibus. ¶ Et hæc de hoc dubio (primæ diſput. vltimo) applicando diſt. 3. lib. 2. ſent. Magiſtri: vbi illud movent S. Thomas quæſt. 3. art. 2. Doctor Subtilis, quæſt. 10. §. *Iſta opinio*; Baſſolis q. 3. §. *Alia opinio*; & alij quàm plurimi relati à P. Ripalda ibi quæſt. 6.

Sanct. Thomas.
Scotus.
Baſſolis.
Et alij multi relati à *Ripalda.*

DISPVTATIO II.

De modo cognitionis Angelicæ.

PLura ſub hoc titulo diſputavit Doctor Angelicus prima parte (quæſt. 58. in ſeptem articulos diviſſa) quorum aliqua ex dictis in præcedenti diſputatione affatim conſtant; reliquaquè diſquirentur in præſenti; dubitando: an Angeli intelligant eodem modo cognitionis, ac homines ſua obiecta cognoſcunt, *diſcurrendo, componendo, & dividendo*? (Vbi explanare non omitemus: vtrùm in Angelis ſit error, vel falſitas?) poſt quæ agemus de comprehenſione intentionali, qua vnus Angelus alium comprehenſivè cognoſcit: quia licèt hic non tractavit hoc Magiſter Angelicus, eſt de illis, quæ ad modum cognitionis ſpectant; & ideo ſatis congruentèr ſub propoſita diſputatione erit enodandum.

DV-

Digitized by Google

DVBIVM I.

Vtrùm Angelus diſcurrat in cognitione ſuorum obiectorum?

§. I.

Proponuntur notatu digna, & referuntur ſententiæ.

1 AD huius clariorem præceptionem 1. eſt habendum præ oculis: aliud eſſe cognoſcere vnum in alio; aliud cognoſcere vnum poſt aliud; aliud tandèm cognoſcere vnum ex alio. Inter quæ; primum nec petit, quod vna cognitio ſuccedat aliam, nec petit, quod vna cognitio cauſetur ex alia: ſecundum, et ſi petat ſucceſsionem cognitionis vnius ad cognitionem alterius, non petit cauſalitatem cognitionis vnius in cognitionem alterius: tertium verò vtrumquè petit, & cognitionem vnius eſſe poſt cognitionem alterius, & cognitionem vnius cauſari ex cognitione alterius.

Primum notabile.

Aliud eſt: *cognoſcere vnum in alio*: aliud *cognoſcere vnum poſt aliud*: aliud *cognoſcere vnũ ex alio*.

Non poteſt dubitari: ſalvari diſcurſum, dum dantur duæ cognitiones, quarum ſecunda ſubſequatur primam, & ab ea cauſetur. Nec poteſt verti in dubium, àn Angelus cognoſcat vnum in alio, & cognoſcat vnum poſt aliud? Non primum: quia nullus negat Angelum ita cognoſcere principium, vt in illo poſsit concluſiones legere: ideoquè vocatur Angelus intelligentia, quaſi *quì intùs in principijs concluſiones legat*: Nonquè ſecundum: quia Angelus poſt cognitionem ſui, plurium aliarum rerum cognitionem comparat. Quare præſens queſtio ſolùm reducitur, vel an ad hoc, quod Angelus diſcurrat; deſideretur, quod cognoſcat vnum ex alio, ſicut cognoſcit vnum in alio, vel vnum poſt aliud? Vel an diſcurſus ſalvetur non ſolum per cognitionem vnius ſubſequutám, & cauſatam ex cognitione alterius; ſed etiam per cognitionem vnius in alio, vel vnius poſt aliud?

Quorum alietas explicatur.

Ideò vocatur Angelus intelligentia, quia *intùs in principijs concluſiones legit*.

2 Secundò prælibandum eſt: difficultatem præſentem aliam eſſe loquendo de cognitione Angelica erga obiecta naturalia; aliam loquendo de cognitione Angelica circa obiecta ſupernaturalia; aliamquè etiam

Secundum notabile.

Hæc quæſtio alia eſt ſi loquatur de cognitione Angelica erga naturalia: alia ſi loquatur de cognitione Angelica circa ſupernaturalià: alia eſt ſi loquatur de cognitione certa ſupernaturalium, alia ſi de illorũ cognitione coniecturali.

etiam hanc quæſtionem eſſe, ſi loquatur de cognitione tantùm evidenti erga naturalia; & certa erga ſupernaturalia; aliam, ſi loquatur de cognitione coniecturali erga ſupernaturalia, expoſita falſitati, & errori; cum plures negantes Angelum diſcurrere erga naturalia, admittunt illum diſcurrere circa ſupernaturalia; aliquè ſolùm, dùm Angelus obiecta ſupernaturalia coniecturalitèr cognoſcit, aſſerunt poſſe diſcurrere; proindequè tantùm in cognitione obiectorum ſupernaturalium, vel in eſſe entis (qualia ſunt omnia entia entitativè ſupernaturalia) vel in eſſe obiecti (vt ſunt cogitationes cordium, & futura libera contingentia) diſcurſum poſſe inveniri iudicant; ſimul ſentientes, quod ſi Angelus certò obiecta ſupernaturalia cognoſcat, non poteſt circa ea diſcurrere.

Prima ſententia affirmativa.

3 Theologorum placita circa hanc controverſiam ad tria principaliora redducuntur, quorum vnum eſt Doctoris Subtilis iudicantis: aliqua obiecta non minùs per diſcurſum cognoſci ab Angelo, quàm cognoſcantur ab homine; hocquè eſſe intelligendum etiam de obiectis naturalitèr & evidentèr ipſi Angelo notis, expreſsit Scotus in 2. tùm diſt. 1. quæſt. 6. §. *contra Anima.* verſiculo *item quæritur*: tùm diſt. 7. quæſt. 1. §. *Contra concluſionem paulò ante verſiculum contra ſecundam viam.* In Reportatis §. *De tertio articulo*: verſ. *Ad vnam rationi*: & in tertia part. prologi quæſt. 4. & 5. lateráli in principio (quod communiſsimè defendunt Scotiſtæ, vt teſtatur Magiſter Delgadillo cap. 4. de Angelis difficult. 2. num. 12.) Idem ſentiunt Gregorius in 2. diſt. 7. quæſt. 5. art. 2. OKam in 2. quæſt. 16. *contra ſecundum art. in prima opinione.* Et concluſione . in fine. Gabriel in 2. diſt. 3. queſt. 2. art. 3. prima parte, articuli concluſione 1. Secundùm, quos Doctores erga obiecta naturalia, & ſupernaturalia, ſivè certò ſivè coniecturaliter cognoſcenda, poſſunt Angeli diſcurrere.

Et pro illa ſunt *Scotus*, Communiſsimè *Scotiſtæ*. *Mag. Delgadillo*. *Gregorius*. *OKam*. *Gabriel*.

Secunda ſententia abſolutè negativa.

Aliud, præcedentibus Doctoribus immediatè oppoſitum, eſt opinantium: Angelum nè dùm non diſcurrere, verùm in nulla materia eſſe capacem diſcurſus: quod expreſsè docuit Angelicus Magiſter, tùm prima parte, quæſt. 58. art. 3. & quæſt. 79. art. 8. & quæſt. 85. art. 5. tùm 1. 2. quæſt. 89. art. 4. tùm 2. 2. quæſt. 108. art. 9. ad 2.

Pro qua ſunt *D. Thomas*.

2.tùm in 3.*Contra Gentes*.Cap.44.& 91.tùm deniquè in quæſt.8.de *Veritate*:art.15.quæſtiuncula 24.art.3.ſequuntur Angelicum Ducem ferè omnes Thomiſtæ, Cayetanus,Bañez,Zumel,Nazarius,Navarrete, Salmāticenſes, & Magiſter a Sancto Thoma cum alijs(etiam ex DD. Societatis; vt ſunt PP.Valentia,Tannerus,& Sparza) in commentarijs art.3 quæſtionis 58. 1.part. Capreolus in 2.diſt.3.quęſt.2.ad argumenta *contra ſecundam concluſionem*,& Ferrarienſis 3.*Contra Gentes*:cap.91.&extra Scholam Thomiſticam Alenſis 2.part.quæſt.20.memb.5.Referunturquè pro hoc modo dicendi Ægidius in 2.diſt 3. 2.part:diſtinctionis quæſt.2.art.3.(licèt nihil de hoc ibi dicat)& in 3.ſententiarum:& Albertus in 2. part. Sumæ quæſt.9.Adducunturquè etiam ad hanc ſententiam Div. Dionyſius cap.7. de *Divinis nominibus*. Magnus Parens Auguſtinus lib.4.de *Geneſi ad litteram*,cap.29.& 35.& S. Bernardus ſermone 5 in *Cantica*.

Card.Caietanus. M.M.Bañez. Zumel. Nazarius. Navarrete. Salmanticenſes. RR.à S.Thoma. PP.Valentia. Tannerus, Et Sparza. Capreolus. Ferrarienſis. Alenſis. Ægidius. Albertus. S.Dionyſius. S.Auguſtinus. S.Bernardus.

Placitum medium arridet:tum Patri Suarez, qui in lib.2.de Angelis cap.33.(citans pro ſe aliquos antiquos Thomiſtas)per mediam inceſsit viam: tenens Angelos diſcurrere dùm ſupernaturalia cognoſcunt; non verò dum naturalia attingunt.Cui P.Vazquez(ex parte) conſentit;quia & ſi aſſerat Angelum ergā naturalia non poſſe diſcurrere;erga ſupernaturalia tribuit Angelis aliquem modum diſcurſus,non tamèn abſolutum diſcurſum,vt videri poteſt in ipſo 1.part.diſp.222. cap. 3.Sed PP.Peſantius 1.part quæſt.58.art.3.Granados diſp.3,numero 13.Arrubal & Amicus ſine hac limitatione dicūt idem quod P.Suarez;vt &etiam facit Pater Echeverria diſp.6.de Angelis num.18.vbi cum P.Platel ait quod Angelus poteſt diſcurrere diſcurſu formali circa omnia illa obiecta,quæ non cognoſcit intuitivè , & immediatè; at circa omnia alia; quæ vel evidentèr videt,vel intuitivè,& immediatè cognoſcit non poteſt diſcurrere diſcurſu formali.

Tertia ſententia media. Pro ea ſunt. *PP.Suarez. Vazquez. Peſantius. Granados. Arrubal. Amicus. Platel. Echeverria.*

Tùm PP.Molina 1.p.quæſt.58.art.3.§.*ex alio capite*, & Franciſco de Lugo lib.1.de Angelis diſp. 14. cap. 3. qui iudicant,quod erga omnia obiecta coniecturaliter, aut probabilitèr cognoſcenda abAngelo,ipſe poteſt diſcurrere;ſecùs verò erga obiecta,ſivè evidentèr,ſivè cer

Necnon *PP. Molina. Franciſcus de Lugo.*

Digitized by Google

Arriaga.

Turrianus.

Averſa.
Ripalda.
Quiros.
Et Herrera.

tò (licèt obſcurè) cognoſcenda. Tùm P. Arriaga tractatu de Angelis diſp. 11. ſect. 8. ſub ſectione 2. dicenti ibi: Angelum poſſe diſcurrere, & per accidens erga ea obiecta, quæ non intuetur, vt in eſſe exiſtentia, ſed in cauſa cognoſcit; & à fortiori circa res occultas, ſivè præſentes, ſivè futuras, quaſcumquè naturalitèr non cognoſcit certò, & evidentèr. Tum Patri Turriano diſp. 52. de Angelis dubio 2. aſſerenti: Angelum *nec per ſe, nec per accidens* poſſe diſcurrere circa obiecta, quorum habet ſpecies quidditativas, et ſi diſcurrat *per ſe*, circa ea omnia, quæ cognoſcit abſtractivè, licèt evidentèr. Tùm PP. Averſa 1. part. quæſt. 58. ſect. 4. Ripalda in tractatu de Angelis diſp. 4. ſect. 2. Quiros tomo 2. in 1. p. diſp. 65. ſect. 2. & Herrera, quæſt. 10. de Angelis ſect. 5. ſentientibus: Angelum circa nulla obiecta poſſe diſcurrere *per ſe*, hoc eſt], *ex indigentia diſcurſus*; poſſe tamèn diſcurrere *per accidens* (ſeu *pro ſuo libito*) etiam in notione eorum, quæ quidditativè ſibi manifeſtantur.

§. II.

PRIMA CONCLVSIO.

Angelus nequit erga naturalia diſcurrere.

Prima concluſio probatur à ratione ex *D. Thoma* deſumpta.

Vt Angelus poſſet diſcurrere erga obiecta naturalia, erat neceſse, quod poſet cognoſcere concluſionē naturalem cogni-

4 QVàm concluſionem, hac vnica efficaci ratione (præcipuè producta ex doctrina Angelici Magiſtri 1. part. quæſt. 58. articul. 3.) modò probabimus: vt Angelus poſſet diſcurrere erga obiecta naturalia diſcurſu formali (de quo tantùm hic loquimur) erat neceſſe, quod poſſet cognoſcere concluſionem naturalem cognitione cauſata ex cognitione principiorum naturalium; ſed Angelus non poteſt cognoſcere concluſionem naturalem cognitione cauſata ex cognitione principiorum naturalium: ergo Angelus nequit

Digitized by Google

quit diſcurrere erga obiecta naturalia. Conſequentia eſt legitima. Prob.maiorem, & minorem, maioremquè ſic: in omni formali diſcurſu (iuxta omnes Metaphyſicos, & Animaſticos) debet ex principijs, ſeu præmiſsis cauſari concluſio;ſed non ſufficit, quod cauſetur concluſio obiectiva ex principijs obiectivis, v.g. proprietas ex natura (alias cum Deus cognoſcat proprietates ex natura cauſari; daretur in Deo diſcurſus formalis, cuius oppoſitum eſt certum ſecundùm fidem) ergo vt ſalvetur diſcurſus formalis erga naturalia debet cauſari concluſio formalis, hoc eſt cognitio concluſionis naturalis (quæ concluſio obiectiva dicitur) ex principijs formalibus, quæ ſunt cognitiones principiorum naturalium obiectivè ſe habentium.

Tunc ſic. Sed in Angelo non poteſt inueniri cognitio concluſionis naturalis cauſata ex cognitione principiorum naturalium: ergo Angelus non poteſt cognoſcere concluſionem naturalem cognitione cauſata ex cognitione principiorum naturalium. Hæc conſequentia erat minor in primo ſyllogiſmo, & conſtat ex minori ſubſumpta, quam nunc prob. In Angelo non poteſt dari cognitio concluſionis naturalis, quæ non ſit cognitio principiorum naturalium: ergo in Angelo non poteſt inveniri cognitio concluſionis naturalis cauſata ex cognitione principiorum naturalium. Conſequentia eſt certiſsima, quia quod eſt A nequit cauſari ab A; prob. antecedens: Angelus non poteſt niſi intelligendo, (quod idem eſt ac legendo principia) cognoſcere concluſionem naturalem; ſed in cognoſcente, non niſi intelligendo concluſionem naturalem, non poteſt dari cognitio concluſionis naturalis, quæ non ſit cognitio principiorum naturalium (vt etiam contrarij fatentur) ergo in Angelo non poteſt dari cognitio concluſionis naturalis, quæ non ſit cognitio principiorum naturalium. Maiorem, in qua eſt totalis huius quæſiti difficultas, oſtendemus dupliciter. Et.

nitione cauſata ex cognitione principiorum naturalium.

In Angelis non poteſt dari cognitio concluſionis naturalis, quæ non ſit cognitio principiorum naturalium.

Pri-

Digitized by Google

Probatur 1. vltima præcedẽs maior.

5 Primò: Intelligentia, non niſi intelligendo, poteſt cognoſcere concluſionem naturalem; ſed Angelus, & vocatur Intelligentia, & vt talis ab omnibus cognoſcitur: ergo Angelus non poteſt, niſi intelligendo, cognoſcere concluſionem naturalem. Prob. minorem; Intelligentia, non poteſt cognoſcere concluſionem naturalem, niſi prout diſtinguitur à Rationali rigoroſè accepto; ſed ſolum diſtinguitur à Rationali rigoroſè accepto, ſi non niſi intelligendo poſsit cognoſcere concluſionem naturalem: ergo Intelligentia non niſi intelligendo, poteſt cognoſcere concluſionem naturalem. Maior eſt certa; quia Intelligentia, non poteſt cognoſcere concluſionem naturalem, niſi prout Intelligentia, quæ (ſuppoſita hominum acceptione) ſupponit pro aliquo eſſentialitèr diſtincto ab eo, pro quo ſupponit Rationale rigoroſè acceptum. Prob. min. Intelligẽtia diſtinguitur à Rationali rigoroſè accepto, per poſſe intelligere obiecta modo ſibi proprio (cum nomina Intelligentiæ, & Rationalis rigoroſè accepti ſint in ordine ad munera intellectualia) ſed modus proprius, quo Intelligentia poteſt ſua obiecta cognoſcere, tantùm eſt modus cognoſcendi intelligendo.

Intelligẽtia nõ poteſt cognoſcere concluſionem naturalẽ, niſi prout diſtinguitur à Rationali rigoroſè accepto.

Tum quia modus proprius, quo Intelligentia, poteſt ſua obiecta cognoſcere, eſt diſtinctus à modo ratiocinandi; qui eſt modus proprius, quo poteſt ſua obiecta cognoſcere Rationale rigoroſè acceptũ; cum duplex præcisè conſideretur modus cognoſcendi, *intelligendi* vnus, *& ratiocinandi* alius: tum quia modus proprius, quo intellectus noſter, vt intellectus eſt, poteſt ſua obiecta cognoſcere, eſt modus intelligendi; ſiquidem reſpectu intellectus noſtri alius eſt modus, quo poteſt noſter intellectus cognoſcere ſua obiecta, vt *intellectus*; alius modus, quo poteſt cognoſcere, vt *ratio*, & intellectus: vt *ratio*, tantùm modo ratiocinatiuo poteſt cognoſcere ſua obiecta: ergo modus proprius, quò Intelligentia, poteſt ſua obiecta cognoſcere, tantùm eſt modus cognoſcendi intelligendo.

Duplex eſt præciſè modus cognoſcendi, *intelligendi* vnus, *ratiocinandi* alius.

6 Dices: Intelligentiam diſtingui à Rationali rigoroſè accepto, per modum cognoſcendi *intelligendo* ſua obiecta, explicatum tamèn ad hunc ſenſum: quod nul-

Dices.

lum ſit obiectum attingendum ab Intelligentia, quod non poſsit ab illa cognoſci intelligendo: quia, cum plura ex obiectis percipiendis a Rationali rigoroſè accepto, non poſsit ab ipſo Rationali cognoſci (pro ſtatu ſuæ concretionis) niſi diſcurrendo: ſalvatur diſcrimen perfectum Intelligentiæ à Rationali rigoroſè accepto in modo cognoſcendi ſua obiecta, & ſi aliquas concluſiones cognoſcat Intelligentia pro ſuo libito, vel cognitione cauſata ex cognitione principiorum, vel cognitione quæ ſimul ſit cognitio concluſionum, & principij, nè lædatur libertas, qua poteſt Intelligentia vti adæquatè, vel inadæquatè ſpecie intelligibili principiorum, quæ ſimul eſt concluſionis ſpecies.

7 Contra hanc ſolutionem inſurgimus primò: Intelligentia accipitur pro ſubſtantia merè intellectiua; ſed ſubſtantia merè intellectiua, non diſtinguitur a Rationali rigoroſè accepto per poſſe cognoſcere intelligendo omnia ſua obiecta, ſi aliqua ex illis pro ſuo libito poſſet cognoſcere non intelligendo (vt indubitatum videtur) ergo Intelligentia non diſtinguitur à Rationali rigoroſè accepto per modum cognoſcendi intelligendo ſua obiecta, ſi aliqua ex eis, poſsit nõ intelligendo cognoſcere. Prob. maiorem: Intelligentia accipitur contra poſitiuè ad Rationale rigoroſè acceptum, ſicut in intellectu noſtro accipitur conceptus intellectus, vt *intellectus* eſt, contra poſitiuè ad conceptum intellectus, vt *ratio eſt* (iuxta edocta ab Angelico Magiſtro, tùm 1. part. quæſt. 58. artic. 3. tùm quæſtione 8. de Veritate, artic. 15.) Sed in intellectu noſtro, conceptus intellectus, *vt intellectus* eſt, contra poſitivè ad conceptum intellectus, *vt ratio* eſt, accipitur (ſecundum communem omnium apprehenſionem) pro intellectu merè intellectiuo, qui appellatur *habitus primorum principiorum*: ergo Intelligentia accipitur pro ſubſtantia merè intellectiua: ergo non niſi intelligendo, poteſt omnia ſua obiecta cognoſcere.

Sed contra primo.

Intelligentia accipitur pro ſubſtantia merè intellectiva.

8 2. Solutionem impugnamus: Modus pro-

Secundò.

proprius, & naturalis intelligendi conveniens intelligentiæ; non ſubiacet libertati intelligentiæ: ergo non poteſt Intelligentia pro ſuo libito, nõ intelligere: ergo, nec pro ſuo libito poteſt cognoſcere aliquas concluſiones cognitione cauſata, ex cognitione principiorum; Secunda conſequentia conſtat ex 1. quæ clara erit, ſi ſuadeatur antecedens, quod ſic prob. Quod convenit ſubſtantiæ intellectiuæ pro priori ad conceptum ſuæ libertatis, non ſubiacet libertati ſubſtantiæ intellectiuæ; ſed modus proprius, & naturalis intelligendi ſua obiecta, convenit ſubſtantiæ intellectiuæ pro priori ad conceptum ſuæ libertatis: ergo modus proprius, & naturalis intelligendi ſua obiecta conveniens ſubſtantiæ intellectivæ, non ſubiacet libertati ſubſtantiæ intellectiuæ. Prob. minorem: Modus proprius, & naturalis intelligendi ſua obiecta, convenit eſſentialiter ſubſtantiæ intellectiuæ; ſed quod ita convenit ſubſtantiæ intellectiuæ, convenit ipſi pro priori ad conceptum ſuæ libertatis: ergo modus proprius, & naturalis intelligendi ſua obiecta, convenit ſubſtantiæ intellectiuæ pro priori ad conceptum ſuæ libertatis. Diſcurſus eſt legitimus; minor certa, & maior probatur breviſsimè: Eſſentialiter convenit ſubſtantiæ intellectiuæ modus cognoſcendi, in quo explicatur eſſentia ſubſtantiæ intellectiuæ, ſed talis eſt modus intelligendi ſua obiecta (cum in nullo alio aptius æquè declarari valeat) ergo modus proprius, & naturalis intelligendi ſua obiecta convenit eſſentialiter ſubſtantiæ intellectiuæ.

Modus naturalis intelligendi conveniens Intelligentiæ, nõ ſubiacet libertati Intelligentiæ.

Eſſentia ſubſtãtiæ intellectiuæ explicatur in modo proprio, & naturali intelligendi ſua obiecta.

Tertiò.

9 3. & principaliter ſolutio reijcitur: Intelligentia diſtinguitur à Rationali rigoroſè accepto, per aliquid ita proprium intelligentiæ, quod in nullo ſtatu, aut ſuppoſitione poſsit competere Rationali rigoroſè accepto; ſed poſſe cognoſcere intelligendo omnia ſua obiecta, poteſt competere Rationali rigoroſè accepto in aliquo ſui ſtatu, vel in aliqua ſuppoſitione: ergo Intelligentia non diſtinguitur à Rationali rigoroſè accepto per præciſſe poſſe cognoſcere intelligendo omnia ſua obiecta; vt ſolutio intendebat; conſequentia rectè

de-

Digitized by Google

deducitur, maior eſt certiſſima (cum hic loquamur de diſtinctivo eſſentiali Intelligentię à Rationali rigoroſè accepto, quod vt clarum eſt, ipſi Rationali rigoroſè accepto in nullo ſtatu convenire poteſt) & minorem prob. Si Rationali rigoroſè accepto infundatur ſcientia per ſe infuſſa naturalis, poterit per ipſam cognoſcere intelligendo omnia ſua obiecta naturalia (vt contigit intellectui humano Chriſti Domini adhuc in terris degentis) ergo poſſe cognoſcere intelligendo omnia ſua obiecta, poteſt competere Rationali rigoroſè accepto in aliqua ſuppoſitione, vel in aliquo ſui ſtatu (vt convenit animæ ſeparatæ) ergo, vt in quavis ſuppoſitione maneat diſtinctivum eſſentiale Intelligentiæ à Rationali rigoroſè accepto, debet Intelligentia exigere eſſentialiter cognoſcere intelligendo omnia ſua obiecta.

In nullo ſtatu vel ſuppoſitione poteſt competere Rationali rigoroſè accepto illud, quod ſit proprium intelligentiæ.

10 Vel aliter: Poſſe cognoſcere intelligendo omnia ſua obiecta, aliter debet convenire Intelligentiæ à Rationali rigoroſè accepto (quod neque Adverſarij negant) ergo poſſe cognoſcere intelligendo omnia ſua obiecta, ita debet competere intelligentiæ, vt cum hoc poſſe non compatiatur poſſe cognoſcere, non intelligendo. Prob. conſequentiam: Poſſe cognoſcere omnia ſua obiecta intelligendo, ſimul exiſtens cum poſſe cognoſcere aliqua obiecta, non intelligendo convenit Rationali rigoroſè accepto; Tùm quia Chriſtus Dominus per ſcientiam per ſe infuſſam naturalem non tantùm poterat cognoſcere intelligendo omnia ſua obiecta; ſed etiam poterat cognoſcere aliqua, non intelligendo; Tùm quia anima ſeparata non tantùm poteſt cognoſcere omnia ſua obiecta intelligendo, verum, & poteſt cognoſcere aliqua obiecta non intelligendo: ergo vt poſſe cognoſcere omnia ſua obiecta intelligendo, aliter conveniat Intelligentiæ, ac Rationali rigoroſè accepto, exiſtere debet ita, vt secùm non admittat poſſe cognoſcere aliqua obiecta non intelligendo.

Vel aliter.

Poſſe cognoſcere *Intelligendo* omnia ſua obiecta, aliter debet conveni re Intelligentiæ, aliter Rationali rigoroſè accepto.

11 Sed dices: Quod ex hoc potiùs ro-

Sed dices.

Digitized by Google

S. Thomas.

boratur ſolutionis aſſumptum cum (iuxta doctrinam Angelici Præceptoris,& omnium Thomiſtarum eum ſequentium ſuper quæſtione 89. primæ partis) Anima ſeparata cognoſcat modo Angelico , quem modum cognoſcendi etiam tribuit Sanctus Doctor 3. part. quæſt. 11. intellectui humano Chriſti Domini valenti intelligere , vt poteſt intelligere intellectus Animæ ſeparatæ : ſi ergo Anima ſeparata,& intellectus humanus Chriſti Domini (etiam ſi conſiderentur , vt cognoſcentes modo Angelico) poſſunt cognoſcere, non intelligendo , pariter , & Angeli ſervantes modum propriæ cognitionis poterunt cognoſcere aliqua obiecta, non intelligendo.

In contra.

12 Sed contra hanc ſolutionem ſic argumentamur: Intellectus humanus Chriſti D. & ſi potens intelligere modo Angelico,vt intellectus animæ ſeparatæ (de quo idem dicimus)erat intellectusRationalis rigoroſè accepti,ſed ex eo,quod intellectus Rationalis rigoroſè accepti,poſsit cognoſcere omnia ſua obiecta intelligendo,& aliqua,non intelligendo,non benè concluditur,quod intellectus Angelicus poſsit cognoſcere omnia ſua obiecta intelligendo,& aliqua non intelligendo : ergo ſimile adductum,ſolutionem non roborat. Diſcurſus eſt rectus,minor eſt certa,& maior non poteſt negari,cum intellectus humanus Chriſti Domini,& intellectus animę ſeparatæ,ſint intellectus hominis.

Intellectus humanus Chriſti Domini erat intellectus Rationalis rigoroſè accepto.

Explicatur impugnatio.

13 Explicatur hoc:Intellectus humanus Chriſti pro ſtatu coniunctionis eius Sacratiſsimæ animæ ad corpus, non ſolùm poterat cognoſcere intelligendo,verùm , & non intelligendo:Primũ,quia conſiderabatur,vt intellectus animæ ſeparatæ.Secundũ,quia erat intellectus Animæ corpori vnita:ergo ex hoc,quod intellectus humanus Chriſti Domini poſsit cognoſcere omnia ſua obiecta intelligendo,& aliqua non intelligendo,non tenemur defendere,quod Angelus ſimiliter poſsit,& cognoſcere omnia ſua obiecta intelligendo , & aliqua non intelligendo. Conſequentia eſt rectiſsima ; antecedens quoad primam partem conſtat; & quoad ſecundam ſuadetur : Intellectus humanus Chriſti Domini , non poſſet cognoſcere aliqua obiecta non intelligẽdo, niſi eſſet in-

Digitized by Google

intellectus animæ corpori vnitæ: ergo intellectus Chriſti Domini poterat cognoſcere aliqua obiecta non intelligendo, quia erat intellectus corpori vnitus (ly quia denotante conditionem ſtatus coniunctionis animæ ad corpus) Prob. antecedens: Intellectus non vnitus corpori, & ſi poſsit, dum non eſt vnitus corpori, cognoſcere non intelligendo, tunc quando ſit vnitus corpori, nō tamèn poteſt cognoſcere non intelligendo cognitione habenda pro ſtatu ſeparationis animæ à corpore: ergo intellectus humanus Chriſti Domini non poſſet cognoſcere aliqua obiecta non intelligendo, niſi eſſet intellectus Animæ corpori vnita; conſequentia ex verificatione antecedentis clarè fiet; loquendo in illa, ſicut in antecedenti, non tantùm de potentia antecedenti (quam in numero 9. & 10.) conceſsimus intellectu animæ ſeparatæ) ſed, & etiā de potentia conſequenti, quàm prætendit immediata ſolutio, & antecedens habetur expreſ è apud Angelicum Magiſtrum, qui in 1. part. q. 89. art. 5. in reſolutione articuli loquens de compoſitione, diuiſione, & ratiocinatione concludit, *quod hoc non habet locum in Anima ſeparata.*

Intellectus humanus Chriſti D. poterat cognoſcere omnia obiecta intelligendo, & aliqua non intelligendo.

Hocquè ſecundum poterat pro ſtatu coniunctionis eius ſacratiſsimæ animæ ad corpus.

S. Thomas.

14 Quod amplius breviter declaramus, vt faciliùs impugnetur ſolutio: Intellectus humanus Chriſti Domini potens potentia antecedenti, & conſequenti cognoſcere aliqua obiecta non intelligendo, & intellectus animæ ſeparatæ potens potentia tantùm antecedenti pro ſtatu ſeparationis cognoſcere aliqua obiecta non intelligendo (cognitione habenda tunc, dum terminetur ſtatus ſeparationis) hoc ſibi vendicant, quia ſunt intellectus humani potentes cognoſcere modo humano, & non Angelico (vt omnes Authores noſtræ concluſionis affirmant) ergo ex hoc non fiet firmum argumentum in principijs Thomiſticis (vt iudicabat ſolutio) ad demonſtrandum, quod Angelus, ſiue Intelligentia Impotens cognoſcere modo non Angelico (vt a nullo dubitatur) poſsit cognoſcere aliqua obiecta non intelligendo,

Quod amplius declaratur.

Non benè arguitur ex hoc, quod poteſt intellectus humanus, quia potēs intelligere modo humano, & non Angelico; ad probādum, quod idem poteſt intellectus Angelicus.

15 Nec protegit ſolutionem principalem allatam in numero 6. vltimum, cui ſe in totam fidit (videlicèt) Intelligentiam eſſe liberam in cognoſcendo, intelli-

Nec protegit ſolutionē principalem illud, cui fidebat.

Digitized by Google

telligendo, vel non intelligendo aliqua obiecta, nè ei deficiat libertas in vſu ſpeciei intelligibilis, quæ ſimul eſt ſpecies principij, & concluſionum, & qua poteſt intelligentia pro ſuo libito, vti, vt adæquatè, vel vt inadæquatè repræſentatiua. Vt nunc oſtendemus: Vt ſalvetur libertas intelligentiæ, in vſu ſpeciei intelligibilis, vt adæquatè, vel vt inadæquatè repræſentatiuæ ſufficit, quod vtatur ſpecie principij, & concluſionum, vt tantùm repræſentatiua principij (vt certum apparet) ſed cum hoc componitur, quod non poſsit cognoſcere concluſiones, non intelligendo: ergo ex vſu libero intelligentiæ erga ſpeciem intelligibilem principij, & concluſionum, non convincitur poſſe Intelligentiam cognoſcere aliqua obiecta non intelligendo. Prob. minorem: Benè cohæret, intelligentiam liberè vti ſpecie, vt tantùm repræſentatiua principij, & non liberè ea vti vt tantùm repræſentatiua concluſionum; ſed ſi Intelligentia, tantùm ſic ſit libera, componitur cum hoc, quod non poſsit cognoſcere concluſiones, non intelligendo (ſiquidèm à contrarijs hoc ſuadetur ex eo, quod poteſt Intelligentia liberè vti ſpecie principij, & concluſionum, vt tantùm repræſentatiua concluſionum) ergo cum hoc, quod eſt vti ſpecie principij, & concluſionum, vt tantùm repræſentatiua principij, componitur, quod non poſsit Intelligentia cognoſcere concluſiones, non intelligendo.

Ex vſu libero, quo vtitur Intelligentia ſpecie intelligibili principij, & concluſionum non convincitur, quod poſſit Intelligentia cognoſcere aliqua obiecta non intelligendo.

Dices.

16 Dices tamèn: Quod ſicut eſt libera Intelligentia in vſu ſpeciei, repræſentatiuæ principij, & concluſionum, vtendo illa, vt repræſentatiua tantùm principij, debet eſſe libera in vſu talis ſpeciei, vt repræſentatiuæ tantùm concluſionum (cum non ſit maior ratio ad libertatem primi vſus, quàm ad libertatem ſecundi) quo conceſſo, non poteſt negari Intelligentiam, vt ſic vtentem ſpecie, poſſe cognoſcere concluſiones, non intelligẽdo.

Sed contra.

17 Sed contra: Intelligentiam liberè vti ſpecie principij, & concluſionum, vt tantùm repræſentativa principij, nullam involuit repugnantiam cum proprio eſſe intelligentiæ; Intelligentiam verò liberè vti tali ſpecie, vt tantùm repræſentativa concluſionum pugnat eſſentialiter cum eſſe intelligentiæ; ergo cum dea-

beamus tribuere libertatem intelligentiæ in vſu huius ſpeciei, dempta omni repugnantia prædictæ ſpeciei cũ eſſe intelligentiæ, eſt ratio, vt ſit libera Intelligentia in vſu illius ſpeciei, vt tantùm repræſentatiuæ principij, deficiente ſimili ratione, vt poſsit illa vti, vt tantùm repræſentatiua concluſionum. Prob. antecedens, quoad ſecundam partem tantum (quia prima, probatione non eget) ille vſus talis ſpeciei intelligibilis, pugnat eſſentialiter cũ eſſe intelligentiæ, qui eſſentialiter ignobilitat intellectum, ſeu lumen intelligentiæ (quod eſt omnino innegabile) ſed vſus liber ſpeciei, vt tantùm repræſentatiuæ concluſionum, eſſentialiter ignobilitat intellectum, ſeu lumen intelligentiæ (ob ſuam excellentiam, ſupra humanum intellectum, intrinſecè impotens cognoſcere concluſiones, vt repræſentatas per ſpeciem extra illam eminentiam intelligibilem correſpondentem propriæ luminis altitudini, quæ quidem eminentia intelligibilis eſt principium, in quo præcontinentur concluſiones, vt ex decurſu quæſtionis clariùs cognoſcetur) ergo Intelligentiam liberè vti ſpecie intelligibili principij, & concluſionum, vt tantùm repræſentatiua concluſionũ, pugnat eſſentialiter cum eſſe Intelligentiæ.

Pugnat eſſentialiter cum eſſe intelligentiæ vſus liber ſpeciei intelligibilis repræſentatiuæ principij, & concluſionum, vt tantùm repræſentatiuæ concluſionum.

18 Prob. iam 2. vltimam maiorem propoſitam in numero 4. ſcilicèt quod Angelus non poteſt niſi intelligendo cognoſcere concluſionem naturalem: Angelus eſt ſuprema inter intellectuales ſubſtantias; ſed ſubſtantia ſuprema inter intellectuales ſubſtantias, non niſi intelligendo, cognoſcere poteſt concluſionem naturalem: ergo Angelus non poteſt cognoſcere concluſionem naturalem, niſi intelligendo. Prob. minorem: Subſtantia ſuprema inter intellectuales ſubſtantias, nequit cognoſcere concluſionem naturalem mouendo ſe ad talem cognitionem ex cognitione principiorum naturalium; ſed hoc eſt idem ac non poſſe, niſi intelligendo cognoſcere concluſionem naturalem: ergo ſubſtantia ſuprema inter intellectuales ſubſtantias, non poteſt, niſi intelligendo, cognoſcere concluſionem naturalem. Prob. maiorem: Cognitio concluſionis naturalis eſt vna ex perfectionibus ſubſtantiæ intellectualis; ſed ſubſtantia ſuprema inter in-

Probatur 2. maior vltima in num. 4.

Subſtantia ſuprema inter intellectuales ſubſtantias, no niſi intelligẽdo poteſt cognoſcere concluſionẽ naturalem.

intellectuales ſubſtantias, non poteſt per motum habere hanc perfectionem ſubſtantiæ intellectualis: ergo ſubſtantia ſuprema inter intellectuales ſubſtantias, nequit cognoſcere concluſionem naturalem, mouendo ſe ad talẽ cognitionem ex cognitione principiorũ naturaliũ.

Patet hæc conſequentia (cum nihil ſit aliud mouere ſe ex cognitione principiorum naturalium, ad cognitionem concluſionis naturalis, quàm habere per motum talem cognitionem) & maior nulli eſt dubia (cum cognitio certa concluſionis, vtpote veritatis cognitio, ſit perfectio ſubſtantiæ intellectualis) Prob. minorem: Inferiores ſubſtantiæ intellectuales habent per motum hanc perfectionem ſubſtantiæ intellectualis; ergo ſubſtantia ſuprema inter intellectuales ſubſtantias, non poteſt habere per motum hanc perfectionem ſubſtantiæ intellectualis. Antecedens eſt verum, & conſequentiam prob. Tum quia ſubſtantia ſuprema inter intellectuales ſubſtantias, eſt primum in genere intellectualis ſubſtantiæ: ſed (iuxta principia Philoſophica) primum in quocumque genere habet actu illam perfectionem, quàm inferiora illius generis habent tantùm in potentia, & imperfectè, ita vt eam adipiſcantur procedendo de potẽtia ad actũ (hoc eſt per motum, qui eſt proceſſus ex imperfecto ad perfectum, ſeu ex potentia ad actum:) ergo ſubſtantia ſuprema inter intellectuales ſubſtãtias, non poteſt habere per motum hanc perfectionem ſubſtantiæ intellectualis, ſi illam per motum ſibi comparant inferiores ſubſtantiæ intellectuales.

Nec poteſt habere per motum perfectionem ſubſtantiæ intellectualis.

Tùm, quia ita ſe gerit ſubſtantia ſuprema inter intellectuales, quoad cõparationem perfectionis debitę intellectuali ſubſtãtiæ, ſicut ſe habet ſubſtantia ſuprema inter ſubſtantias corporeas, quoad acquiſitionem perfectionis debitæ ſubſtantiæ corporeę; ſed ſubſtantia ſuprema inter ſubſtantias corporeas (corpus ſcilicèt cęleſte) ſic ſe habet, quod nõ poſsit habere per motũ perfectionẽ debitã ſubſtãtiæ corporeæ, quę ab inferioribus ſubſtãtijs corporeis per motũ acquiritur: ergo ſi inferiores ſubſtantiæ intellectuales per motũ adipiſcantur perfectionẽ debitã ſubſtãtię intellectuali (qualis eſt cognitio certa cõcluſionis) nõ poſſunt eãdẽ perfectionẽ per motũ accipere ſubſtãtię ſu-

Quoad comparationẽ perfectionis debitæ, ſic ſe habet ſubſtãtia ſuprema inter intellectuales ſubſtantias, ſicut ſubſtantia ſuprema inter corporeas.

ſupræmæ inter intellectuales ſubſtantias. Diſcurſus eſt rectiſsimus; maiorem declaravit D. Dionyſius lib. 6. & 9. de Divinis nominibus, & lib. 12. de Cœleſti Hierarchia; vbi appellavit ſubſtantias ſupremas inter intellectuales ſubſtantias *Cœleſtes mentes*; vt clarius appareret proportio corporis Cœleſtis comparati, vt ſubſtantiæ ſupremæ corporeæ ad inferiores ſubſtantias corporeas, cum mente Angelica elevata ſupra mentes humanas, tanquàm ſubſtantia inter intellectuales ſubſtantias ſuprema ſuper inferiores, vt ſunt mentes humanæ; minorē verò docet nos ipſa natura corporis cœleſtis, de cuius eſſentia eſt habere ab inſtanti ſuæ creationis omnem perfectionem debitam ſubſtantiæ corporeæ, ad diſtinctionum inferiorum corporum acquirentium ſimilem perfectionem per motus generationis, corruptionis, augmentationis, & alterationis,

D. Dionyſius.

Subſtantiæ ſupremæ inter intellectuales ſubſtantiæ appellantur, *Cœleſtes mentes.*

19 Hoc ſimili ſubſtantiæ ſupremæ corporeę vſus fuit Angelicus Magiſter 1. part. quæſt. 58. art. 3. ad ſuadendum noſtrum aſſumptum, nedùm probabiliter (vt exiſtimavit Magiſter Zumel dubio 1. ſuper citatum art. 3.) verùm, & demonſtrativè; non quia iſtud ſimile ſit ratio demonſtrans ſubſtantiam ſupremam inter intellectuales ſubſtantias non poſſe habere per motum perfectionem debitam ſubſtantiæ intellectuali (ſcimus enim nullum argumentum, præciſsè à ſimili, demonſtrativum eſſe) ſed quia per illud nobis exponitur, ratio huius à priori probativa immediatè adducta in numero 18. pro prima conſequentiæ probatione, cum facilimè percipiatur; quomodo primum in quocumque genere habet actu, & ſine motu illam perfectionem, quam, ſibi in genere inferiora, per motum acquirunt (quod eſt vniuerſaliſſimum principium à priori demonſtrans propoſitionem noſtram) attendendo; quod ſubſtantia ſupræma, & prima in genere ſubſtantiæ corporeæ, habet actu, & ſine motu illam perfectionem, quam ſubſtantiæ inferiores corporeæ per motum conſequuntur.

D. Thomas.

Mag. Zumel.

Nullum argumentum præciſsè à ſimili demonſtrativū eſt.

Licèt per illud ſoleat exponi argumentum demoſtrativū.

20 Sed dices: quod ſi hoc ſimile, rectè explicat rationem à priori probativam præſentis aſſerti, deficiet iſta (pro indequè argumentatio noſtra) cum ſimile, quod eſt corpus Cœleſte habeat perfectionem per motum

Sed dices.

Digitized by Google

tum; ſiquidem per motum localem corporum cœleſtium, non ſolum tribuitur perfectio corporibus ſublunaribus; ſed & perfectio advenit corporibus cœleſtibus.

Contra quod eſt.

21 Contra quam ſolutionem, ſic argumentamur moveri corpora Cœleſtia motu ipſis acquiſitivo perfectionis, non minuit efficaciam ſimilis ad expoſitionem rationis probativæ, ſi talis motus non ſit acquiſitivus perfectionis niſi ſecundùm quid talis; ſed corpora Cœleſtia moventur motu locali tanquàm motu acquiſitivo perfectionis, talis præciſsè ſecundùm quid reſpectu corporum cœleſtium; ergo corpora Cœleſtia, et ſi moveantur motu locali aliqualis perfectionis acquiſitivo, poſſunt declarare rationem à priori probativam. Cōſequentia eſt legitima; minor eſt certa, (cum per motum localem, nec actualitas, nec integritas corporis cœleſtis augeatur; eò quod ad motum localem præſupponitur ſimpliciter perfectum, & completum quantùm ad ſubſtantiam, quantitatem, & qualitatem; cuius ſignum, erit, quod deficiente motu locali corpori Cœleſti, qualiter ipſi continget poſt diem iudicij finalis, permanebit corpus Cœleſte omnino perfectum in ſuo genere) Prob. maiorem: motus acquiſitivus corporibus Cœleſtibus perfectionis tantùm ſecundùm quid talis; non eſt motus ipſis acquiſitivus perfectionis debitæ generi ſubſtantiæ corporeæ, ſed tantùm minuit efficaciam ſimilis a Div. Thoma adducti pro explicanda ratione a priori probativa ille motus, qui ſit acquiſitivus perfectionis debitæ generi ſubſtantiæ corporeæ: ergo moveri corpora Cœleſtia motu ipſis acquiſitivo perfectionis; non minuit efficaciam ſimilis ad expoſitionem rationis probativæ; ſi talis motus, non ſit acquiſitivus perfectionis, niſi ſecundùm quid talis.

Corpora Cœleſtia moventur motu locali, tāquàm motu acquiſitivo perfectionis talis præciſsè ſecundùm quid, reſpectu corporum cœleſtiū.

Motus acquiſitivus corporibus cœleſtibus perfectionis tā tum ſecundùm quid talis, non eſt acquiſitivus perfectionis debitæ generi ſubſtantiæ corporeæ.

Maior iam ſatis conſtat, conſequentia tenet; & minorē prob. (ſeu potius explicamus) motus, quē debet excludere præſens ſimile, vt maneat ad propoſitum eficax, eſt motus, quo moventur inferiora corpora ad acquirendam perfectionem debitam generi ſubſtantiæ corporeæ: ergo tantùm minuit efficatiam ſimilis à Div. Thoma adducti pro explicanda ratione à priori probativa, ille motus, qui ſit acquiſitivus perfectionis de-

debitæ generi ſubſtantiæ corporeæ. Conſequentia eſt evidens; & antecedens conſtabit, tum legenti Angelicum Magiſtrum loco in numero 1(.citato; tum meditanti fundamentum rationis probativæ, quod eſt illud principium vniuerſale toties repetitum: primum in quocumque genere habet actu, & ſine motu illam perfectionem, quam per motum acquirunt illius generis inferiora; quod debet intelligi de perfectione actuante ſimpliciter, tam primum, quam inferiora illius generis, quæ tantùm eſt perfectio tali generi debita; ex quo ſtatim habetur prædicti ſimilis efficacia; cum nihil aliud exigatur ad aptitudinem alicuius ſimilis declarantis efficaciter, quo ad nos, fundamentum, ſeu cauſā, cui initur quævis probatio a priori, niſi, quod ei cōveniat quidquid pro fundamētō rationis deſideratur.

Primum in vnoqnoque genere habet actu, & ſine motu illam perfectionem quam per motum acquirunt illius generis inferiora.

22 Vrgetur præcedens impugnatio: principium illud vniuerſaliſsimum: primum in quocumque genere habet ſine motu illam perfectionem, quam, ipſi in genere inferiora, per motum acquirunt; manét in ſua vi; dum primum, non moveatur motu, quo conſequatur eſſe abſolutè perfectum in genere, in quo eſt primum (cum ly *ſine motu* accipiatur a communi omnium intelligentia pro ſine motu ſupponente ſubiectum non perfectum abſolutè in ſuo genere, & quo motu ſubiectum acquirat eſſe perfectum abſolutè in ſuo genere) ſed non movetur tali motu primum in quocumque genere, ſi tantùm moveatur motu ſimili motui locali quo moventur corpora cœleſtia (vt ex ſupra dictis deducitur) ergo et ſi moveantur corpora cœleſtia motu locali ipſis perfectionis iam expoſitæ acquiſitivo, ſubſiſtit efficacia ſimilis traditi ab Angelico Magiſtro, vt à nobis intelligeretur conceptus illius vniverſaliſsimi drincipij rem noſtram à priori demonſtrantis.

Vrgetur impugnatio.

Habere *ſine motu* perfectionem debitam, hic accipitur pro *ſine motu* ſupponente ſubiectum non perfectum abſolutè in ſuo genere.

23 Si dicas: ex his colligi, quod quia Angelus eſt perfectus abſolutè in ſuo genere propriori ad omnem motum, ſeu diſcurſum, non diſcurrat, vt ſit perfectus in genere ſubſtantiæ intellectivę, non verò, quod nō poſsit ſe movere, aut diſcurrere, vt adipiſcatur aliqualē perfectionē intelligibilē, ſicut movetur corpus cœleſte, vt acquiretur perfectionē ſecundū quid.

Si dicas.

In

Digitized by Google

Opponemus.

Aliud eſt Angelum poſſe aliquo motu ſe movere: aliud Angelum poſſe ſe movere motu diſcurſivo.

24 In contra eſt: Aliud eſt Angelum poſſe aliquo motu ſe movere; aliud Angelum poſſe ſe movere, motu diſcurſivo; primum non negamus; ſin vero 2. ergo licèt ex illis, quæ inveniuntur in ſimili convincamur ad concedēdum Angelo aliquem motum; non eſt quod nos convincat ad tribuendum Angelo motum diſcurſivum. Prob. maiorem: contrarij debent admittere Angelum ſe movere, & dum diſcurrit, & dum intelligit (cum omnis intellectio creata ſit motus intellectualis) ergo: aliud eſt Angelum poſſe ſe movere aliquo motu; aliud Angelum poſſe ſe movere motu diſcurſivo. Prob. conſequentiam: ex alietate motus diſcurſivi à motu, qui eſt intellectio, demonſtratur alietas poteſtatis ad ſe movendum motu diſcurſivo à poteſtate ad ſe movendum ipſa intellectione; ſed nullus negat, alium eſſe motum diſcurſivum à motu intellectuali communiter dicto; qualis eſt intellectio: ergo aliud eſt Angelum poſſe ſe movere aliquo motu; aliud Angelū poſſe ſe movere motu diſcurſivo: ergo nec hoc quod eſt Angelum poſſe ſe movere aliquo motu, ipſi deficit, vt omni proportione poſsibili ſimili adducto conformetur.

Efficaciùs impugnatur ſolutio.

25 Efficaciùs adhuc impugnatur ſolutio: ergo vt in omnibus teneat ſimile adductum debet ſubſtantia ſuprema inter intellectuales ſubſtantias, ſe movere tali motu, inter intellectuales motus, qualis eſt, inter motus corporeos, motus localis, quo movetur ſubſtantia ſuprema inter ſubſtantias corporeas: tunc ſic, ſed ex hoc concluditur, quod non ſe moveat, motu diſcurſivo: ergo ſi ſimile ſtrictè ſervatur non ſe movet Angelus motu diſcurſivo, vt conabatur ſolutio; ac proinde ergo nec poteſt ſe movere motu diſcurſivo. Patet hęc ſecunda pars conſequentię ex prima: quia ſe non movet motu diſcurſivo, ideò evenit, quia non poteſt taliter ſe movere: minorem ſubſumptam oſtendimus, vt ex illa prima pars conſequentiæ clarè fiat: motus localis, eſt perfectiſsimus inter omnes motus corporeos (hoc atteſtante Angelico Magiſtro 1. part. quæſtione 110.) motus diſcurſivus eſt, imperfectiſsimus (ſecundùm omnes) inter omnes motus intellectuales ſed motus intellectualis imperfectiſsimus non eſt talis, inter motus

Motus localis eſt perfectiſsimus inter omnes motus corporeos: & motus diſcurſivus imperfectiſsimus inter omnes motus intellectuales.

Digitized by Google

tus intellectuales, qualis eſt inter motus corporeos, motus corporeus perfectiſsimus(vt evidens cuivis videbitur)ergo ex hoc, quod Angelus, ſeu ſubſtantia ſuprema inter intellectuales ſubſtantias, ſe moveat tali motu, inter intellectuales motus, qualis eſt inter motus corporeos motus localis, quo movetur ſubſtantia ſuprema inter ſubſtantias corporeas; concluditur, quod non ſe moveat ſubſtantia ſuprema intellectualis motu diſcurſivo: ergo & ſi ſe moveat aliquo motu, non ſe movet, aut poteſt ſe movere illo motu, quo moventur inferiores ſubſtantiæ intellectuales, vt conſequantur perfectionem debitam ſubſtantiæ intellectuali, ſed illam habebit ſubſtantia ſuprema ſine motu, & actu(licèt non ſecundo) primo; vt ex corollarijs latiùs habebitur.

§. III.
Solvuntur argumenta.

26 ARguitur 1. ex doctrina Angelici Magiſtri, qua videtur concludi: poſſe Angelum diſcurrere erga naturalia: & formatur ſic argumentum: Angelus ſe habet in ordine ad non diſcurrendum erga naturalia, non aliter ac ſe habet Anima ſeparata pro ſtatu ſeparationis(ſecundùm ea, quæ diximus in num. 13.)ſed anima ſeparata pro ſtatu ſeparationis(iuxta Angelicum Magiſtrum)poteſt diſcurere erga naturalia: ergo Angelus poteſt diſcurrere erga naturalia. Prob. minorem: cui connaturale eſt vti diſcurſu erga naturalia; poteſt diſcurrere erga naturalia; ſed Animæ ſeparatæ pro ſtatu ſeparationis connaturale eſt, ſecundùm Angelicum Magiſtrum, vti diſcurſu erga naturalia: ergo Anima ſeparata poteſt (iuxta Angelicum Magiſtrum)diſcurrere erga naturalia. Prob. minorem: Anima Beata, modò exiſtens in cœlo, eſt anima pro ſtatu ſeparationis(non loquendo de Anima Chriſti Domini, nec de Anima Beatiſsimæ Virginis)ſed animæ tali Beatæ eſt connaturale ſecundùm Angelicum Magiſtrum, vti diſcurſu erga naturalia: ergo animæ ſeparatæ pro ſtatu ſeparationis, eſt connaturale, ſecundùm Angelicum Magiſtrum, vti diſcurſu erga naturalia. Sola mi-

Arguitur primò.

Digitized by Google

Sanct. Thomas.

minor eget probatione, & conſtat ex Angelico Magiſtro 3. part. quæſt. 11. art. 3. ad 3. vbi hic ſolutionem concludit: *Et ideo vti collatione, & diſcurſu eſt connaturale animabus Beatorum; non autem Angelis.*

Reſpondetur primo argumẽto.

27 Reſpondetur, hoc argumentum ſolùm vrgere, ſi ita defendamus impotentiam ad non intelligendum in anima ſeparata, ac illam fundavimus pro ſubſtantia ſuprema intellectiva, ſive Angelo; quia ſecundùm iſtam ſtrictam conſiderationem, ſi de anima ſeparata verificatur, quod ſit ei connaturale vti diſcurſu pro ſtatu ſeparationis, vt exprimit teſtimonium pro argumento propoſitum, haùd dubio idem de Angelis fateri teneremur. Verùm vt facilius ſolvatur etiam loquendo iuxta hanc conſiderationem, penſanda ſunt verba prædictæ oppoſitæ authoritatis, quorum pondus ſalvatur, et ſi anima ſeparata non poſsit pro ſtatu ſeparationis, diſcurrere, diſcurſu habendo pro ſtatu ſeparationis; quæ quidem verba non poſſunt intelligi de anima ſeparata reduplicativè inſpecta: ſed tantùm ſpecificativè; ita vt ſenſus ſit: Animæ humanæ, quæ ſeparata eſt, eſt cõnaturale diſcurrere, non reduplicato ſtatu ſeparationis; ſed præciſè ſecundùm ſe attenta: quia cum anima humana ſit pars hominis, connaturaliter petit vniri corpori, in quo cognoſcit modo diſcurſivo, & compoſitivo; & ex hoc provenit animæ humanæ ſecundùm ſe conſideratæ (vt benè advertit exponens præcitata verba Magiſter Serna, quæſtione vltima de Angelis in ſolutione confirmationis quarti argumenti) quod ſit ipſi connaturale vti collatione, & diſcurſu.

Quando dicitur, quod *animæ ſeparatæ, eſt connaturale diſcurrere*: hoc dicitur de anima ſeparata non reduplicato ſtatu ſeparationis.

Magiſter Serna.

Quæ interpretatio eſt conformis *ſanct. Thomæ.*

Hancque interpretationem non eſſe violentam ſuadet, quod Angelicus Magiſter oppoſitum docuit: tum 1. part. quæſt. 89. art. 5. vbi dixit de compoſitione, diviſione, & ratiocinatione: *hoc non habere locum in anima ſeparata*: quibus verbis probavimus in número 13. hanc exiſtimationem, quia licèt primo aſpectui videatur Div. Thomam ibi non excludere ab anima ſeparata diſcurſum, ſed falſitatem in diſcurſu, vtrumque excludere demonſtrabit ipſamet lectio articuli ſuper cuius expoſitionem legendus eſt Eminentiſsimus Cayetanus in fine *§. Quoad ſecundum.* Tùm 2. Contra Gentes cap. 81. vbi com-

Card. Caietanus.

Digitized by Google

comparans animam ſeparatam cum ſubſtantijs ſeparatis (ſivè Angelis) aſſerit, quod, dum anima eſt ſeparata, perfectè aſsimilatur Angelis in modo intelligendi: *vnde* (inquit) *& quando totaliter erit à corpore ſeparata, perfectè aſsimilabitur ſubſtantijs ſeparatis quantùm ad modum intelligendi*: quod repetit 3. Contra Gentes cap. 48. propè finem capitis: *In quo ſtatu* (ait loquens de ſtatu ſeparationis) *anima intelliget per modum, quo intelligunt ſubſtantiæ ſeparatæ.*

28 Si aliquis dicat, quod idem Angelicus Magiſter in 1. diſt. 31. quæſt. 2. art. 4. ſolùm excluſit ab animabus Beatis diſcurſum ex neceſsitate, non ex libertate, cum de diſcurſivo motu ſolùm dicat: *Motus autem ille imperfectionis eſt, quantùm ad neceſsitatem diſcurrendi: & ideo in Beatis non remanebit actus ſcientiæ, quantùm ad neceſsitatem motus.* Immo quod damnatis tribuit ibi neceſsitatem diſcurſus aſſerens: *In damnatis autem non eſt remotum, quin etiam collationis neceſsitas remaneat.* — Si dicat aliquis.

Occurremus dicendo (iuxta dicta in Dubio 4. numero 20.) quod ea, quæ Angelicus Magiſter in ſententiarijs tradidit, non ſunt iuxta ſuam mentem, ſed iuxta Magiſtri ſententiarum placitum, quod fideliſsimè declarat; & licet plura ex ſententiarijs ſint conformia menti Angelici Magiſtri, hoc contingit, quando Sanctus Doctor in locis, vbi ex profeſſo de illis rebus tractat, non docuit oppoſitum reſolutionibus ſententiarum; vt in præſenti evenire attendemus; ſi obſervemus, quod ſedes propria modi intelligēdi animæ ſeparatæ eſt doctrina Angelici Magiſtri data in 1. part. quæſt. 89. primæ partis, & in capitibus 2. & 3. Contra Gentes iam citatis, ex quibus habemus Angelicum Doctorem contrarium docuiſſe. — Occurremus. Quæ S. Thomas dixit in ſententiarijs: ſi opponantur dictis ab ipſo in ſumma non ſunt dicta iuxta ſuam mētem.

Si tamen iudicetur dubia mens Angelici Magiſtri circa modum cognitionis Animæ ſeparatæ, aliter argumento reſpondebimus dicendo, quod ea, quæ diximus numero 13. tantùm deſerviunt ad explicandum modū cognitionis Angelicæ ſuppoſito (ſecundū ſententiā probabilē) quod talis modus, etiā cōveniat ani- — Si ſentiatur animam ſeparatā poſſe diſcurrere, diſcurſu habēdo pro ſtatu ſeparationis aliter reſpondeatur ad argumētum primum.

animæ ſeparatæ. Si verò ſentiamus animam ſeparatam poſſe diſcurrere, diſcurſu habendo pro ſtatu ſeparationis; eo quod pro omni ſuo ſtatu eſt rationalis, quod fruſtra eſſet, ſi ratiocinari, aut diſcurrere, non poſsit diſcurſu habendo, etiam pro ſtatu ſeparationis; debemus inſiſtere dictis in numero 9. 10. & 12. Animam (ſcilicèt) ſeparatam habere intellectum Rationalis, rigoroſsè accepti, de cuius eſſentiali diſtinctivo ab omni non Rationali rigoroſſo, eſt poſſe cognoſcere aliqua obiecta non intelligendo, ſed deducendo illorum cognitionem ex præhabitis principiorum cognitionibus, quod titulo diſtinctivi eſſentialis intellectus Rationalis rigoroſsè accepti repugnat intrinſecè intellectui, non Rationalis rigoroſſi, qualis (ſecundùm omnes) eſt quilibet intellectus Angelicus.

Dices.

29 Sed dices: quod (vt hoc diſtinctivum eſſentiale in ſua vi maneat) repugnat intellectui Angelico diſcurſus ex neceſsitate, exactus propluribus obiectorum cognitione ab intellectu hominis purè viatoris pro ſtatu vnionis Animæ ad corpus: non verò diſcurſus ex libertate, quem recognovit in Angelis Angelicus Magiſter 1. part. quæſt. 79. art. 8. affirmans, quod *Angeli, qui perfectè poſſident ſecundum modum ſuæ naturæ cognitionem intelligibilis veritatis, non habent neceſſè procedere de vno ad aliud, ſed ſimpliciter, & abſque diſcurſu veritatem rerum apprehendunt*: quibus in verbis, omnibus Angelis concedit Doctor Angelicus diſcurſum ex libertate per ly *non habent neceſſe procedere de vno ad aliud* (cum hæc verba ſint permiſsiva diſcurſus) ergo Angeli, & ſi diſtincti eſſentialiter à Rationali rigoroſè accepto, poſſunt ex libertate diſcurrere: ergo non eſt illis eſſentiale, non diſcurrere, diſcurſu ex neceſsitate, aut ex libertate habendo.

Sanct. Thomas.

Ad quod reſpondetur.

Huic inſtantiç Reſpondetur: Illa verba fore permiſsiua diſcurſus in Angelis, ſi legerentur ſeorſim ab alijs eiuſdem articuli, quibus deducitur repugnare omnem diſcurſum intellectui Angelico: In reſolutione igitur præcitati articuli (in qua ſunt allata verba) ponit Angelicus Magiſter diſtinctionem hominis ab Angelo in eo conſiſtentem, quod potentia intellectiva hominis eſt diſcurſiua; potentia autem intellectiua Angeli in diſcur-

Sanct. Thomas. ponit diſtinctivum hominis ab Angelo in eo,

diſcurſiva eſt;& ideo hoc diſcrimen ſtatuit inter potentias intellectivas hominis, & Angeli;quia Angelus perfectè poſsidet cognitionem intelligibilis veritatis; ſecus verò homo, & quia de ratione diſcurſus eſt moueri ad intelligere, ſeu ad cognitionem intelligibilis veritatis,repugnat, quod moueatur ad talem cognitionem Angelus perfectè illam poſsidens (cum non moveatur ad perfectionem, perfectionem perfectè poſsidens,vt de ſe eſt manifeſtum) vnde verba oppoſita;quæ ſimul cum alijs dictata fuerunt,pręciſa ab alijs,permittunt Angelo diſcurſum,ſed non ſic ſunt accipienda; tùm ob immediatè dicta;tùm ob cauſalem ibi incluſam;ſiquidèm authoritas oppoſita claudit hunc ſenſum: *Angelus non habet neceſſe diſcurrere,quia perfectè obtinet cognitionem intelligibilis veritatis*: quæ cauſalis, non ſolùm excludit ab Angelis neceſsitatem diſcurſus; ſed,& diſcurſus poſsibilitatem,eò;*Quod*(vt illic aiebat Angelicus Magiſter) *Ratiocinari comparatur ad intelligere, ſicut moueri ad quieſcere;vel acquirere ad habere:quorum vnum eſt perfecti,aliud autem imperfecti*: Quomodo enim vlla conſideratione convenire poteſt perfecto in eſſe intellectuali exerceri per motum intellectualem, qui tantùm eſt imperfecti in linea intellectuali?

quod potentia intellectiua hominis eſt diſcurſiua potentia autem intellectiva Angeli indiſcurſiva eſt.

Ratiocinari comparatur ad intelligere, ſicut moueri ad quieſcere.

30 Iam forma argumenti facillimè ſolvitur: Secundum primam opinionem negatis omnibus minoribus, & ad vltimę probationem interpretetur authoritas Doctoris Angelici: *Vti diſcurſu eſt connaturale animabus Beatorum*: *animabus Beatorum ſecundum ſe conſideratis*, concedatur; *Animabus Beatorum, prout nunc exiſtentibus in ſtatu ſeparationis*, negetur. Iuxta ſecundam opinionem,negetur prima maior,cuius deficit probatio in argumento, quia fundatur in doctrina numeri 13. quæ non placet Authoribus huius ſecundæ opinionis motis ex fundamento iam poſito in numero 28.

Iam reſpondetur ad formam argumenti.

31 Secundò Arguitur: Si Angelus non poſſet diſcurrere, ideò eſſet,nè dicatur,quod tranſit de potentia ad actum in eſſe Intellectuali; ſed debet

Arguitur 2.

dici Angelum tranſire de potentia ad actum in linea intellectuali: ergo non poteſt defendi, quod Angelus nequeat diſcurrere. Conſequentia eſt legitima, maior videtur doctrina concluſionis, & minor probatur: debet dici, quod Angelus ab initio ſuæ conditionis, non habet actu omnem ſuam intellectionem (aliàs non daretur ſucceſsio inter ſuas intellectiones, ſed omnes eſſent ſimul, quod nequit tueri) ergo debet dici, quod Angelus tranſit de potentia ad actum in linea intellectuali. Probatur conſequentia: Angelus ab initio ſuæ conditionis non habens actu omnem ſuam intellectionem, tunc habet tantùm in potentia illas intellectiones, quas non habet tunc actu, & poſtea, quando tales intellectiones eliciat, eas actu habebit; ſed habere nunc actu in linea intellectuali (in qua eſt intellectio) quod antea habebatur tantùm in potentia, eſt tranſire de potentia ad actum in linea intellectuali: ergo ſi debet dici, quod Angelus ab initio ſuæ conditionis, non habet actu omnem ſuam intellectionem, debet dici, quod Angelus tranſit de potentia ad actum in linea intellectuali.

Vt Reſpondeatur Argumentum notetur. Aliud eſſe tranſire Angelum de non habere *actu* actum, ad illum *actu* habere: aliud, tranſire de potentia ad actũ ſe mouendo de vna cognitione ad aliam.

32 Vt hoc Argumentum ſolvatur, debemus advertere aliud eſſe tranſire Angelum de potentia ad actum, quia tranſit de non habere *actu* actum, ſeu intellectionem ad ipſam *actu* habere; aliud eſt tranſire de potentia ad actum tranſeundo de vna cognitione ad aliam, ad quam intelligens ſe moueat ex prima. Primum convenit Angelo, quia creatura eſt, de cuius conceptu metaphiſico eſt, non identificare ſecum intellectionem, ex quo habet Angelus eſſe priùs in potentia ad intellectionem, & poſtea actu habere intellectionem: licèt quia Angelus eſt ſuprema inter intellectuales ſubſtantias habeat à ſui initio, omnes ſuas intellectiones non in pura potentia, neque ſolo in actu primo incompleto, ſed in actu primo completo per ſpecies omnium obiectorum ipſi tunc infuſſas, quibus præhabet in actu primo omnes intellectiones, non ſimul, ſed ſucceſsiuè habendas, vt vitetur Angelum in-

Digitized by Google

intelligere plura, vt plura, quod meritò relegauit ab Angelis Angelicus Magiſter. 1. part. quæſt. 58. artic. 2.

S. Thomas.

Secundum tamèn repugnat Angelo; quia etſi tranſire de potentia ad actum in ipſomet actu cognoſcendi (hoc eſt movendo ſe de vna cognitione ad aliam) ſit proprium intellectus creati; non eſt proprium intellectus creati, vt ſic; ſed talis intellectus creati, intellectus (ſcilicèt) inferioris inter creatos; ſicut tranſire phyſicè de potentia ad actum, ſe movendo motu phyſico, & corporeo ad acquirendam debitam perfectionem, non eſt proprium cuiuſcumque corporis; ſed tantum corporis inferioris; & hoc ipſo, quod ſit proprium intellectus inferioris inter creatos, repugnat, quod conveniat ſupremo intellectui creato, qui remanet finitus; etiam ſi ei deficiat prædictus tranſitus de potentia ad actum in ipſo actu cognoſcendi; quia conceptus intellectus finiti in communi ſaluatur per hoc, quod ſit realiter diſtinctus à ſubſtantia, ab omnibus ſpeciebus intelligibilibus, & ab ipſa intellectione, cum in ijs inveniatur imperfectio inſeparabilis ab intellectu creato, ſeu finito in communi accepto: eſſe verò ſupra has imperfectiones imperfectum defectu virtutis comprehenſiuæ obiectorum creatorum, vel defectu completionis in actu primo, eſt imperfectio particularis talis intellectus creati, intellectus (videlicèt) hominis.

Tranſire de potentia ad actũ ſe mouẽdo de vna cognitione in aliam, eſt proprium intellectus creati; non vt ſic accepti; ſed vt talis intellectus.

Vel vt paucis hanc doctrinam comprehendamus: Angelus poteſt non habere actù omnem ſuam intellectionem: Tùm nè infinita ſincathegorematicè ſimul cognoſcat; cum Angelus ſit impotens cognoſcere infinita ſyncathegorematicè; Tùm nè ad minus plura, vt plura cognoſcat. Non tamèn poteſt Angelus cognoſcere modò aliquod obiectum creatum, quin omnia illius obiecti poſſit in tali obiecto cognoſcere: hoc ſecundum excludit tranſitum de potentia ad actum ſe movendo de vna cognitione ad aliam, motu diſcurſi-

Angelus poteſt non habere *actu* omnem ſui perfectionum: non tamèn poteſt cognoſcere modò aliquod obiectũ creatum, quin omnia talis obiecti poſſit in illo cognoſcere.

vo; ſed non repugnat Angelo, immo ei eſſentialiter conuenit talem motum excludere ob dicta in probatione concluſionis; primum verò competit Angelo, nè ipſi deficiat conceptus creaturæ.

Reſpondetur Argumento 2.

Vnde reſpondetur ad Argumentum, diſtinguendo maiorem: Si Angelus non poſſet diſcurrere, ideò eſſet, nè dicatur, quod tranſit de potentia ad actum in eſſe intellectuali, *de potentia ad actum*; idest de *non habendo intellectionem*, *ſeu actum ad habendum intellectionem*, neg. maiorem, *de non habendo cognitionem perfectam obiecti, ad habendum cognitionem perfectam obiecti, mouendo ſe ex aliquali cognitione obiecti*: conced. maiorem; & ſimili forma, diſtinguatur minor, poſtea negando conſequentiam; quia vt ex dictis habemus, non repugnat Angelo, ſed poſitiuè ei convenit, quod eſt proprium creaturæ, vt eſt tranſire de potentia ad actum, ſecundum primum ſenſum; verùm repugnat Angelo non habere ſtatim, ac cognoſcit obiectum, cognitionem propriam; ſed aliqualem obiecti, ex qua moueatur ad perfectam cognitionem obiecti.

Non repugnat Angelo, ſed potius ei poſsitiuè, conuenit tranſire de potentia ad actum tranſitu de non habere actu cognitionē, ad illā actu habere.

Arguitur 3.

33. Tertiò Arguitur (ſimul impugnando immediatè dicta) Nihil aliud deſideratur ad diſcurſum, ſecundum dicta in immediata ſolutione, niſi quod Angelus ſe moueat ex aliquali cognitione obiecti, ad perfectam cognitionem obiecti; ſed Angelus ſic ſe movet: ergo non probatur benè, Angelo repugnare diſcurſum. Probatur minor: Se mouere ex aliquali cognitione obiecti ad cognitionem perfectam obiecti; eſt, vel ſe movere ex cognitione inadæquata, ad cognitionem adæquatam obiecti, vel ſe mouere ex cognitione coniecturali obiecti, ad cognitionem certam obiecti; ſed Angelus ſe mouet, & ex inadæquata ad adæquatam cognitionem obiecti, & ex cognitione coniecturali ad cognitionem certam obiecti: ergo Angelus ſe mouet ex aliquali cognitione obiecti, ad perfectam cognitionem obiecti. Probatur minor quoad vtramque partem; & quoad primam ſic: Dum Angelus vtitur ſpecie ſimul repræſentatiua ho-

minis,& proprietatum hominis,vt tantùm repræſentatiua hominis (quod pro ſuo libito poteſt, vt admiſsimus in numero 15.) ſolum habet cognitionem inadæquatam (ideſt,non comprehenſivam) hominis; ſed ex hac cognitione ſe mouet ad cognitionem adæquatam hominis:ergo Angelus ſe mouet ex cognitione inadæquata, ad adæquatam cognitionem obiecti. Probatur minor:Exiſtens in A,ſi ſciat eſſe ſibi nobiliorem locum B,ſe movet ex A,ad B,(ſuppoſito,quod poſsit acquirere locum B) ſed Angelus exiſtens in cognitione tantùm inadæquata hominis, ſcit evidenter ſibi eſſe meliorem cognitionem adæquatam (vtpotè comprehenſivam) hominis, & poteſt talem cognitionem habere: ergo ex cognitione inadæquata hominis, ſe movet Angelus ad cognitionem adæquatam hominis; hoc eſt ad cognitionem proprietatum hominis, quibus cognitis poſt cognitionem hominis tantùm adæquatè cognoſcitur homo.

Probatur ſecunda pars principalis minoris:Scilicèt,quod Angelus ſe mouet ex cognitione coniecturali ad cognitionem certam obiecti: Angelus cognoſcens ex aliquo ſigno externo aliquem actum internum hominis, vel alterius Angeli, non connexum neceſſario cum tali ſigno externo, tantùm coniecturaliter cognoſcit prædictum actum internum; ſed ex cognitione coniecturali iſtius actus interni ſe movet Angelus ad cognitionem certam ipſius: ergo Angelus, ſe movet ex cognitione coniecturali obiecti ad cognitionem certam obiecti. Probatur minor: Cognitio certa actus interni, tantùm coniecturaliter cogniti ab Angelo, eſt perfectio,quam Angelus cognoſcit, vt ſibi deficientem, illamquè vt abſentem deſiderat,cognitione,& deſiderio ſubſequto ad cognitionem coniecturalem illius actus purè interni; ſed cognoſcens ſibi deficere aliquam perfectionem, eamque deſiderans, ſe mouet ad talem perfectionem acquirendam (cùm ad probandum motum localem, præcipua ratio ſit cognitio, & deſiderium loci non habiti; tùm in viventibus corporeis;tùm, & maximè in Angelis) ergo Angelus cognoſcens coniecturaliter tantùm in aliquo ſigno

Probatur ſecunda pars principalis minoris.

Digitized by Google

no externo actum internũ hominis, vel alterius Angeli, ſe mouet ex cognitione coniecturali ad cognitionem certam huius actus interni.

Quod argumẽtum procedit ex non penetratione doctrinæ datæ.

34 Propoſitum Argumentum procedit ex non penetratione doctrinæ traditæ. Quando quidèm dicimus diſcurſum conſiſtere in tranſitu de potentia ad actum, ſiue de imperfecto ad perfectum, mouendo ſe ex aliquali ad perfectam cognitionem obiecti ſubiectum diſcurrens aliter accipimus ly *ex aliquali cognitione*, ac à Contrarijs intelligitur, quia à nobis accipitur pro cognitione principij tantùm non ob libertatem intelligentis potentis attingere per illam cognitionem principium, & concluſiones; ſed pro cognitione principij tantùm præciſè ob debilitatem luminis, non valentis attingere totam intelligibilitatem obiecti, vnica, & indiuiſibili operatione; & ita intellecta ly *aliquali* cognitione, aſſerimus, quod per ipſam intelligens poteſt ſe mouere ex illa ad cognoſcendas concluſiones connexas cum principio in ſe ipſis, non in principio (cum ad hunc modum cognoſcendi neceſſarium ſit robuſtius lumen) Contrarij verò ly *ex aliquali cognitione* ſumunt pro cognitione principij tantùm, ſiue ſit principij tantùm ex libertate intelligentis vtentis pro ſuo libito ſpecie repræſentatiua hominis, & proprietatum hominis, vt tantùm repræſentatiua hominis, ſiue ſit principij tantùm ex debilitate hominis cognoſcentis.

Explicatur quomodò hic accipitur, ly *ex aliquali cognitione*, quando dicitur: diſcurſum cõſiſtere in motu ex aliquali ad perfectam cognitionem obiecti.

Ex tàm diuerſaquè acceptione ly *ex aliquali cognitione* provenit, quod nos non premat, quod apparet difficile in argumento; quia etſi Angelus modò pro ſua libertate, non plenè, aut comprehenſiuè; ſed tantùm inadæquatè cognoſcat hominem, cognoſcendo præciſè hominis eſſentiam, & poſteà, cognoſcendo proprietates hominis, plenè cognoſcat hominem, non tunc plenè cognoſcit hominem, quia ſuppoſita cognitione eſſentiæ hominis cognoſcit proprietates hominis cognitione ſolùm attingente proprietates hominis in ſe ipſis; ſed quia cognoſcit proprietates hominis cognitione, quæ ſimul ſit cognitio eſ-

eſſentiç hominis,hoc exigente perfectione luminis Angeli, impotentis deſcendere ad cognitionem prædicatorum obiecti priùs inadæquatè cogniti ,cognoſcendo talia prædicata in ſe ipſis; ſed quandocumque illa cognoſcat , debet attingere illa in ipſomet obiecto , quod ſe habet tanquam principium ad concluſiones, reſpectiuè ad omnia prædicata cum ſemetipſo connexa; cuius non eſt alia ratio , niſi quia talis eſt naturæ lumen intellectuale Angelicum , quod nequeat ſe mouere illatiuè ex cognitione principij , ad cognitionem concluſionum ; cum ex iure luminis , tantùm intellectiui , habeat cognoſcere ; quæcumquè cognoſcit , tantùm intelligendo , & nullatenus ratiocinando.

Angelus plenè cognoſcit hominem , quando cognoſcit proprietates hominis , qui illas cognoſcit cognitione, quæ ſimul eſt cognitio eſſentiæ.

35 Quo præoccupatur communis in hac re inſtantia intendens,quod Angelus poſsit elicere pro ſua libertate , & non ex debilitate proprij luminis intellectualis cognitionem concluſionum præciſe in ſe ipſis , vel cognitionem concluſionum in principio , ſicut pro ſua libertate potuit cognoſcere , vel ſolùm principium , vel principium,& ſimul in ipſo concluſiones,non diſſormiter, ac Chriſtus Dominus per ſcientiam infuſſam poterat , vel cognoſcere concluſiones, in ſe ipſis,vel in principio (iuxta doctrinam Angelici Magiſtri 3.part.q.11.art.3.)& hoc,quia poterat cognoſcere principium vel inadæquatè,vel adæquatè cognoſcendo per cognitionem principij concluſiones in principio.

Quo præoccupatur quædam inſtantia.

S. Thomas.

Hæc enim replica eliditur per vltimò dicta num. 34. Fatemur ſiquidem potuiſſe intellectum humanum Chriſti Domini cognoſcere per ſcientiam infuſſam concluſiones pro ſuo libito,vel in principio,vel in ſe ipſis; hoc tamèn habuiſſe,quia erat intellectus Rationalis rigoroſi,de cuius conceptu quidditatiuo eſt eſſe lumen non purè intellectivum (quale eſt lumen Angelicum)ſed intellectiuum , & ratiocinativum ſimul ; vnde poterat intellectus humanus Chriſti Domini per ſcientiam infuſſam cognoſcere concluſiones , vel *intelligendo*, *ſeu legendo illas in principio*; vel *Ratiocinando* , ſeu *deducendo cognitionem ipſarum , ex cognitione principij* : Quod non poſ-

Intellectus humanus Chriſti D.potuit per ſcientiam per ſe infuſſam cognoſcere concluſiones pro ſuo libito, vel in ſe ipſis,vel in principio,hoc tamē habuit, quia intellectus Rationalis rig...

Digitized by Google

poſſet convenire intellectui humano Chriſti Domini, vt per ſcientiam infuſſam intelligenti, ſi eſſet lumen purè intellectivum.

Si Vrgeas.

Si Vrgeas dicendo: Peti principium in ijs; cum tandèm ſiſtat ſolutio in eò, quod Chriſtus Dominus poterat cognoſcere concluſiones ratiocinando, ſeu diſcurrendo, quia eius intellectus humanus diſcurſivus erat: ſecus verò Angelus, quia eius intellectus indiſcurſivus eſt, in quibus damus pro ſolutione id ipſum, de quo controvertitur.

Satisfaciemus *M. Ferre.*

Satisfacimus, & nos dicendo cum Magiſtro Ferre in præſenti: quod poſſe pro libito cognoſcere, vel principium tantùm, vel concluſiones in principio, non probat diſcurſum; ſed tantùm libertatem intelligentis in vſu ſcientiæ, & ſpecierum: permittere tamèn diſcurſum hoc poſſe liberum, ſi inveniatur in intellectu diſcurſiuo; & (cum intellectus diſcurſivus declarandus ſit ex proprijs ipſius intellectus) non petitur principium, dum aſſeritur: intellectum humanum Chriſti Domini, liberè potentem per ſcientiam infuſſam cognoſcere concluſiones in principio, vel cognoſcere principium tantùm, poſſe cognoſcere concluſiones cognitione illata ex cognitione principij; quia eſt intellectus Rationalis ſtrictè accepti, qui prout talis, non eſt *merè intellectivus*, vt intellectus Angelicus; ſed *intellectivus, & diſcurſivus ſimul*; & per oppoſitum, quod intellectus Angelicus, qui adæquatè eſt intellectivus, & ſi poſſet pro libito cognoſcere principium tantùm, vel ſimul in ipſo concluſiones, neutiquàm poteſt cognoſcere cōcluſiones cognitione deducta ex cognitione principij.

Poſſe pro libito cognoſcere, vel principium tantùm, vel concluſiones in principio non probat diſcurſum.

Quia in vniverſum loquendo, non petitur in ſolutione principium, quotieſcumque dubitanti, cur permittatur hoc exercitium in vno ſubiecto, & non in altero? Reſpondeatur reddendo pro ratione naturam vnius, & alterius ſubiecti, aliàs numquam ſiſteremus in ipſis naturis rerum.

Regula generalis ad cognoſcendum, quod in ſolutione non petitur principiū.

Iam reſpondetur tertio argumento.

36. Ex quibus deſcendit facilis Argumenti ſolutio, quæ erit concedendo maiorem, & negando minorem, & ad huius probationem ſimiliter concedimus maiorem, & negamus minorem quoad vtramque par-

Digitized by Google

partem, & ad probationem primæ partis concedatur maior, & negetur minor: ad cuius probationem diſtinguatur maior: Exiſtens in A, ſi ſciat eſſe ſibi nobiliorem locum B, ſe mouet ex A, ad B, *Præciſsè, quia eſt nobilior locus B, quam locus A*, neganda eſt maior, *quia non poteſt aliter acquirere locum B, ex loco A, niſi mouendo ſe ex A ad B*. Concedenda eſt maior, & diſtinguenda eſt minor: Angelus exiſtens in cognitione tantùm inadæquata hominis, ſcit evidenter eſſe ſibi meliorem cognitionem adæquatam hominis: & talis cognitio melior eſt acquiſibilis ab Angelo per motum, negamus minorem; eſt acquiſibilis ſine motu, concedimus minorem, & negamus conſequentiam. Locus enim B, non poteſt actiuè acquiri ab exiſtente in loco A, niſi per motum localem inſtitutum à natura, vt medium vnicum ad hunc finem. Cæterùm cognitio adæquata hominis poteſt comparari ab intelligente hominem cognitione tantum inadæquata, vel vnice per motum diſcurſivum, vt à nobis comparatur, vel per motum diſcurſivum, aut ſine illo, vt erat comparabilis per ſcientiam infuſam ab intellectu humano Chriſti Domini, vel determinate abſque vllo motu diſcurſivo, vt haberi poteſt ab Angelo, cuius intellectus eſt incapax acquirendi per aliam viam cognitionem adæquatam hominis.

Angelus cognoſcens inadæquatè hominem, poteſt tranſire ad cognitionem adæquatam hominis, ſed ſine motu.

Faciliùs adhuc ſoluitur probatio ſecundæ partis minoris concedendo maiorem, & negando minorem; & ad iſtius probationem permiſſa maiore, diſtinguatur minor; ſed cognoſcens ſibi deficere aliquam perfectionem; eamque deſiderans, ſe mouet ad talem perfectionem acquirendam; *Si illam perfectionem non poſſit acquirere, niſi per motum*, concedimus minorem: *ſi poſſit eam acquirere ſine motu*, ſubdiſtinguimus minorem: *Se mouet ex indigentia ad talem perfectionem acquirendam*, negamus minorem: *Se mouet ob exercendam ſuam libertatem in acquirendo per motum, aut ſine illo talem perfectionem*; Iterum ſubdiſtinguimus minorem: *Subiectum capax motus*: concedimus minorem: *Subiectum incapax motus*: negamus minorem. Quando quidem probatur motus localis (accepto motu locali, non pro motu actuali; ſed pro potentia loco motiva) in

Faciliùs reſpõdetur ad 3. argumentum.

cog-

Digitized by Google

Explicatur; cur probatur motus localis in cognoſcente ſibi diſtantem locum B, illumque ſibi deſiderante; ex cognitione, & deſiderio talis loci.

cognoſcente ſibi diſtantem locum B, & illum ſibi deſiderante; ex cognitione, & deſiderio loci non habiti, eſt, quia ſupponitur, quod exiſtens in loco A, (vt ſupra diximus) non poteſt activè acquirere locum B, niſi per motum localem; vnde dicitur, quod exiſtens in loco A, fruſtra cognoſceret ſibi diſtantem locum B, illumque conſequi appeteret, ſi non provideretur à natura motu locali in actu primo, ſeu potentia loco motiva, cumque cognitio certa actus interni ab Angelo coniecturaliter cogniti in ſigno externo ſit perfectio acquiſibilis, vel per motum diſcurſivum, vel ſine illo, non eſt, quod nos convincat ad concedendum diſcurſivum motum in Angelo, vt talem perfectionem acquirat.

Arguitur 4.

37 Quarto Arguitur: Angelus habet plures cognitiones erga naturalia, quarum vna cauſatur ex alia: ergo Angelus diſcurrit erga naturalia. Probatur antecedens: Cognoſcens vnum, quia prius alia cognitione cognoſcit aliud, habet vnam cognitionem cauſatam ex alia; ſed Angelus ſic ſe habet pluriès erga naturalia: ergo Angelus habet plures cognitiones erga naturalia, quarum vna cauſatur ex alia. Probatur minor: Tum primò: quia Angelus cognoſcit ſe ipſum cognitione naturali, vt effectum Dei, cognoſcit alia diſtincta cognitione naturali, Deum (cum Deum abſtractiuè per hanc cognitionem cognoſcat, & ſe ipſum intuitivè, & non poſsint non diſtingui realiter cognitio intuitiua, & abſtractiua) Tum ſecundo; quia Angelus cognoſcit hominem eſſe rationalem, cognoſcit alia cognitione hominem eſſe diſcurſivum (cum hęc ſecunda cognitio ſit ſcientifica, & prima non ſcientifica) Tum tertiò: Nam exiſtente in Angelis virtute benè conſiliatiua, a Philoſophis moralibus appellata *Eubulia*, debet dari in Angelo vna cognitio cauſata ex alia (cum hæc virtus dicat inquiſitionem, & diſcurſum) ergo Angelus erga naturalia pluriès, ſic ſe habet, vt cognoſcat vnum, quia prius alia cognitione, cognouit aliud.

Digitized by Google

38 Vrgetur hoc: Secundùm dicta in tota quæſtione: ſi Angelus cognoſcit concluſiones in ſe ipſis, & non in principio, habebit vnam cognitionem cauſatam ex alia; ſed Angelus cognoſcit aliqua cognitione concluſiones in ſe ipſis: ergo Angelus habet vnam cognitionem cauſatam ex alia: ergo diſcurrit. Probatur minor: Cognitio concluſionum in principio non eſt cognitio ſpecificata a concluſionibus, ſed à principio; ſed in Angelis datur cognitio ſpecificata a concluſionibus: ergo Angelus cognoſcit aliqua cognitione concluſiones in ſe ipſis. Probatur minor: Scientia eſt cognitio ſpecificata a concluſionibus; ſed in Angelo datur ſcientia: ergo in Angelo datur cognitio ſpecificata à concluſionibus. Vrgetur.

39 Confirmatur Argumentum; Modus operandi voluntatis Angelicæ conformatur modo operandi intellectus Angelici (vt communiter defenditur à Thomiſtis quæſt. 54. primæ partis, artic. 2. vbi Doctor Angelicus hoc expreſsè indicauit) ergo ſi modus operandi voluntatis ſit per actus quorum vnus cauſetur ex alio, non erit hic modus oppoſitus, ſeu difformis modo operandi intellectus: tunc ſic, ſed in voluntate Angelica datur vnus actus cauſatus ex alio (cum detur electio mediorum cauſata ex intentione finis) ergo in intellectu Angelico datur etiam vnus actus cauſatus ex alio: ergo, & diſcurſus. Confirmatur. *S. Thomas.*

40 Hoc Argumentum intendit ſuadere, quod in Angelis debet intervenire cauſalitas ſubiectiua in cognoſcendo; quin ſufficiat cauſalitas obiectiua, quam conceſsimus Angelis in numero 4. Cum Deo illam tribueremus (quia hæc cauſalitas tantùm ſe tenet ex parte obiecti; denotans vnum obiectum dependere ab alio: & eſt idem, ac vnum obiectum cognoſci, vt effectum alicuius cauſæ, à qua à priori dependet; vel vt cauſam alicuius effectus, à quo cauſa à poſteriori dependet) vnde indicat, quod præter hanc cauſalitatem, vnicè ex parte obiecti ſe tenentem, debet ſimul dari alia cauſalitas, quæ appellatur ſub- Quod argumẽtum intendit: debere reperiri in Angelis cauſalitas ſubiectiua in cognoſcendo.

Digitized by Google

ſubiectiua, quia in illa, ly *quia*, non appellat ſupra obiecta, ita vt vnum obiectum ſit ratio ſuadens exiſtentiam, vel poſsibilitatem alterius obiecti; ſed ſupra cognitiones, quæ (cum ſe habeant ex parte ſubiecti) tribuunt denominationem ſubiectiuæ cauſalitatis, cauſalitati inter ipſas repertæ, & hanc cauſalitatem nos negamus Angelis; quia nequit illis competere, ſine motu imperfectiſsimo inter intellectuales, quem negamus Angelo, vtpote ſubſtantiæ ſupremæ intellectivæ.

Quem nos negamus Angelis.

Reſpondetur 4. argumento.

41 Quare reſpondemus ad Argumentum negando antecedens, & ad eius probationem, negamus minorem; ad huiuſque primam probationem, dicimus (conformiter ad doctrinam datam. 1. diſput. dub. 1. numero 53.) nullum eſſe inconveniens, quod vna, & eadem cognitio ſit ſimul intuitiua, & abſtractiua, quia licèt communiter dicatur diſtingui realiter notitiam intuitiuam ab abſtractiua, hoc debet intelligi loquendo de notitia intuitiua, & abſtractiva ſimul eiuſdem obiecti; non verò de notitia intuitiua, & abſtractiua ſimul diverſorum obiectorum; ſic notitia intuitiua Patris præſentis, eſt notitia abſtractiua filij abſentis; ſic viſio Beatifica eſt notitia intuitiua Dei, & creaturarum exiſtentium, & abſtractiua non exiſtentium, & poſsibilium; ſicquè tandèm cognitio, qua Deus ſe ipſum intuetur eſt cognitio, qua Deus abſtractiuè intelligit poſſibilia; vnde licèt Angelus cognoſcens ſe, vt effectum Dei, cognoſcat ſe intuitiuè, & in ſe, vt effectum Dei, videat Deum abſtractiuè, eadem ipſiſsima cognitione, ſe, & Deum cognoſcit. Nec mirum cum Angelus ſit ſpeculum, in quo apparet ſimilitudo Dei, quia, qui cognoſcit ſpeculum, & in ſpeculo ſimilitudinem Cæſaris, eodem actu intuetur ſimilitudinem Cæſaris, & in ipſa ſimilitudine abſtractiuè cognoſcit Cæſarem. Eadem doctrina debet applicari, dum Angelus cognoſcit intuitiuè cauſam, & abſtractiuè effectum talis cauſę: Si enim, qui intuitiuè cognoſcit effectum, poteſt eadem indiuiſibili cognitione abſtractiuè cognoſcere cauſam; & qui intuitiuè cognoſcit cauſam, poterit eadem indiuiſibili cognitione abſtractiuè cognoſcere effectum.

Nullum eſt inconveniẽs, quod eadem cognitio ſit intuitiua, & abſtractiua ſimul, ſi non ſit eiuſdem obiecti.

Quod varijs exemplis declaratur.

Digitized by Google

42 Ad ſecundam probationem minoris etiam negamus, quod ibi adducitur; quia cognitio, qua Angelus cognoſcit hominem eſſe rationalem, non debet eſſe diſtincta à cognitione, qua cognoſcit; quod homo eſt diſcurſivus, quia eſt rationalis, licèt vt cognitio ſecundi ſit ſcientifica, & non ſit ſcientifica, vt cognitio primi, vt infra declarabimus in num. 44.

Reſpōdetur ſecundæ probationi minoris:

Cognitio, qua Angelus cognoſcit hominē eſſe rationalē, non debet eſſe diſtincta à cognitione, qua cognoſcit; quod homo eſt diſcurſivus.

43 Ad tertiam probationem Reſpondetur: Eubuliam, ſeu virtutem benè conſiliatiuam ſalvari, abſque inquiſitione, & diſcurſu; quia non dicit inquiſitionem, & diſcurſum, niſi tantùm in ſubiecto inquiſitiuo, & diſcurſiuo. Et ratio eſt: quia hæc virtus dicit inquiſitionem, & diſcurſum; quia conſilium exigit talem inquiſitionem, & diſcurſum, vt evadat certum iudicium de rebus agendis; vnde ſi iudicium de rebus agendis ſit certum, deficiente omni inquiſitione, & diſcurſu, erit conſilium, & virtus benè conſiliatiua, quin dicat in ſubiecto, in quo ſic reperiatur, inquiſitionem, & diſcurſum.

Reſpōdetur ad 3. probationē. *Eubulia* ſalvatur abſque inquiſitione, & diſcurſu.

Hinc repugnantibus Deo inquiſitione, & diſcurſu, convenit ipſi conſilium (iuxta illud ad Epheſios 1. *Qui operatur omnia ſecundùm conſilium voluntatis ſuæ*) Quod egregiè dixit Angelicus Magiſter 1. part. quæſt. 22. art. 1 ad 1. *Ipſa ratio rerum agendarū conſilium in Deo dicitur, non propter inquiſitionem, ſed propter certitudinem cognitionis ad quam conſiliantes inquirendo, perueniunt*; hancque certitudinem iudicij in conſilio conſequi ab Angelo ſine inquiſitione, & diſcurſu expreſsit idem Angelicus Magiſter eadem 1. part. quæſt. 59. art. 3. ad primum: *Vnde in Angelis* (ait) *eſt electio, non tamen cum inquiſitiua deliberatione conſilij, ſed per ſubitam acceptionem veritatis.* In quo modo comparandi certitudinem iſtam, diſtinguit eodem loco Præceptor Angelicus hominem ab Angelo; quia ille, vtpote ſubiectum inquiſitivum, & diſcurſivum, conſequitur certitudinem prædictam inquirendo, & diſcurrendo; ſecus verò Angelus, vt ſic diſtinguantur in operatiuis homo, & Angelus, ſicut in ſpeculatiuis: *Sicut autem* (verba ſunt Sancti Doctoris); *exiſtimatio hominis in ſpeculatiuis differt ab exiſtimatione Angeli in hoc, quod vna eſt abſque inquiſitione*

Vnde: Deo cō venit conſiliū, & ſi ipſi repugnent inquiſitio, & diſcurſus.

Ad Epheſ. 1. v. 11.

Sanct. Thomas.

Aliter per cognitionem comparat certitudinem Angelus; aliter homo.

quiſi-

quiſitione; alia verò per inquiſitionem, ita, & in operationibus.

Reſpondetur ad Vrgentiam Argmenti.

44 Ad Vrgentiam argumenti propoſitam numero 38. concedimus maiores, & negamus minores, ad ſecundæquè probationem concedimus maiorem, loquendo de ſcientia, quæ tantum ſit ſcientia, & negamus illam loquendo de ſcientia, quæ ſimul eſt intuitus principiorum, qualis eſt ſcientia naturalis Angelica. In Angelis enim, ſicut non datur ſcientia habitualis naturalis, quæ ſit lumen diſtinctum a lumine principiorum, ita nec datur cognitio ſcientifica (quæ eſt ſcientia actualis) quæ non ſit cognitio principiorum; vnde ſicut idem lumen realiter eſt in Angelis, & habitus primorum principiorum, & ſcientia, cum duplici tamèn formalitate; prima *intuitus*, ſecunda *ſcientiæ*; ita eadem indiuiſibilis cognitio eſt in Angelis *intuitio, & ſcientia actualis*, cum duplici formalitate, prima *ſimplicis intuitionis* (in quantùm videt per illam principia) ſecunda, *ſcientiæ actualis*, qua videt concluſiones in principijs. Hinc prouenit, quod nec ſcientia habitualis, neque ſcientia actualis Angelica ſpecificentur à concluſionibus; quia licèt ſit in lumine, ſeu habitu alia formalitas, quæ reſpicit principia, & alia, quæ reſpicit concluſiones, & idem contingat in cognitione actuali; formalitas, per quam habitus, & cognitio reſpiciunt concluſiones, eſt tantùm formalitas ſecũdaria, & ſpecificationem accipiunt habitus, & cognitio non ob formalitatem ſecundariam; ſed tantum ob primam; quod ita convenit Angelis, quia ipſis, vtpotè ſubſtantijs ſupremis inter intellectuales ſubſtantias, convenit ſimul id, quod in inferioribus ſubſtantijs intellectualibus invenitur diuiſum. Vnde ſi in nobis diſtinguntur realiter habitus primorum principiorum, & ſcientiæ; in Angelis tantùm differunt, tanquàm formalitas, & formalitas eiuſdem habitus realiter.

In Angelis non datur cognitio ſcientifica, quę non ſit cognitio principiorum.

Nec ſcientia habitualis, nec ſcientia actualis Angelica ſpecificantur à coclusionibus.

Reſpõdetur ad Confirmationem.

45 Ad Confirmationem Argumenti Reſpondetur explicando antecedens fundatum in doctrina tradita ab Angelico Magiſtro. 1. part. quæſt. 64. artic. 2. ex qua habetur, quod: *Modus operandi voluntatis Angelicæ conformatur modo operandi intellectus Angelici.* Etenim hęc maxima antecedentis non debet intelligi, ita

ita vniuerſaliter, quod exigat conformationem modi operandi voluntatis modo operandi intellectus, etiam ſi ex hac conformatione ſequatur defectus diſtinctiui intellectus Angelici a voluntate Angelica. Qua propter dicimus, quod in omnibus conformatur modus operandi voluntatis Angelicæ modo operandi intellectus Angelici; ſalvo tamen diſtinctiuo intellectus Angelici à voluntate Angelica; quod diſtinctivum non ſalvaretur, ſi voluntas Angelica in modo operandi, movendo ſe ex intentione finis ad electionem mediorum, conformaretur modo operandi intellectus Angelici, mouentis ſe ex aſſenſu præmiſſarum ad concluſionis aſſenſum.

Qualiter ſit intelligendum quod, Modus operandi volũtatis Angelicæ coformatur in omnibus modo operandi intellectus Angelici.

46 Quod, & faciliùs percipietur, ſi obſervemus, quod (ſuppoſita illa communi differentia intellectus à voluntate, conſiſtente in eo, quod intellectus trahat res ad ſe; voluntas verò feratur à rebus) eſt proprium intellectus ſubiecti completè intellectualis (qualis eſt intellectus Angelicus) non trahere ad ſe A (v. g.) quin trahat ſimul quidquid cum A, cõnectitur, & eſt naturaliter cognoſcibile; quia trahere vnum relinquendo aliud cum illo connexum, & naturaliter cognoſcibile, provenit ex incompletione intelligentis, & ſic, hoc eſt proprium intellectus humani. Non tamen eſt proprium voluntatis ſubiecti completè intellectualis, quod ſi trahatur ab vno obiecto, trahatur ab alijs ad illud ordinatis: Cum hoc potius ſit imperfectio, quàm perfectio voluntatis; quia probat, voluntatem non habere dominium, & libertatem ſupra ſuos actus; ſiquidem voluntas, quæ traheretur ſic a fine, & à medijs ad finem ordinatis, nec liberè vellet finem, nec liberè vellet media; cuius oppoſitum ex propria perfectione convenit voluntati, quæ adhuc ſuppoſita intentione finis, eſt libera in electione medij huius, vel illius.

Quod intellectus non trahat adſe A, quin trahat ſimul quidquid cum A, connectitur & eſt naturaliter cognoſcibile, eſt proprium intellectus ſubiecti cõpletè intellectualis.

Ex quo oritur, quod poſsit eſſe intentio finis ſine electione hac, vel illa, & quod realiter diſtingui poſſit ab hac, vel illa electione: & cum intentio, quæ poteſt eſſe ſine hac, vel illa electione, & diſtingui ab hac, vel illa electione ſit intentio, ex qua poteſt voluntas ſe movere ad hanc, vel illam electionem me-

Ex perfectione voluntatis oritur, quod poſſit eſſe intentio finis ſine electione hac, vel illa.

mediorum; quid mirum, quod voluntas Angelica poſſit ſe movere ex intentione finis ad electionem mediorum (etſi etiam poſsit pro ſua libertate eodem actu, quo neceſſario vult finem libere velle media) verùm, ſi intellectus Angelicus ſe moueret ex vno cognito ad cognoſcendum aliud, naturaliter cognoſcibile, cum primo connexum; iam non haberet ex ſua perfectione trahere ad ſe cum primo cognito, quidquid ex illo eſt naturaliter cognoſcibile, quia ſi cum primo cognito cognoſcit quidquid ex illo eſt naturaliter cognoſcibile, ad quid ſe mouebit ex primo cognito ad cognoſcendum aliud ex primo cognito naturaliter cognoſcibile; cum (vt iam diximus,) poſsidens perfectionem, non ſe moueat ad acquirendam perfectionem, & trahens ad ſe cum primo cognito, quidquid ex primo cognito eſt naturaliter cognoſcibile, nequit non cognoſcere cum primo cognito, quidquid ex primo cognito eſt naturaliter cognoſcibile.

Si obijcias.

47 Si obijcias: Rectè conciliari, eſſe perfectionem intellectus Angelici trahere ad ſe cum primo cognito, quidquid ex illo eſt naturaliter cognoſcibile, & tamèn, quod pro ſua libertate trahat primum cognitum, principium (videlicèt) quin trahat concluſiones ex tali principio cognito naturaliter cognoſcibiles, præcipuè, cum (iuxta dicta in numero 34.) Angelus poſſit pro ſua libertate cognoſcere principium tantùm, & non concluſiones ex eodem principio cognoſcibiles, quia cognitio huius obiecti, & non alterius fit per hoc, quod hoc obiectum, & non alterum trahatur ab intellectu: ergo ſicut voluntas potens eodem actu attingere finem, & media, quando pro ſua libertate diuerſis actibus vult finem, & media, ſe mouet ex intentione finis ad electionem mediorum, etiam quandò intellectus diuerſis actibus pro ſua libertate cognoſcit principium, & cò. cluſiones, ſe mouebit ex cognitione principij ad cognitionem concluſionum.

Reſpondebimus.

48 Reſpondebimus; quod quando dicimus: Intellectum Angelicum poſſe pro libertate Angeli cognoſcere principium, & concluſiones ſimul, vel cognoſcere principium tantum, hoc intelligimus loquentes de

de cognitione tantùm principij, ſumptô principio ſecundùm ſe,ſeu vt res quædam eſt, non vt principium, quia ſi Angelus cognoſcat principium, vt principium, non poteſt non cognoſcere ſimul concluſiones; hoc eveniente etiam in nobis, qui ſi aſſentimur principijs, vt talibus,non poſſumus pro noſtra libertate omittere aſſenſum concluſionis;licèt aliter exerceatur hæc neceſsitas à nobis,ac in Angelis, quia Angeli ex aſſenſu principiorum vt talium, neceſsitantur ad aſſenſum concluſionis, habendum per ipſiſsimum aſſenſum principiorum, ita exigente luminis Angelici altitudine (vt ſupra in numero 34. animadvertimus) nos verò ex eſſenſu principiorum vt talium,neceſsitamur ad aſſenſum concluſionum, habendum per actum diſtinctum ab aſſenſu principiorum, ex quo mouemur neceſſariò ad aſſenſum concluſionum, motu diſcurſivo; ideoquè dicitur in nobis diſcurſus neceſſarius (neceſſitate conſequenti, ſecundùm quam acceptionem in numero 28. & 29. appellamus neceſſarium diſcurſum in nobis ad diſtinctionem diſcurſus prætenſi à Contrarijs in Angelis, qui etiam eſt liber conſequenter;quia licèt fateantur, quod Angelus ex aſſenſu principiorum neceſsitatur ad aſſenſum concluſionum, ſentiunt, quod Angeli poſſunt habere hunc aſſenſum concluſionum, vel ſine diſcurſu, per aſſenſum principiorum, vel cum diſcurſu deducendo aſſenſum concluſionum ex principiorum aſſenſu) voluntas tamèn, ita vult media, quod (ſiue per eundem actum, ac vult finem, ipſa velit, ſiue per diuerſum, & ex intentione finis cauſatum) ſemper omnino liberè, tàm antecedenter, quàm conſequenter vult hęc, vel illa media (niſi in caſu per accidens, quod tantùm vnicum eſſet medium) ex quibus ſatis clarè ſoluitur inſtantia.

Si Angelus cognoſcit principium, vt principium,non poteſt non cognoſcare ſimul concluſiones per eandē cognitionem, ac principium.

Declaratur: In quo ſenſu dicatur in nobis diſcurſus neceſſarius.

49 Verùm ſi dicas,Perfectionem intellectus Angelici non eſſe trahere *actu* cum primo cognito,quidquid ex illo eſt naturaliter cognoſcibile; ſed tantùm *habitu*, hoc eſt, non eſſe perfectionem intellectus Angelici habere ſimul omnes cognitiones obiecto-

Si dicas.

torum naturaliter cognoſcibilium ex obiecto A, ſed prę ciſsè habere ſimul ſpecies omnium obiectorum connexorum cum A: cum Angelus titulo ſubſtantiæ complete intellectualis tantùm hoc expoſcat: ergo malè ex perfectione intellectus Angelici deducimus, quod quandò cognoſcit principium A, vt principium, tunc cognoſcit quidquid eſt naturaliter cognoſcibile ex tali principio.

Satisfaciemus cum *M. Ferre*.

50 Satisfaciemus cum Magiſtro Ferre adducente hanc replicam, dicendo: ex primo ſequi ſecundum: quia ſi Angelus ob ſuam perfectionem habet ſimul omnium obiectorum ſpecies, ſeù ſcientiam omnium habitualem, & homo, quia incompletè intellectualis, nunc trahit ad ſe *habitu* vnum obiectum, & poſtea aliud, ex primo obiecto naturaliter cognoſcibile; ita ob ipſam perfectionē Angeli, prout condiſtincti ab homine habet Angelus, dū *actù* trahit ad ſe per cognitionem principiū A, vt principium, trahere ad ſe per eandem cognitionē quidquid eſt naturaliter cognoſcibile ex principio A, ad diſtinctionem hominis, qui ob debilitatem ſui luminis, & ſi cognoſcat principium A, vt principium, quia non penetrat principium, vt *principium*, non poteſt per eandem cognitionem trahere ad ſe actù concluſiones ex illo inferendas; & ideò indiget motu diſcurſiuo, quo ſe mouens ex cognitione principij, acquirat cognitionē concluſionum.

Angelus dum *actu* trahit ad ſe per cognitionem principium, trahit ad ſe per eandem cognitionem quidquid ex tali principio eſt naturaliter cognoſcibile.

51 Reſpondemus iam ad formam confirmationis Argumenti, diſtinguendo antecedens: Modus operandi voluntatis Angelicæ conformatur modo operandi intellectus Angelici, in omnibus illis, in quibus ſaluetur diſtinctivum intellectus Angelici à voluntate Angelica, concedimus antecedens: In quibus non ſalvetur tale diſtinctivum, negamus, & etiam negamus conſequentiam: Quia conformari voluntatem Angelicam, cum intellectu Angelico in habere vnum actum cauſatum ex alio arguit in intellectu Angelico defectum tractionis perfectæ ad ſe omnium obiectorum inter ſe connexorum, & naturaliter ex vno ex illis cognito cognoſcibilium, qui quidem defectus, iuxta ſupra dicta, repugnat Angelo.

Iam reſpondetur ad formam cōfirmationis.

Si

Si deſideretur ſcire, quam conformitatem in modo operandi habeat voluntas Angelica cum intellectu Angelico, ſi non habet, quam intendit confirmatio Argumenti? Dicemus: eſſe in immutabilitate modi operandi (quam fundabat Angelicus Magiſter in artic. 2. quæſtionis 64. 1. part. citato pro confirmatione) quæ conformitas conſiſtit in hoc, quod ſicut Angelicus intellectus non mutat iudicium in rebus perfectè ab Angelo cognitis, nec voluntas Angelica retractat electionẽ deliberatam, quam ſimul elicuit.

Modus operandi volũtatis Angelicæ conformatur modo operandi intellectus Angelici, in immutabilitate operandi.
Sanct. Thomas.

§. IV.

SECVNDA CONCLVSIO.

Angelus nequit erga ſupernaturalia diſcurrere.

52 Concluſio hæc defendi debet per eadem principia, ac præcedens, & breviter, illis ſuppoſitis, modò ſuadetur: Angelus, vel eſt eſſentialiter indiſcurſivus (vt plures ex Thomiſtis iudicant) vel ſaltem eſt connaturaliter indiſcurſivus (vt alij graviſsimi Doctores exiſtimant) ſed ſiue ſit eſſentialitèr, ſiue connaturaliter indiſcurſivus, non poteſt Angelus erga ſupernaturalia diſcurrere: ergo Angelus nequit erga ſupernaturalia diſcurrere. Probatur antecedens: Gratia elevans intellectum Angelicum ad intelligendum in ordine ſupernaturali, non facit intellectum Angelicum deterioris conditionis, ac erat pro priori ad elevationem (cum ſit proprium gratiæ erigere, & perficere naturam) ergo cum ſit perfectio Angeli non poſſe diſcurrere (ſiuè hoc non poſſe ſit ipſi eſſentiale, ſiuè tantùm connaturale) etiam hoc non poſſe conſervabit in ordine ſupernaturali: ergo Angelus, nec vt elevatus ad ordinem ſupernaturalem poteſt diſcurrere.

Hæc ſecunda concluſio eſt defendẽda per eadem principia, ac prima concluſio.

Et ideò: non poſſe diſcurrere. quod convenit Angelo erga naturalia, etiam ei competit: erga ſupernaturalia.

53 Vrgetur. Quod convenit Angelo titulo immaterialitatis ſuperioris ad immaterialitatem intellectus hu-

Vrgetur.

Digitized by Google

Gratia elevans intellectū Angelicum, vt cognoſcat ſupernaturalia, de ſe eſt immaterialior naturali immaterialitate Angeli.

humani, non poteſt, deficere Angelo ex adventu formæ immaterialioris ipſa immaterialitate Angeli; ſed Angelus habet non poſſe diſcurrere titulo immaterialitatis ſuperioris, ad immaterialitatem intellectus humani (cum hoc habeat, quia eſt completè intellectualis, & ſubſtantia ſuprema inter intellectuales ſubſtantias) & gratia, quæ eſt forma adveniens, vt eleuet intellectum Angelicum, de ſe eſt immaterialior natura, & conſequenter eſt immaterialior ipſa immaterialitate Angeli (vt nulli dubium) ergo ſi Angelus ante elevationem per gratiam, vt ſupernaturalia cognoſcat, eſt impotens diſcurrere, & erit impotens poſt ipſam elevationem.

Confirmatur.

Lumen ſupernaturale de ſe non eſt diſcurſivum.

S. Thomas.

54 Confirmatur: Forma de ſe non diſcurſiua non elevat ad diſcurrendum ſubiectum indiſcurſivum; ſed lumen ſupernaturale, de ſe non eſt diſcurſivum (cum iuxta Angelicum Præceptorem 2. 2. quæſt. 9. artic. 1. ad primum: Tantùm ſit diſcurſivum ratione ſubiecti, hoc eſt, ſi in ſubiecto diſcurſivo recipiatur) & Angelus eſt ſubiectum indiſcurſivum: ergo Angelus prout intelligens ſupernaturalia, non poteſt diſcurrere, ſuppoſito, quod naturaliter non poteſt diſcurrere.

§. V.

Solvuntur Argumenta.

Arguitur 1.

S. Thomas.

55 ARguitur 1. ab Authoritate Angelici Magiſtri ſub hac breviſsima forma: Ideò Angelus non diſcurrit erga naturalia, ſecundùm Angelicum Præceptorem, quæſt. 16. de *Malo*, artic. 6. quia *actu* habet perfectam notitiam rerum naturalium; ſed Angelus non habet *actu* perfectam notitiam rerum ſupernaturalium, iuxta ipſum Angelicum Doctorem eodem articulo, & quæſtione de *Malo*: ergo Angelus poteſt diſcurrere erga ſupernaturalia. Patet hæc conſequentia: quia affirmationem A, eſſe cauſam affirmationis B; infert, quod ſi negetur A, negetur, & B.

Con-

56 Confirmatur, ex ipſo Angelico Præceptore 1. part. quæſt. 79. art. 8. habemus, quod: *Angeli, qui perfectè poſsident, ſecundùm modum ſuæ naturæ cognitionem intelligibilis veritatis, non habent neceſſe procedere de vno ad aliud; ſed ſimpliciter, & abſque diſcurſu veritatem rerum apprehendunt.* Sed Angelus ſecundùm modum ſuæ naturæ, non perfectè poſsidet cognitionem veritatis ſupernaturalis: ergo Angelus poteſt diſcurrere, vt perfectè cognoſcat veritatem ſupernaturalem. Minor eſt certa, & conſequentia videtur deducta legitimè. Confirmatur. *Sanct. Thomas.*

57 Vrgetur: Si Angelus eſſet in potentia erga naturalia, & non in actu primo completo, procederet de potentia ad actum, ſeu de imperfecto ad perfectum, vt cognoſceret naturalia, ac proindè erga naturalia diſcurreret (vt conſtat ex prima concluſione) ſed Angelus eſt in potentia circa ſupernaturalia: ergo vt Angelus cognoſcat ſupernaturalia ſe mouet, motu diſcurſivo procedendo de potentia ad actum, & de imperfecto ad imperfectum. Conſequentia eſt legitima, & minor expreſſa ab Angelico Magiſtro in articulo 6. quæſtionis 10. de *Malo* ſupra citatæ, vbi loquens de mente Angeli, ait: *Quamvis autem mens eius ſit in actu reſpectu eorum, quæ naturaliter cognoſcere poteſt, eſt tamen in potentia reſpectu eorum, quæ ſuam naturalem cognitionem excedunt.* Vrgetur. *Sanct. Thomas.*

58 Reſpondebimus huic Argumento: Non poſſe in re noſtra dubitari de mente Angelici Magiſtri, cum doctrina tradita ab ipſo. 1. part. quæſt. 58. art. 3. æquè probet: Angelum non poſſe diſcurrere erga naturalia ac erga ſupernaturalia (licèt ibi nihil expreſſerit de ſupernaturalibus) & ex traditis quæſtione 8. de Veritate, artic. 15. clarè habemus Angelicum Doctorem ſenſiſſe Angelum non diſcurrere erga ſupernaturalia; vnde vt præſentem difficultatem in littera D. Thomæ enodemus, obſervandum eſt, quod cum dicitur: Angelum eſſe in potentia, ſeu non eſſe in actu erga ſupernaturalia, & quod actu non habet perfectam notitiam rerum ſupernaturalium, tantùm intenditur excludi ab Angelo, ſecundùm ſua naturalia conſiderato, ſufficientiam ad cognoſcendum perfectè ſupernaturalia; non Reſpondetur huic Argumento.

Digitized by Google

Licèt Angelus non habeat actū cognitionē rei ſupernaturalis, non habet eam in potentia naturali; vnde non ſe mouet ad illā ex cognitione naturali.

verò intenditur, quod Angelus poſsit ſe mouere de cognitione rei naturalis ad cognitionem perfectam rei ſupernaturalis; quia licèt non habeat actu cognitionem rei ſupernaturalis; ſed tantùm in potentia, non habet eſſe in potentia naturali, quod erat neceſſarium, vt ſe moueret ad cognitionem rei ſupernaturalis; ſed præciſè habet hanc cognitionem perfectam rei ſupernaturalis in potentia obedientiali.

Si inquiratur.

Satisfiet.

Potentia ſe reducendi de potentia ad actū tantùm eſt potentia naturalis.

59 Si inquiratur: cur ſit neceſſarium eſſe in potentia naturali ad cognitionem perfectam rei ſupernaturalis, vt ex eſſe in potentia ad talem cognitionem inferatur diſcurſus? Dicimus huius rationem eſſe, quia poſſe diſcurrere eſt poſſe ſe reducere de potentia ad actum (tranſeundo de potentia ad actum in ipſa cognitione modo explicato in numero 32.) non poſſe reduci de potentia ad actum; cum nihil aliud ſit diſcurrere, iuxta dicta in prima concluſione, quam quod diſcurrens ſe reducat de potentia ad actum: & cum potentia ſe reducendi de potentia ad actum, tantum ſit potentia naturalis, hinc habetur neceſſitas exiſtendi in potentia naturali ad cognitionem rei ſupernaturalis, vt ex eſſe in potentia ad talem cognitionem inferatur diſcurſus.

Si dicas.

Satisfiet.

Homo ſecundùm ſe conſideratus nō poteſt ſe reducere de potentia ad actum; ſed tantùm poteſt reduci ab extrinſeco.

60 Si dicas: oppoſitum huius inveniri in homine, qui tantùm eſt in potentia obedientiali ad ſupernaturalia, & nihilominùs poteſt diſcurrere erga ſupernaturalia. Satisfaciemus dicendo, quod non ideò homo poteſt diſcurrere erga ſupernaturalia; quia eſt in potentia ad cognitionem ſupernaturalium (homo enim ſecundùm ſe conſideratus, non poteſt ſe reducere de potentia ad actum, vt cognoſcat ſupernaturalia; ſed tantùm poteſt reduci ab extrinſeco, hoc eſt, ex infuſsione Divina; & nemo poteſt diſcurrere ex eo, quod poſsit reduci de potentia ad actum; ſed ex eo, quod poſsit ſe reducere) ſed quia eſt in potentia naturali ſe reducendi de potentia ad actum, dum naturalia cognoſcat; & quia Deus infundens lumen ſupernaturale homini ad intelligendum in ordine ſupernaturali, ſe conformat modo naturali intelligendi hominis; qui cum eſ-

eſſentialiter ſit diſcurſivus, non deperdit per lumen ſupernaturale poſse diſcurrere, quod ante tale lumen habebat: ſed potius poſt luminis ſupernaturalis infuſsionem, habet illuſtrius poſſe, cum tunc habeat poſſe elevatum ad ſublimiorem ordinem.

61 Etiam eſt obſervandum, quod dum Angelicus Præceptor docuit in præcitata quæſtione de Malo, quod Angelus habet *actu* perfectam notitiam rerum naturalium: ly *actu* accepit contrapoſitivè ad *in potentia naturali*, vt attentè meditanti concluſionem illius quæſtionis conſtabit; cum ibi contraponat: Angelum habere *actu* perfectam notitiam rerum naturalium ad habere hominem *in potentia* cognitionem perfectam rerum naturalium: *Alioquin* (dicit ibi Sanctus Doctor loquens de Angelo) *ſi actu habens principiorum notitiã, in potentia concluſiones cognoſceret, opportet ipſum, ſicut, & nos per rationis diſcurſum per principia notitiam concluſionum acquirere, cuius contrarium patet per Dionyſium cap. 7. de Divinis Nominibus.* Et nullus dubitat hominem eſſe in potentia naturali reſpectu cognitionis concluſionum naturalium; dum verò dixit, quod Angelus non habet *actu* perfectam notitiam rerum ſupernaturalium, non iudicabat, quod erat *in potentia naturali* ad talem cognitionem (cum repugnet, quod *in potentia naturali* illam poſsit habere) ſed præciſsè, quod erat *in potentia obedientiali.* S. Thomas.

62 Vnde ſenſus maioris in Argumento eſt, quod Angelus non habet *in potentia naturali* (vt homo) perfectam notitiam rerum naturalium, & ſenſus minoris eſt, quod Angelus habet *in potentia obedientiali* perfectam cognitionem rerum ſupernaturalium; ex quibus præmiſsis malè concluditur, quod Angelus poſsit diſcurrere erga ſupernaturalia: cum ly *actu habere cognitionem perfectam* in maiori contraponatur *potentiæ naturali*, & in minori *potentiæ obedientiali*, quæ variatio contrapoſitionis vitiat ſyllogiſmũ ob defectum identitatis perfectæ medij in maiori, & in minori aſſumpti. Quapropter cõceſſis ma-

Explicatur maior in Argumẽto obiecta. Et etiam explicatur minor:

maiori, & minori, negamus conſequentiam; illa enim regula, quod ſi affirmatio A, eſt cauſa affirmationis B, negatio A, infert negationem B, tantùm tenet dum ide A, cuius affirmatio cauſat affirmationem B, ſit illud ipſiſsimum A, cuius negatio inferat negationem B; non vero ſi ſit diſtinctum.

Reſpōdetur ad Confirmationem.

63 Ad Confirmationem reſpondemus, quod illis verbis: *Angeli perfectè poſsident ſecundum modum ſuæ naturæ cognitionem, &c.* non intellexit Doctor Angelicus poſsidere perfectè ex viribus naturalibus; ſed perfectè poſsidere ſecundùm modum cognoſcendi intelligibilem veritatem, elevatum ſupra modum cognoſcendi, quem habet homo, quaſi dicat; *Angeli cognoſcunt intelligibiles veritates modo elevatiori, quam homines, quia non deſcendunt, ſicut homines ex cognitione principiorum ad cognitionem concluſionum in ſe ipſis; ſed ſi illas cognoſcere velint, eas cognoſcent in altiori medio, hoc eſt in principio* (qui quidem modus cognoſcendi concluſiones elevatior modo cognoſcendi concluſiones, proprio hominis, ſervatur ab Angelo, etiam dum ſupernaturalia cognoſcit) & hanc eſſe mentem Divi Thomæ in allato teſtimonio clarum fiet legenti illum articulum, in quo (vt diximus in numero 29.) Angelicus Magiſter diſtinxit Angelum ab homine per perfectionem cognitionis ſimplicioris, & elevatioris cognitione elicita ab homine, & vt talem perfectionem explicaret, dixit: quod Angeli perfectè ſecundùm modum ſuæ naturæ, poſsident cognitionem intelligibilis veritatis, non procedendo de vno ad aliud, ſed ſimpliciter, & abſque diſcurſu; quibus declaratur non diſtinctivum cognitionis naturalis Angeli, ab eius cognitione ſupernaturali, (vt in Confirmatione Argumenti exiſtimatur) ſed diſtinctivum cognitionis Angelicæ, vt Angelicæ, à cognitione humana; & cum ſub cognitione Angelica, vt Angelica, cadat cognitio ſupernaturalis elicita ab Angelo lumine ſupernaturali illuſtrato, etiam hanc cognitionem habet ſimpliciter, & abſque diſcurſu.

Sanct. Thomas.

Reſpōdetur ad Vrgentiam.

64 Ad Vrgentiam argumenti dicimus, quod ſi Angelus eſſet in potentia erga naturalia, eſſet in potentia naturali, quæ potentia (iuxta ſupradicta in nume-

mero 50.) eſt potentia ſe reducendi de potentia ad actum, & cum ex potentia ſe reducendi de potentia ad actum, creaturam intellectualem, in ſua perfectione, inferatur diſcurſus, quo cognoſcens ſe reducit de potentia ad actum: hinc in concluſione prima fundavimus, quod ſi Angelus eſſet in potentia erga naturalia, & non in actu primo completo, diſcurreret, dum concluſionum cognoſceret naturalem: circa ſupernaturalia verò tantum eſt Angelus in potentia obedientiali, quæ non eſt potentia ſe reducendi de potentia ad actum; ſed potentia, vt à Deo elevante ad ordinem ſupernaturalem, reducatur de potentia ad actum; quæ quidem potentia reducendi ab alio, & non ſe reducendi, non probat diſcurſum, quo cognoſcens ſe reducit de potentia ad actum, & ſic diſtinguantur præmiſſæ, primòque maior: Si Angelus eſſet in potentia erga naturalia, diſcurreret: Si eſſet in potentia naturali concedetur maior. Si eſſet in potentia obedientiali, negetur maior, & diſtinguatur minor: Sed Angelus eſt in potentia erga ſupernaturalia, in potentia obedientiali concedimus, in potentia naturali, negamus minorem, & conſequentiam, quin verba Sancti Doctoris adducta pro probatione minoris officiant noſtræ diſtinctioni, quia ibi per eſſe Angelum in *actu* reſpectu eorum, quæ naturaliter cognoſcere poteſt, non tantùm exclusit, *eſſe in potentia naturali* (vt eſt homo reſpectu naturalium) ſed etiam *eſſe in potentia obedientiali*, vt ſunt homo, & Angelus reſpectu eorum, quæ naturalem cognitionem excedunt, qualia ſunt ſupernaturalia. *Si Angelus eſſet in potentia erga naturalia, eſſet in potentia naturali: at circa ſupernaturalia tantum eſt in potentia obedientiali.*

66 Secundò Arguitur: Angelus diſcurrit, ſemper, quod habet vnam cognitionem cauſatam ex alia; ſed Angelus erga ſupernaturalia poteſt habere vnam cognitionem cauſatam ex alia: ergo Angelus erga ſupernaturalia poteſt diſcurrere. Probatur minor: Dum Dæmon viſis miraculis patratis à Chriſto Domino, coniectabatur Chriſti Divinitatem, erga ſupernaturalia verſabatur: ſed tunc habebat vnam cognitionem cauſatam ex alia: ergo Angelus erga ſupernaturalia, poteſt habere vnam cognitionem cauſatam ex alia. Probatur minor: Dæmon tunc ſe movebat ex cognitione miracu- *Arguitur ſecundo.*

culorũ ad cognitionem conicĉturalem Diuinitatis. Primò: Quia coniecturare ex vno cognito aliud, idem eſt, ac ex illius cognitione deducere coniecturam alterius: Secundò: Quia ſi non ſe moueret ex cognitione miraculorum ad cognitionem Diuinitatis; eſſet, quia eadem eſſet cognitio miraculorum, & Diuinitatis: ſed non poterat eſſe eadem cognitio miraculorum, & Diuinitatis: Tum quia cognitio miraculorum erat naturalis clara, & infallibilis; cognitio verò Divinitatis obſcura fallibilis, & ſupernaturalis, & illæ proprietates conciliari non valent: Tum quia cognitio miraculorum, quæ ſe habebat, vt principium naturale, erat evidens, & neceſſaria; cognitio verò Divinitatis, quæ ſe habebat tanquàm concluſio ſupernaturalis, erat libera; cum obiectum obſcurè cognitum (vt tunc cognoſcebatur Diuinitas) non neceſsitet ad aſſenſum: ergo Angelus tunc habebat vnam cognitionem cauſatam ex alia.

Confirmatur primò.

66 Confirmatur primò: Si Angelus eadem cognitione naturali, qua naturalia cognoſceret, cognoſceret connaturaliter ſupernaturalia, non poſset decipi erga ſupernaturalia (cum Angelus, vt cognoſcens ex vi luminis naturalis, ſit impotens decipi) ſed dum Angelus cognoſcit coniecturaliter ſupernaturalia, poteſt decipi (vt videri eſt in Dœmone, de quo docuit Angelicus Magiſter, tùm 1. part. quæſt. 58. art. 5. tùm quæſt. 16. de *Malo*, art. 6. ad 3. Secundi ordinis, quod decipi poteſt quantum ad ea, quæ ſupernaturalia ſunt & quod interdùm deficit falſum opinando in eis, quę Deus ſupernaturaliter facit in creaturis) ergo non eadem cognitione cognoſcit naturalia certò, & evidenter, & ſupernaturalia coniecturaliter (cum non poſsit eadem cognitio eſſe neceſſariò vera, & ſimul contingenter falſa) ergo cum ex cognitione naturalium tranſit Angelus ad cognitionem ſupernaturalium, ſe mouebit motu diſcurſiuo; cum tunc, & tranſeat de cognoſcendo naturalia, ad cognoſcendum ſupernaturalia, & eſt duplex cognitio, ex quarum prima poſsit ſe mouere ad ſecundam.

Cõfirmatur ſecundò.

67 Confirmatur ſecundò: Dum Angelus aſcendit ex effectibus naturalibus, ad cognoſcendum ſupernatura-

tura,

Digitized by Google

turalia, non poteſt vnico actu cognoſcere naturalia, & ſupernaturalia: ergo tunc ſe mouebit ex cognitione naturalium ad cognitionem ſupernaturalium; proindequè tunc diſcurrit. Probatur antecedens: Tunc vt Angelus cognoſcens naturalia, cognoſceret eodem actu ſupernaturalia, deberent ſupernaturalia repræſentari in naturalibus (cum tunc ſupernaturalia non repræſententur in ſe) ſed ſupernaturalia non repræſentantur in naturalibus (cum naturalia, nec prout in ſe ſunt, nec prout ſunt in mente Angelica, repræſentēt ſupernaturalia) tum vt Angelus eadem cognitione cognoſceret naturalia, & ſuper naturalia; ſub eadem ratione formali cognoſceret naturalia, & ſupernaturalia (ſiquidèm deficiente vnitate rationis formalis, non poteſt ſalvari vnitas cognitionis) ſed Angelus non cognoſcit ſub eadem ratione formali per cognitionem naturalem naturalia, & ſupernaturalia: ergo cum Angelus aſcendit ex effectibus naturalibus ad cognoſcendum ſupernaturalia, non poteſt vnico actu cognoſcere naturalia, & ſupernaturalia.

68 Confirmatur 3. In Angelis datur admiratio, vt probatur ex illo Iſaiæ 63. *Quis eſt iſte, qui venit de Edon?* Et ex illo Cantic. 3. *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum, ſicut virgula fumi?* Sed admiratio ſuadet diſcurſum: ergo Angeli poſſunt diſcurrere erga ſupernaturalia, erga quæ tantum datur in illis admiratio. Probatur minor; Admiratio conſiſtit in hoc, quod cognito effectu repentino, cauſa talis effectus ignorata, ſuſpendatur ſubiectum, in quo eſt admiratio, ex cognitione talis effectus vſque ad cognitionem cauſæ; ſed hoc fundat, quod tale ſubiectum, per admirationem ſuſpenſum, ſe moveat ad inquiſitionem cauſæ effectus illius repentini, (quod nequit intelligi abſque duplici cognitione vna effectus, & alia cauſæ ad quam ſe moueat cognoſcens ex cognitione effectus) ergo admiratio ſuadet diſcurſum. Confirmatur 3. Iſaiæ 63. v. 1. Cantic. 3. v. 6.

69 Vt hoc Argumentum ſolvatur, debet prænotari, quod in cognitione coniecturali dupliciter poteſt ſe habere coniecturans, Primò: deducendo coniecturam cauſæ ex cognitione effectuum; Ad ſolutionem prænotantur.

&

& hoc ſufficit ad diſcurſum, quia in hoc modo cognoſcendi ſe gerit coniecturans procedendo de cognitione effectuum ad cognitionem cauſæ diſtinctam à cognitione effectuum. Secundò: Coniecturando cauſam in ipſis effectibus, quin ex effectibus deducatur coniectura, & hic modus cognoſcendi non ſaluat requiſita ad diſcurſum, cum non dicat diſtinctionem cognitionum, ac proindè, nec proceſſum de cognitione effectuum ad cognitionem cauſæ indiſpenſabiliter ex actum à diſcurrente, cum in tali proceſſu conſiſtat diſcurſus pro cognitione cauſæ formatus; hinc prouenit, quod Dœmon non diſcurrebat, dum cognoſcens miracula Chriſti coniecturaliter cognoſcebat Chriſtum eſſe Filiũ Dei, quia cognitis miraculis, non deducebat ex ipſis coniecturam Diuinitatis Chriſti; ſed in ipſis miraculis coniecturaliter cognoſcebat Diuinitatem Chriſti Domini; vnde cum Angelus per cognitionem principij probabilis cognoſcit connexionem probabilem, & coniecturalem principij cum concluſione, circa veritatem concluſionis probabilis poteſt dupliciter ſe gerere; ſed nunquam diſcurrere, quia nunquam cognoſcit concluſionem, quam coniecturatur, vel probabiliter cognoſcit colligendo cognitionem concluſionis ex cognitione principij probabiliter, vel coniecturaliter connexi; ſed in ipſo principio cognoſcit concluſionem.

Declaratur cur Dœmon non diſcurrebat, dũ cognoſcẽs miracula Chriſti, coniecturaliter cognoſcebat Chriſtum eſſe filium Dei.

70. Diximus (& eſt dignum obſeruatione) dupliciter poſſe ſe gerere Angelum circa veritatem concluſionis probabilis; quia primò poteſt ſe gerere, ſuſpendendo iudicium de concluſione, nè ſe exponat periculo errandi (quod ſemper euenit in Angelis, & regulariter in Dœmonibus, qui etiam fugiunt errorem ſpeculatiuum) & tunc cognitio principij, & cognitio de probabili connexione principij cum concluſione identificantur, vtraque eſt cognitio euidens, & infallibilis, ſed non identificantur hæc cognitiones cum cognitione de Veritate concluſionis probabilis, vel prout in ſe, & extra principium, vel prout in principio abſolutè (& non tantùm probabiliter) exiſtentis, quia tunc non eſt talis cognitio. Secundò: Poſſunt Angeli mali ſuperbia, &

Angelus poteſt dupliciter ſe gerere circa veritatẽ concluſionis probabilis.

Etiam Dœmones fugiunt errorem ſpeculatiuum.

Digitized by Google

& præſumptione propria obtenebrati aſſentiri concluſioni probabili,non prout in ſe,& extra principium exiſtenti (quia in hac inferioritate , non videt intellectus Angelicus vllas concluſiones) ſed prout exiſtenti in principio,& tunc eadem cognitione iudicant de principio,& de concluſione, non tamèn dicendo : *Concluſio apparet in hoc principio* (hoc enim non ſolùm iudicant Angeli mali ; ſed,& Angeli Beati) ſed dicendo ſuo iudicio: *Concluſio eſt in hoc principio* : Obcecatè volentes, eodē modo iudicare,quoad concluſionis exiſtentiam de concluſione,quæ tantùm apparet in principio ,ac de concluſione , quæ reuera eſt in principio plenè , & totaliter.

M.Serna.

71 In hocquè caſu,tota cognitio eſt falſa,ſi in re non exiſtat concluſio,quia (vt rectè notat Doctiſsimus Magiſter Serna) talis cognitio eſt ex parte obiecti propoſitio cauſalis , quæ eo ipſo , quod concluſio ſit falſa , tota eſt falſa,iuxta regulas Dialecticas , etiamquè tota illa cognitio ſimpliciter eſt obſcura (quia concluſio eſt obſcura)libera, quia concluſio non neceſsitat ad aſſentum quod eſt totam illam cognitionem eſſe ſimpliciter falſam,obſcuram,& liberam ; non verò totaliter,quia falſitas,obſcuritas, & libertas non proueniunt ex principio,& ex concluſione;ſed præciſsè ex concluſione obiectiva falſa(ſi in re non exiſtat,vt per cognitionem affirmatur) obſcura cognitioni naturali,vtpotè ſupernaturali,& ex hoc titulo non neceſsitante ad ſui cognitionem.

Propoſitio cauſalis , eo ipſo, quod concluſio eſt falſa,ipſa eſt falſa.

72 Quin huic doctrinæ contradicat,quod illa cognitio in quantum terminata ad principium eſt vera clara,& neceſſaria;quia non repugnat eandem indiuiſibilem cognitionem eſſe reſpectu diuerſorum ſimul obſcuram,& claram:Tum quia cognitio, qua cognoſcimus clarè , & evidenter Ioannem nobis loquentem de actu ſuo interiori,eſt cognitio , qua cognoſcimus obſcurè actum interiorem Ioannis: Tum quia (vt diximus in numero 41.) eadem cognitio eſt intuitiva reſpectu Patris præſentis & abſtractiua reſpectu filij abſentis. Et cum non implicet minus eandem cognitionem eſſe ſimul claram, & obſcuram;intuitiuam, & abſtrac-

Non repugnat eandem indiuiſibilem cognitionem eſſe reſpectu diverſorum, ſimul obſcuram , & claram.

Digitized by Google

Nec eſſe reſpectu diverſorum, ſimul veram, & falſam; liberam, & neceſſariam.

-tractiuam, ac eſſe ſimul veram, & falſam; liberam, & neceſſariam; nec reſpectu diverſorum, repugnat, quod eadem cognitio ſit ſimul vera, & falſa, libera, & neceſſaria: quando enim dicitur, quod illę proprietates claritatis, & obſcuritatis, veritatis, & falſitatis, neceſsitatis, & libertatis, eidem actui repugnāt, hoc debet intelligi loquendo ſecundum denominationem ſimpliciter talem; non verò loquendo ſecundùm denominationem ſecundum quid reſpectu diuerſorum obiectorum.

Quod roboratur redarguendo Contrarios.

73 Hoc etiam roboratur redarguendo ipſos Contrarios: non enim minus repugnat, quod eadē cognitio ſit ſimul vera, & falſa clara, & obſcura, libera, & neceſſaria, quam quod concluſio libera, obſcura, & falſa cauſetur ex principio vero, claro, & neceſſario: quia ſicut repugnat eandem rem ſimul eſſe, & non eſſe, ita repugnat, quod res cauſetur à non cauſa, vt cauſa; ſed principium clarum, verum, & neceſſarium, non eſt cauſa concluſionis obſcuræ, falſæ, & liberæ (cum obſcurum, liberum, & falſum nequeat contineri in neceſſario, vero, & claro) igitur, vel eſt intelligibile, quomodo Dœmon non diſcurrit, cum cognoſcens certò, clarè, & neceſſariò, principium naturale, cognoſcit obſcurè, liberè, & falſum opinando concluſionem ſupernaturalem non exiſtentem, & cognitam ab ipſo, ac ſi exiſteret.

Eſt inintelligibile, quod cognitio adæquatè libera, obſcura, & falſa concluſionis ſupernaturalis, cauſetur ex cognitione adæquatè clara, vera, & neceſſaria principij naturalis.

Vel eſt inintelligibile Dœmonem diſcurrere in prædicto caſu inferendo tanquàm ex cauſa, ex cognitione certa clara, & neceſſaria principij naturalis cognitionem obſcuram, liberam, & falſam concluſionis ſupernaturalis; immò nobis videtur, non poſſe tunc ſalvari diſcurſum: quia eſt inintelligibile, quod cognitio adæquatè libera, obſcura, & falſa concluſionis ſupernaturalis cauſetur ex cognitione adæquatè clara, vera, & neceſſaria principij naturalis, in qua ſecundum nullam conſiderationem contineri poteſt; & per oppoſitū iudicamus facilimè intelligi: Dœmonem tunc nō diſcurrere, quia ex iis, quibus aſſuefacti ſumus, ſcimus quod eadem notitia eſt ſimul inadæquatè intuitiua Patris præſentis, & inadæquatè abſtractiua Filij abſentis (licet non poſsit eſſe ſimul adæquatè intuitiua, & abſtractiua) &

& pariformiter intelligere poſſumus, quod eadem cognitio principij naturalis, & concluſionis ſupernaturalis, poſsit eſſe in Dœmone inadæquatè clara, neceſſaria, & vera, vt terminata ad principium naturale; & inadæquatè obſcura, libera, & falſa, reſpectu concluſionis obiectiuæ ſupernaturalis, tunc non exiſtentis, vt iudicatur per cognitionem.

74 Iam reſpondemus ad Argumentum negatis prima eſt ſecunda minori; & ad huius probationem dicimus: quod Dœmon non ſe mouebat motu diſcurſiuo, dum viſis miraculis Chriſti Domini coniecturabat Chriſti Divinitatem: quin obſtet prima probatio, quia non coniecturabat Dœmon deducendo coniecturam ex principio; ſed cognoſcendo coniecturaliter in principio, vt in numero 69. diximus. Neq; etiam obſtat ſecūda probatio, ad quam concedimus maiorem, & negamus minorem, & ad itius probationē dicimus (conformiter ad dicta a num. 70. vſque ad præſentem numerum) quod non repugnat, quod eadem indiuiſibilis cognitio ſit ſimul fallibilis, & infallibilis, clara, & obſcura, libera, & neceſſaria: quia prædicti conceptus ſunt inter ſe oppoſiti in eadem cognitione ſi adæquatè conſiderētur, ita vt eadem cognitio ſit adæquatè fallibilis, & adæquatè infallibilis; non vero ſi inadæquatè accipiantur ſic, vt eadem cognitio ſit inadæquatè fallibilis, & inadæquatè infallibilis; nec mirum! Quia ſi, vt in numero 73. dicebamus eadem cognitio poteſt eſſe ſimul inadæquatè vera, & inadæquatè falſa; cur nō poterit eſſe ſimul inadæquatè fallibilis, & inadæquatè infallibilis?

Ad illud verò, quod dicitur, quod eadem cognitio eſſet, tunc naturalis, vt erat cognitio principij naturalis, & ſupernaturalis, in quantum erat cognitio cōcluſionis ſupernaturalis, & quod nequit eadem cognitio eſſe ſimul naturalis, & ſupernaturalis. Dicimus ita eſſe, quod repugnat, quod eadem cognitio ſit ſimul naturalis, & ſupernaturalis intrinſecè, & ſubiectiuè; quia eliciens cognitionem, vel illam elicit, vt elevatum ad ordinem ſupernaturalem, & tunc cognitio eſt adæquatè intrinſecè ſupernaturalis, vel illam elicit præciſsè ratione luminis naturalis, & tunc cognitio eſt adæ-

Iam reſpondetur ſecūdo Argumento.

Non repugnat, quod eadem indiviſibilis cognitio ſit inadæquatè fallibilis, & inadequatè infallibilis.

Sin verò, quod eadem cognitio ſit intrinſecè, & ſubiectivè naturalis, & ſupernaturalis: quāvis poſſit eſſe ſimul naturalis, & ſupernaturalis extrinſecè, & obiectiuè,

Digitized by Google

adæquatè intrinſecè naturalis;non verò repugnat,quod eadem cognitio ſit ſimul cognitio rei naturalis, & rei ſupernaturalis (ſeu quod ſit ſimul cognitio naturalis,& ſupernaturalis extrinſecè,& obiectiuè) & tunc quando Dœmon cognoſcens proprijs viribus miracula patrata à Chriſto Domino erat eadem cognitio ſimul cognitio rei naturalis, & ſupernaturalis; ſed non erat cognitio ſimul naturalis, & ſupernaturalis; quia nequit eſſe vlla via ſupernaturalis cognitio elicita ſolis viribus naturalibus, vt erat ea cognitio; nec probat illam cognitionem eſſe ſupernaturalem, quod per illam cognoſcatur obiectum ſupernaturale; quia licèt obiectum ſupernaturale cognitum in ſe, vel prout eſt in principio ſupernaturali,exigat cognitionem ſupernaturalem; obiectum tamèn ſupernaturale, nec cognitum in ſe, nec cognitum in principio ſupernaturali, ſed præciſsè cognitum,prout aliqualiter contentum in principio naturali, cognoſcitur cognitione ſpecificata a principio illo naturali, in quo obiectum ſupernaturale probabiliter continetur, & cum hæc cognitio ſit adæquatè naturalis,cognitione adæquatè naturali cognoſcitur tale obiectum ſupernaturale; & ſimilis erat cognitio, quam habebat Dœmon de Divinitate Chriſti Domini.

Reſpondetur ad primam Cõfirmationem.

75 Ad primam Argumenti confirmationem reſpondetur negando maiorem: Benè enim poteſt Dœmon eadem cognitione naturali, qua principia naturalia evidenter cognoſcit, cognoſcere coniecturaliter obiecta ſupernaturalia,ita vt poſsit decipi erga ſupernaturalia;quin nos vrgeat probatio:quia licèt Dœmon cognoſcens ex vi luminis naturalis inditi,& rectè vtens tali lumine ſit impotens decipi erga ea, quæ cognoſcit; ſi tamen non rectè vtatur prædicto lumine (vt facit, dum cognoſcit ex propria præſumptione obcecàtus) tunc poteſt decipi circa ea,quæ cognoſcit;ſiquidẽ lumẽ naturale inditum Angelicum ſufficit ad hoc, quod Angelus cognoſcat evidenter omnia obiecta naturalia, & vt cognoſcat coniecturaliter.& probabiliter illa obiecta ſupernaturalia,quorum ſit aliquod ſignum,& fundamentum in rebus naturalibus evidenter cognitis ab Angelo; ſed non ſufficit Angelo tale lumen ad cognoſ-

Licèt lumẽ naturale Angelicum ſufficiat ad cognitionẽ coniecturalem ſupernaturaliũ; non verò ad cognitionẽ certam.

noſcendum certè ſupernaturalia;abutitur ergo lumine naturali indito Dœmon,ſi tantùm ex vi illius vellit,quaſi certò cognoſcere ſupernaturalia iudicando de illis, non tantum,vt probabiliter connexis(in quo non poteſt falli,ſuppoſita probabili connexione) ſed ac ſi abſolutè exiſterent,& tunc,ſi in re non exiſtant ſupernaturalia,decipiuntur Dœmones. Et ideò ab vtens Dœmon tali lumine,poteſt decipi.

76 Ad ſecundam Confirmationem reſpondemus negando antecedens,ad cuius primam probationē diſtinguimus maiorē;Vt Angelus cognoſcens naturalia cognoſceret eodem actu ſupernaturalia , deberent ſupernaturalia repræſentari in naturalibus: *Poſitiuè , vel negatiuè* ,concedimus maiorem: *Poſitiuè præciſè* , negamus maiorem:& ſub ſimili forma eſt diſtinguenda minor:Quia quando Dœmon cognoſcens Lazarum reſuſcitatum,cognoſcit ex vi luminis naturalis operari reſuſcitationem Lazari ab homine Filio Dei,non cognoſcit virtutem Divinam per modum affirmationis illius; ſed per modum negationis virtutis creatæ , operantis principaliter illud opus:eſt dicere: Dœmon penetrans Lazarum reſuſcitatum,qui eſt res quædam naturalis,in tali re videt,quod reſuſcitatio illius non eſt patrata à cauſa naturali (cum non videat tunc vllam cauſam naturalē)& cum hoc ſit magnum fundamentum ad iudicandum naturaliter cauſari illam rem à cauſa , tota natura elevatiori,in illo fundamento cognoſcit cauſam ſupernaturalem:non quia res naturalis,effecta à tali cauſa ſupernaturali,ducat poſitiuè in cognitionem cauſæ ſuper naturalis:ſed quia non ducit poſitiuè in cognitionem vllius cauſæ naturalis. Ad ſecundam. Quomodo Dœmon cognoſcebat virtutem Divinam reſuſcitantem Lazarum,cum Lazari reſuſcitationem cognoſcebat.

Conſultò diximus eſſe magnum fundamentum ad iudicandum ,*Chriſtum Lazarum reſuſcitantem eſſe verum Filium Dei*, non cognoſci a Dœmone patrari illud opus ab vlla cauſa naturali ; & non diximus poſſe Dœmonē ex cognitione illius negationis cauſalitatis naturalis certò cognoſcere cognitione naturali operantem reſuſcitationem Lazari eſſe verum Filium Dei ; quia licèt cognitio illius negationis ſuadeat aſſenſum probabilem Divinitatis Chriſti Domini ; non tamèn aſſenſum certum ; vnde ſi Chriſtus non eſſet verus Filius Dei

Dæmon poteſt falli in aſſenſibus purè probabilibus rerum ſupernaturalium; & de facto in aliquibus fallitur.

S. Thomas.

Dœmon transgrediens terminos connexionis probabilis miraculi cum Divinitate Chriſti, & non quietus in cognitione probabilitatis Divinitatis Chriſti Domini, intendens temerè iudicare determinatè (ex viribus naturalibus) Chriſtum eſſe verum Filium Dei, haud dubiò falleretur, vt modò fallitur in aliquibus aſſenſibus topicis, & probabilibus, quibus affirmat exiſtere aliquas res ſupernaturales, quæ in re non exiſtunt, vt docuit Angelicus Magiſter, quæſt. 16. de Malo, artic. 6.

Reſpōdetur ad 2. probationē antecedentis ſecundæ confirmationis.

77 Ad ſecundam probationem antecedentis ſecundæ confirmationis, reſpondemus negando minorem, quæ ibi, vt certa ſupponitur, & vt talem habemus, ſi loquatur de cognitione ſe habente per modum affirmationis directæ: certum eſt enim, quod eadem cognitio naturalis, non poteſt, ſub eadem ratione formali, poſitiuè attingere naturalia, & ſupernaturalia. Verùm poteſt per modum affirmationis attingere naturalia; & ſupernaturalia, per modum negationis, ad quam ſequatur affirmatio ſupernaturalium (quam appellamus affirmationem indirectam) & cum negatio reducatur ad affirmationem, quam comitetur ratio formalis obiectiua, quæ ſit Dœmoni ratio cognoſcendi per modum affirmationis directæ rem naturalem, erit ratio cognoſcēdi per modum negationis Divinitatem Chriſti Domini modo ſupernaturali operantis illam rem naturalem.

Benè poteſt eadem cognitio naturalis attingere per modum affirmationis naturalia; & per modum negationis ſupernaturalia.

Ad tertiam.

78 Ad tertiam confirmationem diſtinguimus maiorem: In Angelis datur admiratio, *ſtricte*, negamus maiorem: *lata*, concedimus maiorem, & conceſſà minori, loquendo de admiratione ſtricta, neganda eſt conſequentia. Admiratio ſtrictè accepta, eſt cognitio effectus, ignorata cauſa; hæc datur in nobis, & relegatur ab Angelis, quia excitat, & mouet ad cognitionem cauſæ ignoratæ, cuius cognitionis deſiderium accendit in voluntate ſtrictè admirantis; admiratio lata eſt cognitio alicuius obiecti occulti, repentinò, & extraordinariè manifeſtati; hancquè admirationem, & non aliam probant in Angelis teſtimonia ex ſacra pagina pro confirmatione vltima propoſita.

In Angelis non datur admiratio ſtricta, ſed lata.

Ter-

79 Tertiò Arguitur: Ratio, quæ probat Angelum nunquàm diſcurrere, dum naturalia cognoſcit, deficit Angelo erga ſupernaturalia: ergo Angelus aliquando diſcurrit, dum ſupernaturalia cognoſcit. Probatur antecedens: Ideo Angelus nunquam diſcurrit in cognitione naturalium, quia ſemper cognoſcit naturalia per virtutem intellectualem completam; ſed Angelus non ſemper cognoſcit ſupernaturalia per virtutem intellectualem completam: ergo ratio, quæ probat Angelum nunquam diſcurrere, dum naturalia cognoſcit, deficit Angelo erga ſupernaturalia. Arguitur tertiò.

Probatur minor primo: Licèt Angelus bonus, cuius intellectus elevatur lumine ſupernaturali, habeat virtutem intellectualem completam, ad cognoſcendum ſupernaturalia; Angelus malus, cuius intellectui deficit omne lumen ſupernaturale, non habet virtutem intellectualem completam ad cognoſcendum ſupernaturalia; ſed Angelus malus cognoſcit aliqua ſupernaturalia: ergo Angelus, non ſemper cognoſcit ſupernaturalia per virtutem intellectualem completam. Probatur minor primò.

80 Secundò probatur minor, etiam in Angelo bono: Angelus bonus & cognoſcit ſupernaturalia certo, & cognoſcit ſupernaturalia conjecturaliter: ſed etſi habeat virtutem intellectualem, completam per lumen ſupernaturale, ad cognitionem certam ſupernaturalium non habet virtutem intellectualem completã ad cognoſcendum ſupernaturalia coniecturaliter (cum lumen ſupernaturale non elevet intellectum Angeli ad cognitionem coniecturalem; ſed tantùm ad cognitionẽ certam ſupernaturalium) ergo firmum manet quod Angelus non ſemper cognoſcit ſupernaturalia per virtutẽ intellectualem completam. Secundò.

81 Confirmatur: Quia Dæmon habet virtutem intellectualem completam erga naturalia; æquè probatur, quod Dæmon non poteſt errare, & quod Dæmon non poteſt diſcurrere erga naturalia: ergo quia Dæmon non habet virtutem completam erga ſupernaturalia, æquè infertur, quod Dæmon poteſt errare, & quod poteſt diſcurrere erga ſupernaturalia: Confirmatur.

Digitized by Google

Tùm ſic: Sed quia Dœmon non habet virtutem intellectualem completam erga ſupernaturalia poteſt errare erga ſupernaturalia (vt expreſsè docet Angelic. Doct. 1. part. quæſt. 58. artic. 5. & quæſt. 16. de Malo, art. 6.) ergo quia non habet virtutem intellectualem completam erga ſupernaturalia, poteſt diſcurrere erga ſupernaturalia.

Sanct. Thomas.

Vrgetur.

82. Vrgetur: Etiam dum intellectus Angeli boni elevatur per lumen ſupernaturale, quo completur ad cognoſcendum ſupernaturalia, non eſt, quod nos convincat, ad hoc, quod non diſcurrat erga ſupernaturalia: ergo non ſolùm aliquando, ſed ſemper, quod Angelus videat ſupernaturalia, & ea non videat per viſionem Beatam (in qua, nec Angelus, neque homo poſſunt diſcurrere) diſcurrere poteſt. Probatur antecedens: Si aliquid hoc ſuaderet, eſſet, quod lumen ſupernaturale complens intellectum Angelicum ad cognoſcendum ſupernaturalia, recipitur ad modum recipientis; & cum intellectus Angelicus, recipiens tale lumen, ſit naturaliter indiſcurſivus, recipitur hoc lumen in intellectu Angelico, quem elevat, & complet ad cognoſcendum ſupernaturalia modo non diſcurſivo; ſed ratio prædicta, non tenet vniuerſaliter in ſupernaturalibus (cum in intellectu noſtro; qui diſcurſivus eſt, recipiantur dona ſupernaturalia, & non ad modum recipientis, vt ſunt *Fides, donum intellectus, & donum ſcientiæ*, quibus non diſcurrit noſter intellectus, vt docuit Doctor Angelicus 2. 2. Tùm in quæſtione 8. art. 1. ad 2. Tùm in quæſtione 9. art. 1. Tùm in quæſtione 58. art. 1. ad 1. Tùm in quæſtione 59. artic. 1. ad 1.) ergo etiam dum intellectus Angeli boni eleuatur per lumen ſupernaturale, quo completur ad cognoſcendum ſupernaturalia, non eſt, quod nos convincat ad hoc, quod non diſcurrat erga ſupernaturalia.

S. Thomas.

Reſpondetur Argumento.

83. Reſpondemus negando antecedens, & ad eius probationem negamus minorem; ad cuius primam probationem diſtinguimus ſecundam partem maioris; Angelus malus, cuius intellectui deficit omne lumen ſupernaturale, non habet virtutē completam, ad cognoſcēdū ſu-

ſupernaturalia: non habet *virtutem completam ad cognoſcendum perfectè ſupernaturalia*, concedimus maiorem: *ad cognoſcendum imperfectè*, negamus maiorem, & ſimiliter diſtinguatur minor: ſed Angelus malus cognoſcit aliqua obiecta ſupernaturalia *perfectè*, negamus minorem: *Imperfectè*, concedatur minor; & neganda eſt conſequentia: Quia licet Angelus malus non habeat virtutē completam ad cognoſcendum quidditativè, ſeù comprehenſiuè entia ſupernaturalia, habet virtutem completam ad ea cognoſcendum coniecturaliter, & probabiliter; vnde non poſſunt circa talia obiecta diſcurrere.

Angelus malus habet virtutem completam ad cognoſcendum coniecturaliter, & probabiliter ſupernaturalia.

Ad ſecundam probationem minoris Reſpondetur concedendo maiorem, & ad minorē dicatur, quod vt Angelus habeat virtutem intellectualem completam ad cognoſcendum coniecturaliter ſupernaturalia, non habet talem virtutem completam per lumen ſupernaturale (vt benè intendit probatio) ſed habet virtutem completam per idem lumen, per quod habet virtutem completam ad cognoſcendum evidenter naturalia, quod quidem lumen eſt lumen naturale inditum; & negetur conſequentia loquendo de virtute intellectuali completa ad cognoſcendum, vel evidenter, vel coniecturaliter.

Reſpondetur ad 2 probationem minoris.

Virtutem completam ad cognoſcendum coniecturaliter. & probabiliter ſupernaturalia habet Angelus ſine principio ſupernaturali.

85 Ad Confirmationem dicatur: Quod quia Dœmon habet virtutem intellectualem completam erga naturalia, æquè probatur, quod Dœmon non poteſt errare, & quod non poteſt diſcurrere erga naturalia: quia poſſe errare provenit ex eo, quod Angeli non habeant virtutem intelectualem completam ad cognoſcendum certò, & evidenter: & diſcurſus vitatur per hoc, quod habeant virtutem completam, ad quomodocumque cognoſcendum, ſiue certò, & evidenter, ſiue probabiliter, aut coniecturaliter. Hinc cum Angelus habeat erga naturalia virtutem completam ad cognoſcendum, & cum virtus completa ad cognoſcendum naturalia ſit in Angelo virtus completa ad cognoſcendum certè, & evidenter, ex eodem principio (quod eſt habere virtutem completam erga naturalia) probatur, quod Dœmon non poſsit errare, & quod non poſsit diſcurrere; Attamen erga ſupernaturalia, & ſi habeat

Reſpondetur ad Confirmationem.

Diſcurſus vitatur per habere virtutem completam ad cognoſcendum ſiuè *certò, & evidenter*, ſiuè purè coniecturaliter, & probabiliter.

Digitized by Google

Angelus virtutem completam ad cognoſcendum coniecturaliter, ſeu probabiliter ſupernaturalia, non habet abſque lumine ſupernaturali virtutem completam ad cognoſcendum certè obiecta ſupernaturalia; & ſic, & ſi excludatur ab Angelo erga ſupernaturalia diſcurſus, etiam dum ſupernaturalia coniecturaliter, vel probabiliter cognoſcit; non excluditur error, aut falſitas; cum cognitio coniecturalis, & probabilis ſit expoſita falſitati, & errori. Et ſic reſpondetur ad confirmationem, concedendo antecedenti, & negando conſequentiam, & conſequenter, conceſſa minori ſubſumpta, & negando vltimam conſequentiam.

Si dicas.

85 Si dicas ſecundum doctrinam Angelici Doctoris 1. part. quæſt. 58. art. 5. hæc eſt bona conſequentia: *Angelus non poteſt diſcurrere erga naturalia: ergo non poteſt errare erga naturalia.* Igitur arguendo ab oppoſito conſequentis, ad oppoſitum antecedentis, hæc eſſet bona conſequentia: *Angelus poteſt errare erga naturalia: ergo poteſt diſcurrere erga naturalia*: ergo cum conſequentia ſimilis formæ ſit iſta: *Angelus poteſt errare erga ſupernaturalia: ergo poteſt diſcurrere erga ſupernaturalia*; Legitimabitur, verificato antecedenti (ſicut, & alia legitimaretur, ſi Angelus erga naturalia poſſet errare, ſed antecedens verificatur, cum fateamur, quod Angelus poteſt errare erga ſupernaturalia: ergo Angelus poterit ex vi huius illationis diſcurrere erga ſupernaturalia.

Reſpondetur inſtantiæ.

87 Huic inſtantiæ Reſpondemus: Tenere primam conſequentiam, in qua arguitur ab oppoſito conſequentis, ad oppoſitum antecedentis; non vero ſecundam ſimilem in apparentia, ſed non in iure inferendi ob variationem materiæ. In naturalibus eſt legitima conſequentia: quia (vt in numero 85. dicebamus) virtus intellectualis completa erga naturalia excludit errorem erga naturalia; quia completa erga naturalia; cum virtus intellectualis completa erga naturalia, ſit virtus penetratiua naturalium, de cuius ratione eſt reddere impoſsibilem errorē habenti talē virtutem, eo quod repugnat error impotēti deficere in ſuis iudiciis, quale eſt erga naturalia habens virtutem penetrativam na-

Habens virtutem cognoſcitiuam penetrativam naturalium, nequit errare erga naturalia.

naturalium. Vnde ſi ijs non obſtantibus, Angelus poſſet errare erga naturalia, etiam poſſet diſcurrere erga naturalia; quia ſi habere virtutem ad tantùm cognoſcendum evidenter (vt eſt virtus penetratiua naturalium) non excluderet errorem; nec habere virtutem ad tantùm intelligendum excluderet motum diſcurſivum, vt excludit modò.

Verùm, loquendo de ſupernaturalibus, non valet illa conſequentia: quia licèt omnis virtus intellectualis completa excludat motum de vna cognitione ad aliam, ac proindè diſcurſum: non omnis virtus intellectualis completa excludit errorem; quia non omnis eſt impoſsibilitas errandi; ſed præciſsè illa, quæ ſit virtus intellectualis completa ad perfectè cognoſcendum, hoc eſt, ad cognoſcendum evidenter, vel ſaltèm certè, & ſi obſcurè (vt in fidei aſſenſu) immo aliqua virtus intellectualis completa, eſt poſsibilitas errandi, cum virtus intellectualis completa ad cognoſcendum coniecturaliter, vel probabiliter, ſit virtus ad eliciendum aſſenſum formidoloſum, errori, & falſitati, ex ſuis prædicatis intrinſecis, expoſitum.

Licèt omnis virtus intellectualis completa excludat diſcurſum, non vero errorum.

88 Eſtque hinc, pro vberiori præſentis doctrinæ percepione, præoculis habendum, quòd non variat modum cognoſcendi intrinſecè ex parte cognoſcentis, verè, vel falsè cognoſcere obiecta: eò quod veritas, vel falſitas, non à modo cognoſcendi, ſed ab eo, quod res eſt, vel non eſt, deſumitur; ex quo habetur, quod eadem propoſitio, quæ nunc eſt vera, quia exiſtit obiectum, vt per ipſam affirmatur, poſtea poſsit eſſe falſa deficienti obiecto prius exiſtente, & vt tali affirmato. Vnde ſi Angelus ex perfectione intrinſeca ſui, habet: non poſſe diſcurrere, dùm certè cognoſcit; ex eadem perfectione habebit non poſſe diſcurrere, dum cognoſcat falsò iudicando, vel exponendo ſe errori; quia diſcurrere, vel non diſcurrere, ſe habet intrinſecè ex parte cognoſcentis in modo cognoſcendi; ita vt variet intrinſecè modum cognoſcendi ex parte cognoſcentis cognoſcere diſcurrendo, vel cognoſcere non diſcurrendo: Igitur, vel Angelus diſcurrit, etiam dùm naturalia cognoſcit (quod negant Authores nobis in hac

Non variat modum cognoſcendi intrinſecè ex parte cognoſcentis, verè, vel falsò cognoſcere obiecta.

ſecunda concluſione oppoſiti) vel non diſcurrit : cum ſupernaturalia coniecturaliter , vel probabiliter cognoſcit.

89 Ad Vrgentiam Argumenti reſpondemus negando antecedens : ad cuius probationem concedimus maiorem, & negamus minorem; cuius probatio parùm nos vrget; quia vt (ex numero 5. habemus) in noſtro intellectu eſt cōſiderandus duplex conceptus, & intellectus, vt *intellectus* , & intellectus, vt *ratio* ; ſecundùm quorum primum conceptum non diſcurrit ; ſed tantùm ſecundum ſecundū. Vnde dum cognoſcit noſter intellectus veritates immediatas per ſe notas , vel ex terminis, vel ex experientia , & quas credit fide humana; non diſcurrit, quia tunc non procedit intellectus, vt *ratio* eſt; ſed præciſsè vt *intellectus* eſt: Si verò cognoſcat veritates mediatas, eas cognoſcit diſcurrendo, quia illas attingit, vt *ratio*, non vt *intellectus*.

Reſpōdetur ad Vrgentiam Argumenti.

Quando intellectus procedit præcisè , vt *intellectus*, nō diſcurrit.

Et cùm noſter intellectus recipiat dona ſupernaturalia *fidei, intellectus, ſcientiæ, & ſapientiæ*, non vt eſt *ratio*, ſed tantùm vt eſt *intellectus*; quia non aſſentitur dictis, vel inſpiratis per motionem Spiritus Sancti (cui innituntur talia dona) deducendo cognitionem illorū ex alijs principijs per ſe notis (vt erat neceſſariū ad cognitionē diſcurſivam) ſed præciſsè per teſtificationem, aut inſpirationem, motionem vè diuinam; verificatur conſequēter, quod dona ſupernaturalia *fidei, intellectus, ſcientiæ, & ſapientiæ*, recipiuntur admodum recipientis in intellectu noſtro, & ſi ipſa ſint indiſcurſiva , quia recipiuntur in noſtro intellectu , vt *intellectu* , ſeu prout eſt *indiſcurſivus*. Ex quibus potius firmantur ſupra ſtabilita.

Noſter intellectus recipit dona ſupernaturalia *fidei, intellectus, ſcientiæ , & ſapientiæ*, non vt eſt *ratio*, ſed tantùm vt eſt *intellectus*.

90 Quartò, & vltimò Arguitur : Lumen Theologicum Angeli diſtinguitur à lumine fidei ſupernaturalis habito ab Angelo in ſtatu ſuæ viæ : ergo Angelus diſcurrit cum attingit concluſiones Theologicas, ad quorum cognitionem fuit illi infuſum Theologicum lumen. Antecedens conſtat; Tum ex eo, quod habitus (ſeu lumen) fidei eſt per ſe obſcurus ; habitus verò Theologiæ ſolum per accidens, poteſt eſſe obſcurus, (hoc eſt in ſtatu viæ) quia ſaltèm exactiuè eſt clarus: Tum ex eo, quod fides noſtra eſt diſtincta in ſpecie a noſ-

Quartò Arguitur.

noſtra Theologia, & fides noſtra eſt eiuſdem ſpeciei cum fide Angelica: Tum deniquè, ex eo, quod habitus fidei ſupernaturalis eſt, habitus intrinſecè ſupernaturalis, & habitus Theologiæ, iuxta plures Doctores tàm ex Dominicanis, quàm ex Ieſuitis, eſt habitus entitatiuè naturalis. Conſequentia probatur: Ideò diximus in numero 44. quod Angelus non diſcurrit, cum cognoſcit concluſiones naturales, quia cognoſcit concluſiones naturales eodem lumine, quo cognoſcit principia naturalia; ſed concluſiones Theologicas cognoſcit Angelus diſtincto lumine, ac principia ſupernaturalia (cum ad iſtorum cognitionem lumine fidei vteretur Angelus in via) ergo Angelus diſcurrit, cum cognoſcit concluſiones Theologicas: tunc ſic; ſed inter concluſiones Theologicas plurimæ ſunt ſupernaturales: ergo Angelus erga ſuperneturalia diſcurrere poteſt.

91 Confirmatur: Quia in nobis datur duplex habitus erga naturalia, vnus primorum principiorum, & alius ſcientiæ; nos diſcurrimus erga naturalia: ergo quia Angelus habet duplicem habitum erga ſuper naturalia, vnum fidei (pro ſtatu viæ) & alium Theologię, diſcurrit erga ſupernaturalia. Antecedens eſt conforme dictis in numero 44. & conſequentia legitimè deducitur; quia habitus fidei reſpicit principia ſupernaturalia, & habitus Theologiæ concluſiones Theologicas. Confirmatur.

92 Vrgetur: Vbi eſt duplex habitus, debet correſpondere duplex actus: ergo ſi primus habitus eſt principiorum, & ſecundus concluſionum; primus actus erit principiorum, & ſecundus concluſionum, tunc ſic; ſed cum ponimus duplicem actum vnum principiorum, & alium concluſionum, deficit fundamentum, quo excluſimus ab Angelo diſcurſum (ſcilicèt, quod non datur in Angelo cognitio concluſionum diſtincta à cognitione principiorum) ergo ex eo, quod Angelus habeat lumen Theologicum, benè infertur, quod Angelus poſsit diſcurrere erga ſupernaturalia. Vrgetur.

93 Dupliciter Reſpondetur huic Argumento (pro cuius ſolutione eſt ferè totum dubium de *Diſcurſu Angelico*, ſubtiliter ex Cathedra traditum à D. Dupliciter reſpondetur huic 4. Argumento. 2. Caſtell.

Abba-

Primò cum *M.Ferre.*

Abbate de *Alcalà la Real*) & primò cum M.Ferre dicendo: quod diſtingui lumen Theologicum à lumine ſupernaturali fidei, non ſuadet diſcurſum, quia diſcurſus, non tantùm excluditur per hoc, quod eodem lumine attingantur vt *quod* concluſiones, & principia; ſed etiam per hoc, quod licèt ſit diſtinctus habitus, quo attingitur vt *quod* principium ab habitu, quo attinguntur vt *quod* concluſiones; habitus, quo attingantur vt *quod* concluſiones, ſit ad illas cognoſcendas, non extra principium ſed in ipſomet principio, & cum habitus Theologiæ in Angelis (admiſſo quod illis fuerit infuſus, de quo infra) talis ſit conditionis, inde venit, quod & ſi diſtinctus à lumine ſupernaturali fidei, non ſit Angelis habitus ad diſcurrendum.

Quod ſit idem habitus ſcientificus, & principiorum, ſufficit ad excludẽdum diſcurſum ab Angelis, ſed non requiritur ad hũc finem.

Cum verò in numero 44. excludebamus ab Angelis diſcurſum, dum ſcientificè cognoſcebant naturalia, per hoc, quod habitus naturalis ſcientificus, erat ipſemet habitus primorum principiorum primariò reſpiciens principia, & ſecundariò concluſiones (ideoquè erat primariò habitus primorum principiorum, & ſecundariò habitus ſcientificus) hoc intelligebamus, tanquàm cauſam ſufficientem, non tanquàm cauſam vnicam, quia vt nunc dicimus, etiam relegatur diſcurſus per habitum infuſum ad cognoſcendas concluſiones, non extra principium, ſed in principio, cum in hoc modo cognoſcendi, non poſſit percipi motus diſcurſivus; ſicut ſi exiſtens in loco A, acquireret locum B, in ipſomet loco A, eſſet prorſus inintelligibile, quod tunc moueretur ex loco A, ad locum B, quia moueri de loco A ad locum B, non tantùm excluditur per hoc, quod acquiſitio loci A, ſit acquiſitio loci B ſed etiam per hoc, quod acquiſitio loci B, ſit adquiſitio loci B in ipſomet loco A, priùs per aliam acquiſitionem acquiſito.

Vnde eſt reſpondendum concesſo antecedenti, negando conſequentiam; ad cuius probationem diſtinguatur maior: in numero 44. diximus: quod Angelus non diſcurrit cum cognoſcit concluſiones naturales, quia eas cognoſcit eodem lumine, ac principia naturalia; *& hoc diximus, vtendo cauſa ſufficienti*

ti

ti ad excludendum ab Angelo diſcurſum, concedatur maior: Vtendo cauſa vnica, negatur maior, & diſtinguatur minor; ſed concluſiones Theologicas cognoſcit Angelus diſtincto lumine, ac principia ſupernaturalia, & cognoſcit concluſiones Theologicas extra principia ſupernaturalia, negatur minor: in ipſis principijs ſupernaturalibus, concedatur minor, & negetur conſequentia, conceſſaque minori ſubſumpta, etiam negetur vltima conſequentia.

94 Ad confirmationem facilimè reſpondetur, iuxta proximè dicta diſtinguendo antecedens: quia in nobis datur duplex habitus erga naturalia; vnus primorum principiorum, & alius ſcientiæ, nos diſcurrimus erga naturalia, quia præciſè datur duplex habitus, negetur antecedens: quia ſecundus deſervit ad cognoſcendas concluſiones, non in principio, ſed extra principium, concedatur antecedens, & negetur conſequentia propter diſtinctionem habitus Theologiæ in Angelis ab habitu noſtro ſcientifico erga naturalia in modo attingendi concluſiones, iamſatis explicato. Reſpõdetur ad Confirmationem.

95 Ad Vrgentiam argumenti reſpondeatur concedendo antecedens, & diſtinguendo conſequẽs, quoad ſecundam partem: primus actus erit principiorum, & ſecundus concluſionum: Concluſionum in ſe ipſis præciſè, negatur conſequentia: Concluſionum in ſe ipſis, vel in principijs, conceditur conſequentia, & diſtinguatur minor ſubſumpta: cum ponimus duplicem actum vnũ principiorum, & alium concluſionum, deficit fundamẽtum, quo excluſimus ab Angelo diſcurſum: fundamentũ, quo tanquã ſufficientivũ fuimus ad excludẽdũ ab Angelo diſcurſum, conceditur minor: omne fundamentũ, quo excluditur ab Angelo diſcurſus, negetur minor, & conſequentia. Siquidẽ diſcurſus excluditur ab Angelo (conformiter ad dicta de lumine in num. 93.) vel per hoc, quod cognitio concluſionũ vt quod ſit indiſtincta à cognitione principiorum vt quod; vel per hoc, quod cognitio concluſionum vt quod, licèt non ſit ſimul principiorum vt quod, ſit concluſionum in principijs. Reſpõdetur ad Vrgentiam.

96 Si dicas: Quod ſi cognitio concluſionum vt quod, non eſt ſimul principiorum vt quod; ſed tantum con- Si dicas.

concluſionum in principijs, prius erit cognitio principiorum vt *quod*, ex qua ſe moueat cognoſcens ad cognitionem concluſionum vt *quod* (quia medium, in quo cognoſcitur obiectum, ducit, vt cognitum, ad cognitionem obiecti, quod eſt idem, ac quod cognitio medij ducat cognoſcentem ad cognitionem obiecti) ergo ſiue cognitio concluſionum vt *quod* ſit in ſe ipſis, ſiue ſit in principijs (dum non ſit ſimul principiorum vt *quod*) non vitatur diſcurſus.

Reſpondebitur.

Concedatur: Prius eſſe cognitionem principiorum, verùm dicimus, quod ex hac cognitione non ſe mouet Angelus ad cognitionem concluſionum; quia licèt principia ſint medium ad cognitionem concluſionum, non ſunt medium *extra quod*, ſed medium *in quo* cognoſcantur ab Angelo concluſiones; vnde inſtantia benè ſuadet præcedentiam cognitionis principiorum ad cognitionem concluſionum; non verò cauſalitatem primæ cognitionis in ſecundam; quia licèt non eſſet ſecunda cognitio, ſi non eſſet prima, non eſt ſecunda, quia eſt prima (dicente ly *quia* influxum primę cognitionis in ſecundam) ſicut non eſſet ſecundus dies, ſi non eſſet dies primus; non tamèn eſt ſecundus, quia eſt primus: hancquè cauſalitatem vnius cognitionis in aliam, deficere cognoſcendo concluſiones in principijs habemus ex eo, quod hæc cauſalitas eſt motus diſcurſivus, & hic deficit ſi in termino *à quo* acquiratur terminus *ad quem* eadem, vel diverſa acquiſitione ab ea, qua acquiritur terminus à *quo*. Hic recolenda dicta in numero 93. vt ex omnibus ijs ſatisfieri valeat ad ea, quæ opponit D. Abbas de *Alcala la Real* contra ſolutionem M. Ferre in numero 93. relatam.

Non ſemper cognitio principiorum, quia prior cognitione concluſionum ſuadet diſcurſum.

D. *Caſtell.*

Inſtabis.

97 Inſtabis: cur Angelus non poteſt cognoſcere concluſiones in ſe ipſis, & non in principijs ſuppoſito, quod cognitio concluſionum non eſt cognitio principiorum? Quia dicere, quod quia nequit diſcurrere, eſt petere in reſponſione principium.

Sed reſpondetur.

Sed reſpondeatur, quod ideò Angelus non poteſt cognoſcere concluſiones in ſe ipſis, ſed tantùm in principijs, quia eius vis intellectiua eſt talis excellentiæ, quod non videat concluſiones in medio ita inferiori,

vt

Digitized by Google

vt ſunt concluſiones in ſe ipſis,ſed ſi eas velit videre, in principijs videt;cuius vnica ratio eſt:quod Angelus, eſt Intelligentia, quæ ſemper habet medium obiectivum nobilius:ac Rationale rigoroſè acceptum (ſicut iſtud habet ſemper medium obiectivum nobilius,quàm Brutum) & cum concluſiones in ſe ipſis, ſint medium obiectivum cognitionis Rationalis rigoroſi, nunquam poſſunt eſſe medium obiectivum cognitionis Intelligentiæ ſiuè in ordine naturali cognoſcentis, ſiuè eleuatæ ad cognoſcendum in ordine ſupernaturali, quod eſt ſiſtere in eſſentijs rerum:deducendo ex conceptu metaphyſico Intelligentiæ,quod ſemper cognoſcat concluſiones in principijs:& ex hoc, quod non poſsit diſcurrere, in quo nulla apparet petitio principij.

Intelligentia ſẽper habet medium obiectivum nobilius, quam Rationale rigoroſè acceptum.

93 Si adhùc inſtes: Non repugnare minùs excellentiæ intellectus Angeli ſuperioris cognoſcentis quatuor obiecta(v.g.) vnica cognitione elicere quatuor cognitiones pro illis obiectis,vt ſe accomodet captui Angeli inferioris non valentis vnica cognitione cognoſcere talia quatuor obiecta; ac repugnat excellentiæ cuiuslibet intellectus Angelici cognoſcere concluſiones in ſe ipſis: ergo cum primum fateatur ab authoribus noſtræ concluſionis agentibus de illuminatione Angelorum, ſecundum debet etiam a nobis admitti.

Si adhùc inſtes.

Reſpondebitur:Secundum opponi excellentiæ intellectus Angelici;non vero primum excellentiæ intellectus Angeli ſuperioris illuminantis; quia ſecundum ſe tenet ex parte cognoſcentis; primum tamèn ex parte obiecti,ob cuius declarationem efficiendam intellectui Angeli inferioris illuminandi,fit ab Angelo ſuperiori illa diviſio ſui conceptus in varios conceptus: Eſt dicere: tunc fit diuiſio ab Angelo ſuperiori ſui conceptus in quatuor conceptus; non tamèn,vt ipſe cognoſcat prædicta quatuor obiecta(quæ vnico conceptu cognoſcebat) quod eſt ſe habere illam diuiſionem conceptus ex parte obiecti;ſi vero Angelus cognoſceret concluſiones in ſe ipſis,nullus alius tunc eſſet finis, niſi cognoſcere concluſiones; ac proindè talis modus cognoſcendi, non ex parte obiecti;ſed ex parte cognoſcentis ſe-

Etiam reſpondetur.

Eſt diſparitas inter Angelum illuminantẽ, & Angelum cognoſcentẽ concluſiones, vt licèt ille poſsit ſuam cognitionem ad captũ illuminandi diuidere; iſte nequeat cognoſ-

Digitized by Google

ſe teneret, & cum repugnet, Intelligentiæ modus cognoſcendi ſe tenens ex parte ipſius, qui non ſit modus Intelligendi (ſeu cognoſcendi in principijs) repugnat Angelo modus cognoſcendi concluſiones in ſe ipſis. Præter quam quod, cognoſcere quatuor obiecta, vnica, aut quatuor cognitionibus, non variat intrinſecum modum cognitionis Angelicæ; ſed tantùm probat libertatem Angeli in cognoſcendo; at, cognoſcere concluſiones intelligendo, vel non intelligendo, variat intrinſecum modum cognoſcendi, cum demonſtret cognoſcentem eſſe Intelligentiam, vel eſſe Rationale rigorosè acceptum.

cere concluſiones in ſe ipſis.

Verùm oppones.

99 Verùm oppones, quod nos per aſſenſum Theologicum cognoſcimus concluſiones Theologicas vt *quod*, & principia ſupernaturalia vt *quo*; ergo cũ aliter cognoſcat Angelus concluſiones Theologicas, & principia ſupernaturalia, vel Angelus diſcurrit, dum cognoſcit concluſiones Theologicas, ſicut & nos diſcurrimus (quod non fatebimur) vel nos non diſcurrimus, quando cognoſcimus tales concluſiones, vt Angelus nõ diſcurrit, quod à nobis negabitur.

Satisfiet tamèn dicendo, quod licèt tàm Angelis, quam nos per aſſenſum Theologicum, non attingamus principia ſupernaturalia vt *quod*, ſed tantùm vt *quo*: diuerſimode, ac nos, reſpicit Angelus per aſſenſum Theologicum concluſiones Theologicas; quia, Angelus illas cognoſcit vt *quod*, in principio tantùm vt *quo* cognito per aſſenſum Theologicum; nos verò cognoſcimus has concluſiones vt *quod*, per aſſenſum Theologicum, non in principio (vt *quo* tantùm, etiam à nobis cognito per aſſenſum Theologicũ) ſed in ipſiſmet concluſionibus; vnde principium ſupernaturale (vt *quod* attactum à fide) eſt nobis ratio cognoſcẽdi Theologicè concluſiones Theologicas in ſe ipſis; ſed Angelo ita eſt, ratio aſſentiẽdi Theologicè prædictis concluſionibus, quod ſimul ſit id, *in quo* cognoſcat concluſiones Theologicas: cuius diſcriminis cauſa eſt illa, toties in hoc dubio repetita, quod ſcilicet nos ſumus Rationales rigoroſi, & ſolum inadæquatè intelligentes (hoc eſt dum principia cognoſcimus) Angelus verò eſt Intelligentia, & om-

Principium ſupernaturale vt *quod* attactum à fide eſt nobis ratio cognoſcẽdi concluſiones Theologicas in ſe ipſis; Angelo verò non in ſe ipſis, ſed in dicto principio.

Digitized by Google

omninò adæquatè intelligens in quacumque cognitione(tàm principiorum, quàm concluſionum) à ſe elicita, ſiuè in ordine naturali, ſiuè in ſupernaturali ordine.

100 Poterat 2. reſponderi huic vltimo argumento, negando quod in illo ſupponitur, videlicèt, quod Angelis fuerit infuſus habitus Theologię: quod non ita eſſe reputat probabile Thomiſticæ ſcholæ inextinguibile lumen, olimquè in hac noſtra Vniverſitate principalis Primarius D. Doctor Monteſinos in ſuo primo tomo Theologico diſp. 31. quæſt. 3. in ſolutione ad quintam obiectionem: & expreſsè hoc idem docet Sapientiſsimus Magiſter à Sancto Thoma, tomo 2. in 1. 2. diſput. 13. art. 2. §. *An vero*, per quod nō ſentiunt tàm Illuſtres Magiſtri, quod Angelus non cognoſcat concluſiones Theologicas; ſed quod ad illas cognoſcendas, non indigeat habitu Theologiæ. Secundùm quam exiſtimationem, argumentum (iuxta apparĩentiam) eſt facilimè ſolutum; cum argumentum fundetur in hoc quod Angelis fuerit infuſus habitus Theologiæ diſtinctus ab habitu fidei; vnde deficiente tali habitu Theologiæ infringitur (primo aſpectui) vis argumenti. Sic reſpondebat huic argumento, peracutus Magiſter Maroto, qui fuit ex Dominicani in hac Vniverſitate Primarius.

Alia ſolutio.

D. Monteſinos.

RR. à S. Thoma.

M. Maroto.

101 Videtur tamèn parùm firma hæc ſolutio: Quia admiſſo, quod Angelis non fuerit infuſus habitus Theologiæ (vt, & nos etiam iudicamus probabile) adhuc remanet in ſua vi argumentum: quia cum Angelus cognoſcit concluſiones Theologicas, non cognoſcit illas per aſſenſum fidei (vt fatentur negantes Angelis habitum Theologiæ) ergo per alium aſſenſum diſtinctum ab aſſenſu fidei, elicitumquè pro concluſionibus Theologicis: Tunc ſic: ſed conceſſo duplici actu, vno fidei pro principijs ſupernaturalibus, & alio diſtincto ab actu fidei, pro concluſionibus Theologicis, reaſumit argumentum vltimum omnem ſuam efficaciam conſiſtentem in eo, quod erga ſupernaturalia habet Angelus duplicē cognitionem, vnam tantū pro principijs, & aliam præcisè pro concluſionibus (vt cuiuis hoc meditanti conſtabit) ergo non deficiunt vltimo argumento vires; etiā ſi Angelis non fuerit infuſus habitus Theologiæ.

Sed videtur parùm firma.

Et ſi Angelo nō fuiſſet infuſus habitus Theologiæ, manet in ſua vi vltimum argumentum.

Vnde

Vnde aliter reſpondetur argumento.

102 Vnde hac ſolutione prætermiſſa (nec non alijs minori obſeruatione dignis) aliter nos reſpondemus argumento: dicentes quod Angelis non fuit infuſus habitus Theologiæ, non attingens *vt quod* principia ſupernaturalia; non quia habitus Theologiæ ſit habitus indiſtinctus ab habitibus fidei (vt indicauit Doctor Subtilis in 3. diſt. 35. quæſtione vnica) ſed quia habitus Theologiæ Angelis infuſus attingens concluſiones Theologicas *vt quod*, attingit etiam *vt quod* principia ſupernaturalia, non vt ſunt reuelata à Deo, ſed vt ſunt inferentia concluſiones Theologicas (ſiquidem hoc non ſpectat ad fidem) ſecundùm quam conſiderationem *inferentium concluſiones Theologicas* poſſunt attingi *vt quod* ab habitu Theologiæ Angelis infuſo, qui non eſt formaliter tantùm ſcientia, ſeu habitus præciſsè concluſionum *vt quod* (vt eſt habitus noſtræ Theologiæ) ſed formaliter eminenter eſt ſcientia, & Intelligentia ſimul; hoc eſt habitus principiorum, & concluſionum ſimul.

In Angelis non fuit habitus Theologiæ nō attingens vt *quod* principia ſupernaturalia.

Scotus.

Vt ſic recipiatur modo poſsibili ad modum recipientis: Intellectus completi (ſcilicèt) ſeu luminis naturalis Angelici, quod ſimul eſt lumen principiorum, & ſcientificum lumen. Conſultò diximus, modo poſsibili; quia lumen naturale Angelicum eſt primario habitus primorum principiorum, & ſecundario habitus ſcientificus, quia principaliter attingit principia naturalia, & non æquè principaliter concluſiones, in quo non conformatur habitus Theologiæ Angelis infuſus, cum lumine naturali Angelico; quia habitus Theologiæ non eſt in Angelis primariò habitus principiorum ſupernaturalium, *vt inferentium* concluſiones Theologicas, & ſecundariò habitus ſcientificus concluſionum Theologicarum; ſed primariò eſt habitus ſcientificus, eò quia ſpecificatus à concluſionibus Theologicis (cum ad earum attingentiam fuerit primariò infuſus, & ex hoc ab eis nomen accipiat) & ſecundariò eſt habitus principiorum ſupernaturalium, *vt inferentium* tales concluſiones. Conformatur tamèn abſque vlla repugnantia cum lumine naturali Angelico habitus Theologicus Angelis infuſus in hoc, quod ſicut lumen naturale Angelicum attin-

Theologia in Angelis nō eſt formaliter tantùm *ſcientia*, ſed *ſcientia*, & *Intelligentia*.

Conformatur cum lumine naturali Angelico habitus Theologiæ Angelis infuſus.

Digitized by Google

attingit in naturalibus vt *quod*, tàm principia, quàm conclusiones; lumen Theologicum Angelis infuſum, attingat vt *quod* concluſiones Theologicas, & principia ſupernaturalia, vt illas *inferentia*. Ex quibus tàm argumentum quàm confirmatio ſolvuntur non difformiter ad doctrinam datam in numero 44. in cuius vi nitebantur, & non difficiliùs ſoluitur vrgentia argumenti; quia (conſequenter addicta de habitu Theologiæ) in Angelo nullus datur aſſenſus Theologicus, qui non attingat vt *quod* principia ſupernaturalia, vt *inferentia* concluſiones Theologicas.

Non datur in Angelis vllus aſſenſus Theologicus, qui non attingat vt *quod* principia ſupernaturalia.

Vnde in Angelo omnis actus concluſionum Theologicarum eſt actus principiorum ſupernaturalium; ideo què non deficit Angelo, dum concluſiones Theologicas cognoſcit, illud fundamentum, quo in naturalibus excluditur ab Angelo diſcurſus, videlicèt, quod omnis cognitio concluſionum, ſit cognitio principiorum. Licèt debeat obſervari pro huius ſolutionis complemento; Angelum aliter ſe habere, vt cognoſcat concluſiones Theologicas, ac vt cognoſcat concluſiones naturales, quia vt iſtas cognoſcat, non eſt neceſſarium, quod præcedat alia cognitio tantùm principiorum, ſecundùm ſe inſpectorum; vt verò cognoſcat concluſiones Theologicas, debet præſupponi ad aſſenſum Theologicum aſſenſus fidei attingens tantùm principia ſupernaturalia, vt revelata (non vt inferentia concluſiones Theologicas) quia eſt neceſſaria hæc præcedentia, vt ſit certitudo in aſſenſu Theologico, verum ex ipſa non ſuadetur diſcurſus, quia etſi præcedat cognitio principiorum ad cognitionem concluſionum, non mouetur cognoſcens ex illa ad illam; ſi hæc non ſit tantùm cognitio concluſionum; ſed ſimul concluſionum, & principiorum, vt in numero 44. diximus. ¶ Qui ſubtiliora, ad huius argumenti ſolutionem deſideret, conſulat memoratum D. Abbatem in præcitato dubio; vbi inveniet aliqua, (præcipuè ad finem numeri 52.) cum quibus conformatur hæc noſtra ſolutio.

Eſt dignum obſervatione: Angelum aliter ſe habere, vt cognoſcat concluſiones Theologicas, ac vt cognoſcat concluſiones naturales.

D. Caſtell.

Digitized by Google

§. VI.

Notantur aliqua ex toto hoc dubio deducenda.

Primùm corollarium.

103 PRimum eſt: Quod Angelus eſſentialiter eſt indiſcurſivus, ſeu impotens diſcurrere. Tum quia Angelus eſt indiſcurſivus, eò quod ſit Intelligentia; ſed Angelum eſſe Intelligentiam eſt eſſentiale Angelo: ergo Angelus eſſentialiter eſt indiſcurſivus. Tum quia Angelus eſt impotens diſcurrere, ex eo, quod ſit ſubſtantia completa in linea intellectuali; ſed ſubſtantiæ completæ in linea intellectuali repugnat eſſentialiter diſcurſus: ergo Angelus eſſentialiter eſt indiſcurſivus. Diſcurſus eſt legitimus; & minor, quæ ſolùm apparet difficilis, probatur ſic: Diſcurſus (vt iam ſupra diximus) eſt motus, ſeu curſus ex vno ad aliud; ſed motus, ſeu curſus ex vno ad aliud, repugnat eſſentialiter impotenti ſe movere, & currere ex vno ad aliud (vt eſt ſubſtantia intellectualis completa) ergo ſubſtantiæ completæ in linea intellectuali, repugnat eſſentialiter diſcurſus.

Angelus eſſentialiter eſt indiſcurſivus.

Diſcurſivus eſt curſus ex vno ad aliud.

Si dicas. *M. Serna.*

104 Si dicas, cum M. Serna (ſentiente in dubio de obſtinatione Dœmonum in ſolutione ad *quartam probationem quarti argumenti*: quod Angelus tantùm connaturaliter eſt indiſcurſivus) ex hoc deduci, quod Angelus eſſentialiter ſit inflexibilis, ſeu impotens mutare electionem ſemel habitam, quod videtur abſurdum, aliàs Deus non poſſet de potentia abſoluta convertere Dœmonem, nec donum perſeverantiæ eſſet donum ſpecialiſsimum in Angelis bonis (cum eo ipſo, quod Angelus eſſentialiter ſit inflexibilis non poſsit averti à malo, vel ſeparari à bono) quod quidèm abſurdum non poſset vitari, ſi Angelus eſſentialiter eſſet indiſcurſivus: quia (iuxta Doctorem Angelicum 1. part. quæſt. 64. art. 2.) ex eſſe indiſcurſivo Angeli probatur inflexibilitas Angeli in ſuis electionibus.

Sanct. Thomas.

Ve-

105 Dicimus: Dupliciter poſſe huic difficultati ſatisfieri: Primo dicendo, quod etſi Angelus ſit eſſentialiter indiſcurſivus poteſt eſſe tantùm connaturaliter inflexibilis, ac proindè ſalvatur, quod poſſit Dæmon converti a Deo, vtente ſua potentia abſoluta, quia licet inflexibilitas arbitrij Angelici probetur a Doctore Angelico, ex hoc, quod Angelus ſit Intelligentia; tantum ex hoc habemus, quod ſit connaturale: Intelligentiam, non poſſe mutare ſuas electiones; cum aliter ſe habeat, ad Intelligentiam, diſcurſus, ac flexibilitas arbitrij; cum diſcurſus pertineat ad intellectum, & flexibilitas arbitrij ad voluntatem, & cum Intelligentia explicet munus *Intelligentiæ*, non in operationibus voluntatis; ſed in operationibus intellectus (vt de ſe patet) ſtat bene quod Angelus, quia Intelligentia, ſit eſſentialiter indiſcurſivus, & quod Angelus quia Intelligentia, non ſit eſſentialiter inflexibilis: licèt, quia conformatur voluntas cum modo operandi intellectus, ſit connaturale voluntati Angelicæ, non poſſe mutare electiones ſemel habitas deliberatas, & perfectas, erga quas tantùm eſt inflexibilis.

Dupliciter ſatisfiet, & primo.

Rectè cohæret: Angelum eſſe *eſſentialiter* indiſcurſivum, & eſſe tãtùm *connaturaliter* inflexibilem.

Secundò poteſt dici, quod Angelus, eſt eſſentialiter inflexibilis, quin aliquod ſequatur abſurdum ex hoc aſſerto; quia licèt Angelus eſſentialiter inflexibilis, ſi ſemel cadat (vt cæcidit Dæmon) non poſſit converti a Deo adhuc de potentia abſoluta, non eſt hoc magnum abſurdum, cum ſit quid conſequens ad productionem Angeli, & ad permiſſionem peccati in Dæmone. Nec etiam ſequitur abſurdum, quod iudicatur de dono perſeverantiæ, quod eſt ſpecialiſſimum in Angelis bonis, & non ſolùm in hominibus. Gratia enim præſtita Angelo à Deo in ſecundo inſtanti, vi cuius fuit motus ad diligendum Deum, & ad ſe conſervandum in Dei amore (habito etiam a Dæmone in primo inſtanti, & non conſervato in ſecundo) eſt ſpecialiſſimum donum perſeverantiæ, non ſolum in hac providentia, in qua via Angelorum copleta fuit duplici inſtanti, primo operationis liberæ no deliberatæ; ſecundo operationis liberæ, & deliberatæ; ad quę inſtãtia

Secundò ſatisfit inſtantiæ.

Nullum ſequitur abſurdum, & ſi concedatur, quod Angelus eſt *eſſentialiter* inflexibilis,

Digitized by Google

Gratia collata Angelo in ſecundo inſtanti ſui eſſe, eſt ſpecialiſsimum donum perſeverantiæ.

Et hoc non ſolùm in hac providentia.

ſequutum fuit tertium inſtans terminans viam Angelicam; verùm in alia providentia, in qua via Angelica per plurima inſtantia duraret; tunc etiam gratia prædicta, collata Angelo bono in ſecundo inſtanti, eſſet ſpecialiſsimum donum perſeuerantiæ; quia talis gratia fuit, qua Angelus deliberatè in ſecundo inſtanti fuit operatus, & cum modus connaturalis Angeli, ſit operari inflexibiliter, hæc gratia ſe conformauit cum modo operandi naturali Angeli, licèt (quia data tunc, ex fine coniunctionis cum termino) habuerit munus doni ſpecialiſſimi perſeverantiæ.

Secundum corollarium.

Angelus ſemper cognoſcit concluſiones in principio, ita vt eas in illo cognoſcat, etiam dum non ſunt in illo.

106 Secundùm eſt: quod Angelus ſemper cognoſcit concluſiones in principio, ſiue dum concluſiones ſint in principio, ſiue dum non ſunt in principio: quando enim fallitur Dœmon cognoſcendo concluſiones, poteſt dupliciter ſe habere, vel dicendo: *Hæc concluſio certè eſt in hoc principio.* Vel dicendo: *Hæc concluſio eſt in hoc principio.* Tunc enim, ſi revera concluſio, nec certè, nec vllo modo ſit in principio, erit falſum Dœmonis iudicium; ſed falſum iudicabit tunc, tanquàm in medio obiectiuo, in ipſomet principio. Quod ſic breviter ſuadetur: qui ſemper, & in omni eventu intelligit concluſiones, ſemper, & in omni eventu cognoſcit concluſiones in principio (cum hoc, ſit intelligere concluſiones) ſed Angelus ſemper, & in omni eventu intelligit concluſiones (aliàs non eſſet adæquatè Intelligentia, cuius eſſentia explicatur per poſſe cognoſcere, & *tantùm intelligendo*) ergo Angelus, ſemper cognoſcit concluſiones in principio, etiam ſi concluſiones, reuera non ſint in principio: Nec mirum! Cum tunc cognoſcat concluſiones in principio falſum opinando; ſi enim nos, falſum iudicando, affirmamus exiſtere in re obiectum, quod in re non exiſtit, cur, & Angelus non poterit, falſum opinando, cognoſcere in principio concluſiones, quæ nullatenus ſunt in principio.

Si opponas.

107 Si opponas: quod Angelus cognoſcit concluſiones in principio, quia penetrat principium: ergo ſi nõ penetrat principium (vt non penetrat cum profert men-

mentaliter illas propoſitiones de concluſione, non contenta in principio) non cognoſcit concluſiones in principio.

Dicemus: Angelum cognoſcere concluſiones in principio, quia penetrat principia naturalia, & omnes illorum connexiones naturales probabiles, & conjecturales, ratione, quarum evidenter, probabiliter, aut conjecturaliter poteſt vi ſua naturali cognoſcere in principijs naturalibus quamcumque concluſionem naturaliter. probabiliter, vel conjecturaliter connexam cum ipſiſmet principijs naturalibus, abſque eo, quod ſe exponat periculo errandi, ſi de concluſionibus conjecturaliter, & probabiliter connexis iudicet dicendo mentaliter: *Hæ concluſiones apparent in hoc principio*: quia ad hanc cognitionem ſufficiens eſt virtus penetratiua naturalium Angelo competens. Non tamen: Semper, quod Angelus cognoſcit concluſiones in principio, penetrat principia, alias, nunquam falleretur Dœmon, qui etiam, dum decipitur cognoſcit concluſiones in principio (& ſi tunc nō penetret principia per illū modum falſæ opinionis) quia aſſuetus penetrationi principiorum naturalium, temere vult tunc iudicare in principijs naturalibus de quacumque concluſione, quaſi intendens intra ipſamet principia naturalia invenire concluſionem ibi non contentam; vnde reducitur ad hoc, quod eſt Angelum eſſe penetrativum naturalium, quod ipſemet Angelus cognoſcat naturaliter quaſcumque concluſiones in principijs naturalibus, vt ſic percipiatur, quomodo poſſit cognoſcere in principijs etiam illam concluſionem, non contentam in principijs.

Dicemus.

Angelus cognoſcit concluſiones in principio, quia penetrat principia naturalia.

Non tamē ſemper, quod cognoſcit concluſiones in principio, penetrat principia.

108 Ex quibus eſt tertium corollariū: Quod ſcilicet poteſt Dœmon aſſenſu probabili, non falſo, aſſentiri concluſioni ſupernaturali in principio naturali, vt aſſentiebatur Divinitati Chriſti Domini in principio naturali, in quo aſſentiebatur Divinitati Chriſti, probabiliter, aſſenſu probabili ſubiectiuo, & non tantùm obiectivo, quia ſi Dœmon cognoſceret ſic: *In hoc principio naturali* (ſignato miraculo) *apparet, & probabilis eſt hæc concluſio: Chriſtus eſt Filius Dei vivi*. Tunc aſſentiretur aſſenſu evidenti, & neceſſariò vero (cum cognoſceret

Tertium corollarium.

Dœmō poteſt aſſenſu, probabili non falſo, aſſentiri concluſioni ſupernaturali in principio naturali.

 evi-

Digitized by Google

evidenter principia naturalia, & omnem illorum connexionem naturalem conjecturalem, & probabilem) vnde in hoc caſu, non iudicabat Dœmon ſignatè attingendo probabilem connexionem huius, quod eſt Chriſtum eſſe verum Dei Filium, cum illo principio naturali, nec etiam iudicabat dicendo mentaliter: *In hoc principio naturali plenè eſt hæc concluſio: Chriſtus eſt Deus*: quia hoc iudicium eſt neceſſariò falſum; ſed tantùm iudicabat dicendo: *Chriſtus eſt Deus* (hic enim erat aſſenſus probabilis, non falſus) quia licèt hoc cognoſceret in illo principio naturali, poteſt cognoſcere concluſionem in principio, quin mentaliter dicat: *hæc concluſio eſt in hoc principio*: quia hæc prolatio mentalis, eſt quædam reflexio ſuper medium, in quo cognoſcitur concluſio; quæ non eſt neceſſaria, vt ſit cognitio directa concluſionis in illo principio, vt eſt ille aſſenſus probabilis.

Et explicatur qualis ſit talis aſſenſus.

Quartum corollarium.

109 Quartum, & vltimum eſt: dari in Angelis (ſalva tota noſtra doctrina) tùm diſcurſum obiectivum conſiſtentem, non in hoc, quod vna cognitio ſit cauſa alterius; ſed in hoc, quod cognoſcatur vnum obiectum eſſe cauſam alterius, quod quidem nè dum Angelus, verùm (vt in numero 4. obſervavimus) etiam & Deus cognóſcit. Tùm diſcurſum ſecundùm ſucceſſionem, convenientem Angelis, iuxta Doctorem Angelicum, quæſt. 8. de Veritate, art. 4. ad 14. & diſtinctum a diſcurſu ſtrictè accepto, appellato a Sancto Doctore 1. part. quæſt. 14. art. 17. diſcurſu ſecundùm cauſalitatem vnius cognitionis in aliam, conſiſtentemquè in ſucceſſione variarum cognitionum; quem diſcurſum, iam in numero primo, Angelis conceſſimus. Tùm diſcurſum virtualem, non ſolùm acceptum pro vna cognitione Angelica æquivalenti in cognoſcendo diſcurſui noſtro conſtituto duplici cognitione: quarum prima eſt principij, & ſecunda concluſionis; eo, quod illa vnica cognitio Angelica, ſimul ſit principij, & concluſionis, qui diſcurſus virtualis eſt tantùm ex parte obiecti; & ideò nec Deo illum negamus; ſed acceptum pro vnica cognitione virtualiter duplici; ſub prima conſideratione terminata ad principium, ſub ſecunda verò ad concluſio-

In Angelis datur. Tùm diſcurſus obiectivus.

Tùm diſcurſus ſecundùm ſucceſſionem.

Sanct. Thomas.

Tùm diſcurſus virtualis.

sio-

ſiones, vt illatas ex principijs, qui diſcurſus virtualis eſt ſubiectiuus; & etiam tribuitur Deo ab Illuſtriſsimo Godoy. Tomo 1. in primam partem, diſp. 28. num. 1. & ſequentibus. Quia nec diſcurſus obiectiuus, nec diſcurſus ſecundùm ſucceſsionem; neque deniquè diſcurſus, iuxta duplicem diſtinctam acceptionem virtualis, dicunt rationem motus intellectualis ex vna cognitione ad aliam; quę quidē ratio eſt de eſſentia metaphiſica diſcurſus formalis, excluſi in tota hac quæſtione ab Angelis, propter ſuam perfectionem, ſeu completionem intellectualem. Illuſt. Godoy.

Et hæc de hoc dubio applicando lib. 2. diſt. Magiſtri. Tùm diſt. primæ, vbi de illo Doct. Subtilis. q. 5. §. *Contra anima*, verſ. *Item quæritur*. Gabriel. q. 2, art. 3. concluſ. 9. & OKam, q. 16. Tùm diſt. ſecundæ, vbi de eo Marſilius. q. 6. art. 2. Tú diſt. ſeptimæ, vbi illud mouent Doctor Subtilis. §. *Contra concluſionem*, verſic. *Quod etiam negatur*. Et Gregorius. q. 5. art. 2. *Scotus. Gabriel. OKam. Marſilius. Gregorius.*

DVBIVM II.

Vtrùm in Angelis detur compoſitio, & diuiſio?

§. I.

1 PRæſens quæſtio procedit de compoſitione, & diviſione formali, non de compoſitione, & diviſione obiectiua (cum actu ſimpliciſsimo Dei, non componentis, vel diuidentis, dum cognoſcit, cognoſcantur compoſita, & diuiſa, in quibus conſiſtit compoſitio, & diviſio obiectiua) compoſitio hæc, vel diviſio formalis conſiſtit in duplici cognitione, vna ſubiecti, de quo affirmetur, vel negetur prædicatū, & alia prædicati, qua prædicatum affirmetur, vel negetur de ſubiecto priùs apprehenſo. Et hoc ſe habet ita, quod ſi eadem cognitione, qua cognoſcitur ſubiectum cognoſcatur prædicatum affirmandum, vel negandum de ſubiecto, omnino excludatur copoſitio, aut diuiſio for- Notabile primum. Tantū eſt quæſtio de compoſitione, & diviſione formali.

Digitized by Google

Quæ non erit ſi eadem cognitione, qua cognoſcitur ſubiectum, cognoſcitur prædicatum.

malis(vt rectè hic animadvertunt Doctores.) quod eſt dicendum, ſiue talis vnica cognitio attingens ſimul prædicatum cum ſubiecto, de quo affirmetur, vel negetur, ſit cognitio comprehenſiua, ſiue ſit tantùm cognitio quidditatiua, quia per quamlibet ex his cognitionibus cognoſcit Angelus, & ſubiectum, & in ſubiecto prædicatum, cum eo præciſsè nos componamus, aut dividamus, quia in ſubiecto non vidimus prædicatum; ſed concipiendo prius ſubiectum ſeorſim a prædicato, & prædicatum ſeorſim a ſubiecto, poſtea conferimus prædicatum cum ſubiecto, vt affirmemus, vel negemus prædicatum de ſubiecto. Vnde hoc dubium reducitur ad hoc, an ſcilicèt Angelus, poſsit cognoſcere prædicatum affirmari, vel negari de ſubiecto duplici actu, vno terminato tantùm ad ſubiectum, & alio tantùm ad prædicatum, vt his ſuppoſitis iudicet de convenientia, vel de diſconvenientia prædicati ad ſubiectum?

Eò præciſè nos componimus, aut dividimus, quia in ſubiecto non vidimus prædicatum.

Secundū notabile. Huius quæſiti difficultas poteſt eſſe, vel circa cognitionē rerum naturalium. vel circa cognitionē ſupernaturaliū.

2 Secundò notandum eſt: Hanc difficultatem poſſe excogitari tàm de cognitione rerum naturalium, quàm de cognitione rerum ſupernaturalium, aut naturalium coniecturaliter, aut probabiliter cognoſcendarum ab Angelo. Cum iuxta hanc diverſitatem acceptionis cognitionis Angelicæ, ſint varia Theologorum placita erga poſsibilitatem compoſitionis, vel diviſionis formalis, Angelis convenientis: nec mirum! Cum hæc difficultas ſit ita connexa cum præcedenti, vt plures illam indiviſibiliter ab alia defendant, præcipuè Thomiſtæ, qui per ipſiſsima principia eā propugnant, ac præcedentem.

Prima ſententia abſolutè affirmatiua. Pro qua ſunt *Fabrus*, *Piloſus*. *M. Delgadillo*. Alijquè Scotiſtæ. *Et Gregorius*.

3 Circa quam ſunt tres magis notandæ ſententiæ ſub quibus aliæ comprænenduntur; & prima aſſerit: Angelos poſſe componere, & dividere formaliter circa omnia obiecta, etiam circa ea, quæ comprehenſivè, & quidditativè cognoſcit, vt cognoſcit prædicata naturalia homini convenientia: pro qua ſunt Fabrus diſput. 41. num. 15. Piloſus diſp. 13. num. 2. Magiſt. Delgadillo cap. 4. de Angelis diffic. 3. num. 22. & communiter DD. Scotiſtæ hoc idem ſentiunt (vt valde conforme ſuo Subtili Magiſtro in 2. diſt. 6. quæſt. 1. §. *ad argumenta*

verſ.

verſ.ad 2.)quibus adiungitur Gregorius in 2. diſt. 7.q. 5.art.2.

Secunda ſententia media. Et pro ea ſunt PP. Vazquez, Alarcon, Averſa, Molina, Suarez. Arriaga, Granados. Arrubal, Ripalda.

Secunda ſententia tenet: Angelos quædam poſſe cognoſcere componendo, & dividendo formaliter: quędam verò non poſſe, licèt eius Patroni diverſimodè diſcurrant in determinando prædicta obiecta. Nam PP. Vazq. 1.p.diſp.223.cap.1. & 2. Alarcon tract.6.*de Angelis* diſp.2.cap.5.num.6.& Averſa 1.part.quæſt.58.ſect. 5.in fine iudicant Angelum circa omnia obiecta, erga quæ diverſos conceptus formet, poſſe componere, & dividere formaliter. P.Molina 1.p.quæſt.58.art.4.ſentit, quod quandò Angelus vtitur ſimul diverſis ſpeciebus intelligibilibus, vel intelligit extrema per diverſas ſpecies (vt intelligit hominē, & lapidē ad formādū hoc iudiciū: *homo nō eſt lapis*) tunc formaliter cōponit, aut dividit. PP.verò ſuarez lib.2.de *Angelis* cap.32. Arriaga tract. de Angelis.diſp.11.ſect.7.à num.51.& alij (cum quibus conveniunt PP.Granados tract.7.diſp.4.& Arrubal 1.p. q.58.ad explicationem art.4.) dicunt Angelum formaliter componere, & dividere erga ſupernaturalia (quod etiam opinatur P.Ripalda diſp.4. de Angelis ſect. 1.) & iudicant vt probabile, quod etiam formaliter componat, aut dividat, dum cognoſcat obiecta naturalia, coniecturaliter tantùm, & probabiliter, vt quando vi naturali cognoſcit futura contingentia, & cogitationes cordis.

Tertia omnino negativa, & pro ea eſt S.Thomas. Eius Schola, & ex PP. Societatis PP. Valentia Tannerus. Echeverria.

Tertia, & vltima ſententia eſt Angelici Magiſtri 1.part.quæſt.58.art.4.& quæſt.16.de malo art.6.ad 1. *Secundi ordinis*; alijſque in locis, quem ſequuntur ferè omnes eius Diſcipuli, ideoque illos nō referimus; eſtque omnino negativa. Cui ſubſcribunt ex Societatis DD.P. Valentia 1.p.q.58.punct.2.P.Tannerus etiam ibi diſp.5. q.3.num.2.& ab ea non videtur recedere P.Echeverria diſp.6 de Angelis num.16.& ſi de obiectis naturalibus præſertim loquatur.

(§)

CON-

§. II.

CONCLVSIO NEGATIVA.

In Angelo, non eſt vlla compoſitio, aut diviſio formalis.

Probatur concluſio à ratione, & primo quantùm ad obiecta naturalia.

4 HÆc concluſio probatur primò, quantum ad obiecta naturalia ſub hac forma. Qui ſemper cognoſcit prædicatum in ſubiecto, nunquam componit prædicatum, cum ſubiecto (idem dicendum de diviſione) ſed Angelus cognoſcens ſubiectum naturale, ſemper cognoſcit in illo prędicatum naturale: ergo Angelus, nunquam componit erga naturalia. Diſcurſus eſt legitimus, maior conſtat ex num. 1. & minorē prob. qui nō ſimpliciter apprehēdit ſubiectū cognitione A, cognoſcit prædicatū in ſubiecto illa cognitione: ſed Angelus nulla cognitione ſimpliciter apprehēdit ſubiectū naturale: ergo Angelus, cognoſcens ſubiectum naturale, ſemper cognoſcit in illo prædicatum naturale. Prob. minorem: nulla cognitione apprehendit ſimpliciter illud intelligens, cuius nulla cognitio eſt ſimplex apprehenſio: ſed Angelus eſt intelligens, cuius nulla cognitio eſt ſimplex apprehenſio: ergo Angelus nulla cognitione ſimpliciter apprehendit ſubiectū naturale. Prob minorem omnis cognitio Angeli eſt iudicativa; ſed nulla cognitio iudicativa eſt ſimplex apprehenſio: ergo Angelus eſt intelligens, cuius nulla cognitio eſt ſimplex apprehenſio. Conſequentia eſt legitima; minor eſt certa, & maior eſt expreſſa in Angelico Magiſtro 1. p. q. 85. art. 5. in reſolutione articuli.

Cognoſcens ſemper prædicatum in ſubiecto, nunquā cognoſcit prędicatum cum ſubiecto.

S. Thomas.

Confirmatur. Suadetur: Angelum non cōponere erga naturalia, ex eo quod erga naturalia non diſcurrit.

Confirmatur: Angelus, quia Intelligentia, & quia ſubſtantia ſuprema inter intellectuales ſubſtantias, non diſcurrit erga naturalia: ergo ob eandem conſiderationem non componit, aut dividit erga naturalia: Probatur conſequentia: ideo primum aſſeritur, quia Intelligentia, & ſuprema ſubſtantia inter intellectuales ſubſtantias, eſt penetrativa naturalium; ideoque in principio cognito concluſiones naturales atingit; ſed ſubſtantia, & Intelligentia penetrativa naturalium etiam attingit prędicatum naturale in ſubiecto naturali: ergo Angelus cog-

Digitized by Google

cognoſcit prædicatum naturale in ſubiecto naturali: ergo non componit, aut dividit, vt cognoſcat prædicatum naturale, vt affirmatum, vel negatum de ſubiecto naturali.

6 Vel aliter: Ideò penetrans naturalia, ſi cognoſcit principium, cognoſcit in illo concluſiones naturales, quia illæ connectuntur cum principio naturali, & non poteſt penetrari principium naturale, quin in illo videantur concluſiones naturales, ſed ſubiectum naturale etiam connectitur cum principio naturali: ergo Angelus penetrans (quia Intelligentia) ſubiectum naturale, in illo etiam, videt, ſimul cum ſubiecto, prædicatum naturale. Vel aliter.

7 Si dicas: Quod cum non connectatur cum ſubiecto naturali prædicatum naturale, quod de ipſo negetur, ad huius cognitionem iudicatiuam indigebit Angelus compoſitione, aut diviſione, licèt ea non requiratur ad cognoſcendum iudicatiuè prædicatum naturale conveniens ſubiecto naturali, & cum illo connexum. Si dicas.

8 Contra tamèn inſurgimus; Ideò in ſubiecto naturali videtur ab Intelligentia prædicatum naturale cum illo connexum, quia tale prædicatum ſpectat ad tale ſubiectum: & penetrans ſubiectum debet attingere omnia illa ad illud ſubiectum pertinentia; ſed etiam pertinet ad ſubiectum naturale, prædicatum naturale illi repugnans, vt de illo negandum: ergo ſi prædicatum connexum cum ſubiecto cognoſcit Intelligentia in ſubiecto, etiam cognoſcit Intelligentia in ipſomet ſubiecto prædicatum negandum de tali ſubiecto, vt de illo negandum. Probatur minor: Non tantùm pertinet ad hominem affirmatio homini convenientium, quàm diſconvenientium negatio (ſiquidèm res, & eſt id, quod ſibi convenit, & non eſt id, quod ſibi non convenit) ergo etiam pertinet ad ſubiectum naturale prædicatum naturale ſubiecto repugnans, vt de illo negandum. Opponemus. Ad ſubiectum naturale pertinet prædicatū naturale illi repugnans, vt de eo negandum. Res, & eſt id, quod ſibi convenit, & non eſt id, quod ſibi non convenit.

9 Explicatur hoc, vrgentiùs impugnando ſolutionem: Sicut eſt connexum cum homine prædicatum affirmatum de homine, vt homini conve- Explicatur.

Sicut eſt connexum cum homine prædicatum affirmatū de homine, vt homini conveniens, ita eſt cō nexum cum homine prædicatum repugnās homini, vt negandum de homine.

veniens; ita eſt connexum cum homine prædicatum, repugnans homini, vt negandum de homine: ergo ſi Intelligentia cognoſcit in ſubiecto naturali omne prædicatum connexum, cum tali ſubiecto cognoſcit in illo etiam prædicatum negandum de tali ſubiecto. Probatur antecedens: Prædicatum homini repugnans, vt negandum de homine, eſt prædicatum conveniens homini: ergo ſi prædicatum conveniens homini, eſt connexum cum homine, prædicatum repugnans homini, vt negandum de homine, etiam eſt connexum cum homine. Probatur antecedens: Conveniens eſt homini, vt negandum, illud prædicatum, cuius negatio eſt eſſentialis homini; ſed prædicatum repugnans homini, eſt prædicatum, cuius negatio eſt eſſentialis homini: ergo prædicatum repugnans homini eſt prædicatum conveniens homini, vt negandum de homine: ergo vt tale erit connexum cum homine; ergo ſi Intelligentia, penetrans hominem, videt in homine omne prædicatum connexum cum homine, etiam cognoſcit in homine prædicatum repugnans homini, vt negandum de homine.

Hæc concluſio etiam fundatur ergā ſupernaturalia.

10 Hæc concluſio etiam defenditur erga ſupernaturalia: quia vt in ſecunda cōcluſione dubij immediati diximus: Gratia non deſtruit, ſed potius perficit, & elevat modum naturalem cognoſcendi: ergo ſi Angelus propter ſuam perfectionem, habet ad diſtinctionem hominis (vt docuit Sanctus Doctor. 1. part. quæſt. 85. art. 5. iam ſupra citato) non ſimpliciter apprehendere ſubiectum, aut prædicatum, ſed cognoſcere, dum cognoſcit ſubiectum, prædicatum, & habitudinem prædicacati ad ſubiectum, etiam vt elevatus per gratiam cognoſcet ſimul cum ſubiecto prædicatum.

S. Thomas.

§. III.

Solvuntur Argumenta.

Arguitur primò.

11 PRimò Arguitur: Dum Angelus cognoſcit aliquam propoſitionem obiectiuam, cuius ſubiectum cognoſcat per vnam ſpeciem, & cu-

cuius prędicatum cognoſcat per aliam:tunc componit, & dividit:ergo aliquando Angelus componit, & dividit.Probatur antecedens:tunc habet Angelus duplicem cognitionem,vnam pro ſubiecto,&aliam pro prædicato;ſed(vt ſupra dicebamus)ex hac diverſitate cognitionum,ſuadetur compoſitio,aut diviſio formalis:ergo dũ Angelus cognoſcit aliquam propoſitionem obiectivã, cuius ſubiectum cognoſcat per vnam ſpeciem,& cuius prædicatum cognoſcat per aliam,tunc componit, & dividit.

Probatur maior;& primo: vt diverſitatem cognitionum ſuadeamus,nõ habemus aptius medium quàm diverſitatem ſpecierum, cum ab eis illæ ſpecificentur (quia ſpecificativum cognitionis eſt ſpecies intelligibilis,vel obiectum prout in ſpecie intelligibili)& ex diverſitate ſpecificativi recte colligatur diverſitas ſpecificati.

Quædam maior probatur primo.

Secundò:quia diverſitatem cognitionis ſubiecti à cognitione prædicati(ſeu compoſitionem)probauit Doctor Angelicus 1.part.quæſt.14.art.14. ex diverſitate ſpecierum:*Quod quidem in intellectu noſtro non contingit*(ait Doctor Sanctus,excludens à noſtro intellectu cognitionẽ enuntiabilium abſque ſubiectiva compoſitione, & diviſione enuntiabilium,in mente cognoſcentis exiſtentem)*propter hoc quod ſpecies intelligibilis ſic repræſentat, vnum,quod non repræſentat aliud: vnde intelligendo quid eſt homo,non ex hoc ipſo alia,quæ ei inſunt, intelligimus*; & in eadem 1.part.quæſt.58.art.2.aſſerit, loquendo de illis, quæ Angeli ſimul,ſeu vna cognitione,cognoſcere poſſunt:*Omnia*(inquit)*illa ſimul poſſunt intelligere, quæ vna ſpecie,cognoſcuntur,non autem illa,quæ diverſis.*

Secundò.

S. Thomas.

Tertiò : quia ad diverſitatem principiorum diverſificantur principiata;eo quod principium,eſt vniuerſalius principiato;vnde vnica potentia,& vnicus habitus ſufficiunt pro pluribus actibus;licet ad diverſitatem potentiarum,& habituum neceſſario diſtinguantur actus: tunc ſic;ſed ſpecies intelligibiles,ſunt principia intellectionum,proindeque ſunt vniverſaliores intellectionibus; ergo ad multiplicationem ſpecierum multiplicari debent intellectiones.

Tertiò.

Quar-

Digitized by Google

Quartò.

Quartò: Difficilius eſt, quod vnica ſpecies deſerviat ad plures cognitiones, quam quod ex pluribus ſpeciebus probentur plures cognitiones; ſed primum evenit defacto, cum ſpecies repræſentatiua hominis deſerviat ad cognitiones hominis elicitas pro diverſis temporibus (quæ cognitiones ſunt inter ſe diſtinctæ) & cum vna ſpecies rei materialis deſerviat ad cognitionem, non connotatiuam rei materialis, prout in ſe, & ad cognitionem connotativam Angeli: ergo ſecundum poteſt contingere potiori titulo, ſcilicèt, quod ex diuerſitate ſpecierum intelligibilium deducatur diverſitas cognitionum: ergo quando Angelus cognoſcit aliquam propoſitionem obiectiuam, cuius ſubiectum cognoſcat per vnam ſpeciem, & cuius prædicatum cognoſcat per aliam, tunc habet duplicem cognitionem, vnam pro ſubiecto, & aliam pro prædicato.

Eſt obſervandum ad ſolutionem argumenti: quod ſpecies intelligibiles diverſæ poſſunt cōſiderari, vel vt plures, vel vt adunatæ.

12 Vt Reſpondeatur adverte: quod ſpecies intelligibiles diverſæ poſſunt conſiderari dupliciter. 1. vt plures, & vt quælibet adæquatè in eſſe ſpeciei ad cognitionem concurrens. 2. vt non plures, ſed vt adunatæ a lumine intelligentis; & ſic non poteſt ex diverſitate, aut pluralitate ſpecierum probari diverſitas, & pluralitas intellectionum; quia diuerſa, & plura, non benè deducuntur ex pluribus, & diverſis, *vt non pluribus, & vt non diuerſis*; in quibus tota pluralitas, & diverſitas de materiali ſe habeat: vt contingit in ſpeciebus diverſis, quibus vtatur Angelus ad cognitionem alicuius propoſitionis obiectiuæ, cuius ſubiectum repræſentaretur per vnam ſpeciem, & cuius prædicatum repræſentaretur per aliam; quas quidem ſpecies ob perfectionem ſui luminis Angelus adunaret ad formationem vnicę cognitionis. Vnde Angelus, vnica cognitione cognoſcit extrema huius propoſitionis: *Homo non eſt Leo*: etiam ſi homo repræſentaretur vna ſpecie, & leo repræſentaretur alia; quod quidē habet Angelus ad diſtinctionem hominis qui ſi pluribus ſpeciebus vteretur ad vnicam cognitionem, valdè confuſam cognitionem eliceret.

Iam reſpondetur ad argumētum.

13 Ex quibus iam reſpondetur ad argumentum negando antecedens, & ad eius probationem negando maiorem; ad cuius primam probationem

nem dicatur, quod ſine dubio eſt aptum medium, ad ſuadendam diverſitatem cognitionum, diverſitas ſpecierū, ſi illę adæquatè, & vt plures concurrant ad cognitionem; ſecus verò, ſi quælibet inadæquatè, & vt cum alijs adunata concurrat, quia in hoc caſu obiectum ſpecificativum cognitionum, non eſt quælibet ſpecies ſeorſim accepta, ſed omnes, vt adunatæ, & vt ſimul concurrentes; eo, quod ſpecificativum cognitionis, non eſt obiectum inadæquatum, ſed obiectum adæquatum cognitionis.

Diverſitas ſpecierum vt principium adæquatum cognitionem concurrentium ſuadet diverſitatem cognitionum.

14 Ad ſecundam probationem ex authoritate D.Thomæ depromptam, dicimus, quod D. Thomas in art. 14. quæſt. 14. primæ partis loquebatur de noſtro intellectu, qui quidem, ob proprij luminis tenuitatem, non poteſt ſimul vti pluribus ſpeciebus ad vnicam formandam cognitionem, niſi magna confuſione in volutam. Vnde (vt rectè obſervauit ſuper commentarium talis articuli §. *Adverte*, Cardinalis Caietanus) non ſunt intelligenda illa verba, ita vt ratio limitationis ſpeciei repręſentatiuæ hominis tantùm ſit ratio compoſitionis: *Quia hic ſenſus* (ait Caietanus) *eſt falſus, & contra mentem Sancti Thomæ; inferret enim, quod Angeli componendo intelligerent, quoniam habent ſpecies limitatas*. Siquidèm intellectus Angelicus vtens ſpeciebus limitatis, vna ſubiecti, & alia prædicati poteſt formare vnicam cognitionem iudicatiuam attingentem ſimul ſubiectum, prædicatum, & habitudinem prædicati ad ſubiectum. In articulo verò ſecundo, quæſtionis 58. 1. partis, ſolùm intendebat Divus Thomas (vt ipſum legenti conſtabit) quod Angelus non cognoſceret ſimul, ſeu vnica cognitione, repræſentata per plures ſpecies; ſi talia repræſentata, non vt ordinata, ſed vt plura cognoſcerentur, cum quo componitur, quod eadem cognitione cognoſcat varia repræſentata per plures ſpecies, ſi illa, vt adunata, cognoſcat.

Ad probationem ex S. Thoma reſpondetur.

Card. Caietanus.

Declaratur qualiter ſint intelligenda verba oppoſita ex S. Thoma.

15 Ad tertiam reſpondetur, quod ad diuerſitatem principiorum adæquatorum diuerſificantur principiata; ſecus ad diverſitatem principiorum inadæquatorum; & cū Angelus vtens varijs ſpeciebus ad vnicā intellectionē formandā, vtatur qualibet ex jis in particulari, tan-

Ad tertiā probationem reſpondetur.

Digitized by Google

Quartò.

Quartò: Difficilius eſt, quod vnica ſpecies deſerviat ad plures cognitiones, quam quod ex pluribus ſpeciebus probentur plures cognitiones; ſed primum evenit defacto, cum ſpecies repræſentatiua hominis deſerviat ad cognitiones hominis elicitas pro diverſis temporibus (quæ cognitiones ſunt inter ſe diſtinctæ) & cum vna ſpecies rei materialis deſerviat ad cognitionem, non connotatiuam rei materialis, prout in ſe, & ad cognitionem connotativam Angeli: ergo ſecundum poteſt contingere potiori titulo, ſcilicèt, quod ex diuerſitate ſpecierum intelligibilium deducatur diverſitas cognitionum: ergo quando Angelus cognoſcit aliquam propoſitionem obiectiuam, cuius ſubiectum cognoſcat per vnam ſpeciem, & cuius prædicatum cognoſcat per aliam, tunc habet duplicem cognitionem, vnam pro ſubiecto, & aliam pro prædicato.

Eſt obſervandum ad ſolutionem argumenti: quod ſpecies intelligibiles diverſæ poſſunt cōſiderari, vel vt plures, vel vt adunatæ.

12 Vt Reſpondeatur adverte: quod ſpecies intelligibiles diverſæ poſſunt conſiderari dupliciter. 1. vt plures, & vt quælibet adæquatè in eſſe ſpeciei ad cognitionem concurrens. 2. vt non plures, ſed vt adunatæ a lumine intelligentis; & ſic non poteſt ex diverſitate, aut pluralitate ſpecierum probari diverſitas, & pluralitas intellectionum; quia diuerſa, & plura, non benè deducuntur ex pluribus, & diverſis, *vt non pluribus, & vt non diuerſis*; in quibus tota pluralitas, & diverſitas de materiali ſe habeat: vt contingit in ſpeciebus diverſis, quibus vtatur Angelus ad cognitionem alicuius propoſitionis obiectiuæ, cuius ſubiectum repræſentaretur per vnam ſpeciem, & cuius prædicatum repræſentaretur per aliam; quas quidem ſpecies ob perfectionem ſui luminis Angelus adunaret ad formationem vnicę cognitionis. Vnde Angelus, vnica cognitione cognoſcit extrema huius propoſitionis: *Homo non eſt Leo*: etiam ſi homo repræſentaretur vna ſpecie, & leo repræſentaretur alia; quod quidē habet Angelus ad diſtinctionem hominis qui ſi pluribus ſpeciebus vteretur ad vnicam cognitionem, valdè confuſam cognitionem eliceret.

Iam reſpondetur ad argumētum.

13 Ex quibus iam reſpondetur ad argumentum negando antecedens, & ad eius probationem negando maiorem; ad cuius primam probationem

tem dicatur, quod ſine dubio eſt aptum medium, ad ſuadendam diverſitatem cognitionum, diuerſitas ſpecierū, ſi illę adæquatè, & vt plures concurrant ad cognitionem; ſecus verò, ſi quælibet inadæquatè, & vt cum alijs adunata concurrat, quia in hoc caſu obiectum ſpecificativum cognitionum, non eſt quælibet ſpecies ſeorſim accepta, ſed omnes, vt adunatæ, & vt ſimul concurrentes; eo, quod ſpecificativum cognitionis, non eſt obiectum inadæquatum, ſed obiectum adæquatum cognitionis.

Diverſitas ſpecierum vt partium ad cognitionem concurrentium ſuadet diverſitatem cognitionum.

14 Ad ſecundam probationem ex authoritate D.Thomæ depromptam, dicimus, quod D. Thomas in art.14.quæſt.14.primæ partis loquebatur de noſtro intellectu, qui quidem, ob proprij luminis tenuitatem, non poteſt ſimul vti pluribus ſpeciebus ad vnicam formandam cognitionem, niſi magna confuſione involutam. Vnde (vt rectè obſervauit ſuper commentarium talis articuli §. *Adverte*, Cardinalis Caietanus) non ſunt intelligenda illa verba, ita vt ratio limitationis ſpeciei repręſentatiuæ hominis tantùm ſit ratio compoſitionis: *Quia hic ſenſus* (ait Caietanus) *eſt falſus, & contra mentem Sancti Thomæ; inferret enim, quod Angeli componendo intelligerent, quamvis non habent ſpecies limitatas*. Siquidèm intellectus Angelicus vtens ſpeciebus limitatis, vna ſubiecti, & alia prædicati poteſt formare vnicam cognitionem iudicatiuam attingentem ſimul ſubiectum, prædicatum, & habitudinem prædicati ad ſubiectum. In articulo verò ſecundo, quæſtionis 58.1.partis, ſolùm intendebat Divus Thomas (vt ipſum legenti conſtabit) quod Angelus non cognoſceret ſimul, ſeu vnica cognitione, repræſentata per plures ſpecies; ſi talia repræſentata, non vt ordinata, ſed vt plura cognoſcerentur, cum quo componitur, quod eadem cognitione cognoſcat varia repræſentata per plures ſpecies, ſi illa, vt adunata, cognoſcat.

Ad probationem ex S. Thoma reſpondetur.

Card. Caietanus.

Declaratur qualiter ſint intelligenda verba oppoſita ex *S. Thoma*.

15 Ad tertiam reſpondetur, quod ad diuerſitatem principiorum adæquatorum diuerſificantur principiata; ſecus ad diverſitatem principiorum inadæquatorum; & cū Angelus vtens varijs ſpeciebus ad vnicā intellectionē formandā, vtatur qualibet ex jis in particulari, tan-

Ad tertiā probationem reſpondetur.

Digitized by Google

Ad diverſitatē principiorum adæquatorum diuerſificantur principiata.

tāquā in adæquato principio,& omnibus ſimul acceptis, vt vnico principio adæquato : hinc percipitur quomodo ad illarum diverſitatem,non diverſificentur intellectiones in Angelo.

Si dicas.

Satisfaciemus.

Si dicas:ergo etiam plures potentiæ,& plures habitus poſſunt ſimul concurrere tanquàm vnicum principium adæquatum ad vnicam cognitionem. Negabimus conſequentiam(licet poſsit concedi loquendo de habitibus,eo quod habitus Phyloſophiæ,,& Medicinæ valeant partialiter concurrere ad eundem formaliter indiviſibilem aſſenſum)varij etenim habitus,& variæ potentiæ , non poſſunt addunari ad productionem vnius cognitionis,ex eo quod habitus interſe diſtincti, & potentiæ inter ſe diſtinctæ reſpiciunt obiecta,quæ non ſolùm diſtinguūtur formaliter reſpectu habituum,& potentiarum,ſed & reſpectu cognitionum , reſpectu quarum poteſt ſe habere de materiali diſtinctio obiectorum formalium variarum ſpecierum,vt reſpectu viſionis ſimul inſpicientis album,& nigrum,de materiali ſe habet diſtinctio formalis,quam dicunt album,& nigrum reſpectu ſpeciei albi,& ſpeciei nigri.

Habitus Phyloſophiæ, & habitus Medicinæ poſſunt partialiter concurrere ad eundem formaliter indiviſibilem aſſenſum.

Mag. Serna.

Cuius diſcriminis ratio eſt(vt recte notat Doctiſſimus Magiſter Serna)quod ſubſtantia , & efficacia cognitionis provenit à lumine intellectuali(quo nomine cadit potentia intellectiva,cuius lumen facilitat,& confortat habitus intellectualis , ad quod munus ſe tenet ex parte potentiæ , & non ex parte obiecti vt ſpecies) potiusquàm ab ſpecie intelligibili:vnde illa obiecta,quę ſpecificant diverſas potentias , & diverſos habitus,non poſſunt non diſtinguere ſpecificè cognitiones ; ſicque non poteſt idem actus provenire ſimul a pluribus potentijs,& habitibus;ſi verò à pluribus ſpeciebus , lumine intellectuali perfecto addunatis,vt partialiter concurrāt reſpectu eiuſdem cognitionis claræ,& perfectæ ad diſtinctionem illius cognitionis vnicæ valde obſcuræ, quā (ſupra)diximus poſſe formari à noſtro intellectu pluribus ſpeciebus ſimul vtente.

Subſtantia , & efficacia cognitionis provenit à lumine intellectuali, potiusquàm ab ſpecie intelligibili.

Reſpondetur ad vltimam maioris probationem.

16 Ad vltimam probationem diſting.maiorem:difficilius eſt,quod vnica ſpecies deſerviat ad plures cognitiones,quàmquod ex pluribus ſpeciebus, proben-

bentur plures cognitiones ex pluribus ſpeciebus, quarum quælibet adæquatè concurrat, conced. maiorem: Quarum quælibet inadæquatè concurrat, neg. maiorem, & conceſſa minori diſting. primum conſequens: Ex diuerſitate ſpecierum adæquatè ſe habentium deducitur diuerſitas cognitionum, conced. conſequentiam: Ex diuerſitate ſpecierum inadæquatè ſe habentium negetur hęc conſequentia, & quę ex illa inferebatur. Angelis enim conceſsimus plures ſpecies intelligibiles ad vnicam cognitionem ſimul concurrentes; ſed ita, vt non quælibet ſeorſim adæquatè concurrat; ſed vt omnes ſimul, & vt adunatæ adæquatè concurrant, qualibet in particulari tantùm inadæquatè concurrente,

Angelis conceſſimus plures ſpecies intelligibiles, ſimul concurrentes ad vnicam cognitionem, vt adunatas.

17 Secundò arguitur: Componere eſt coniungere cognitionem ſubiecti cum cognitione prædicati; ſed Angelus poteſt coniungere cognitionem ſubiecti cum cognitione prædicati: ergo Angelus poteſt componere; & conſequenter etiam diuidere. Patet hæc vltima conſequentia: Quia eodem modo convenit, aut repugnat Angelo compoſitio, ac convenit, aut repugnat Angelo diuiſio. Probatur minor primò: Angelus ſuperior (iuxta probabilem opinionem Thomiſtarum) poteſt coniungere vnum conceptum à ſe elicitum cum alio; vt cum obiectum, quod intelligit vno actu attingit per quatuor actus, vt illuminet Angelum ſibi inferiorem erga tale obiectum; in quo caſu, non ſolùm producit Angelus ſuperior illos quatuor actus, ſed omnes inter ſe adunat, & proponit, vt à ſe ordinatos Angelo inferiori: ergo, & poterit coniungere cognitionem ſubiecti cum cognitione prædicati, adunando illam cum iſta.

Arguitur ſecundo.

Minor probatur primò.

18 Secundò probatur minor: Angelus poteſt recipere à Deo diuerſas reuelationes, per quas cognoſcat diuerſas rationes reuelatas, convenientes tamèn inter ſe: ergo in tali caſu poterit Angelus vnam rationem reuelatam, per compoſitionem adunare alteri rationi reuelatæ: ergo, & componere vnam rationem reuelatam cum altera: ergo Angelus in ſuis cognitionibus componere poteſt.

Probatur ſecūdò minor principalis.

Digitized by Google

Tertiò.

19 Tertiò probatur minor: Si Angelus non poſſet componere cognitionem ſubiecti cum cognitione prædicati; eſſet, nè procederet de imperfecto ad perfectum, ſeu de potentia ad actum in cognoſcendo (per modū compoſitionis) ſubiectum, & prædicatū (quo fundamento excluſimus diſcurſum ab Angelo in præcedētē dubio) ſed Angelus poteſt componere cognitionē ſubiecti cum cognitione prædicati, quin procedat de potētia ad actum; ergo Angelus poteſt cōponere cognitionē ſubiecti cum cognitione prædicati. Probatur minor: Ablato proceſſu de cognitione ſubiecti ad cognitionem prædicati, aufertur proceſſus de imperfecto ad perfectum in cognoſcendo (per modum compoſitionis) ſubiectum, & prædicatum; ſed poteſt deficere proceſſus de cognitione ſubiecti ad cognitionē prædicati, etiā ſi Angelus cognoſcat per modum cōpoſitionis ſubiectum, & prædicatū: ergo Angelus poteſt cōponere cognitionē ſubiecti cum cognitione prædicati, quin procedat de potētia ad actū. Probatur minor: de ratione cōpoſitionis non eſt, quod vnū extremū ſit prius, adhuc natura, alio (cum poſsit inveniri compoſitio inter ea, quæ ſunt ſimul natura, & ex æquo cōveniunt inter ſe, vt conveniunt duo relatiua, & ex æquo intrant convenientiā illam in relatione) ergo nec, quod de vno extremo cōpoſitionis detur proceſſus ad aliud (cum deficiente prioritate vnius ad aliud, deficiat proceſſus de vno ad aliud) ergo ablato proceſſu de cognitione ſubiecti ad cognitionem prædicati aufertur proceſſus de imperfecto ad perfectū in cognoſcendo per modum cōpoſitionis ſubiectū, & prædicatū.

Reſpōdetur ſecūdo argumento.

20 Reſpondetur negando minorem; ad primā probationē conceſſo antecedenti, negetur cōſequētia: Aliud enim eſt ordinare duos conceptus iudicativos inter ſe; aliud coniungere duas ſimplices apprehenſiones, quales eſſent cognitio ſolùm ſubiecti, & cognitio ſolū prędicati. Primum, nullam dicit imperfectionē Angeli ſuperioris illuminantis ordinantis illos conceptus: Tùm ob dicta in dubio pręcedenti num. 98. Tùm quia hoc, non tàm eſt componere vnum conceptū cum alio, quàm obiectū vnius conceptus cum obiecto alterius cōceptus, ſiquidē tota illa cōceptuū ordinatio inter ſe, eſt, & fit, nō vt ſit,

Aliud eſt ordinare inter ſe duos cōceptus iudicativos, aliud coniungere duas ſimplices apprehenſiones.

Digitized by Google

ſit,ſed vt obiecta ſub illo ordine conceptuum propoſita percipiantur ab Angelo inferiori.

21 Ad 2.probationē dicatur:quod varia revelabilia (v.g.duplex revelabile)poſſunt dupliciter reuelari diuerſis revelationibus.Primo,ita vt ſecundum revelabile reveletur ſeorſim à primo reuelabili, & à reuelatione ipſius,ita quod advenienti ſecunda revelatione ſecundi revelabilis,translata ſit prima primi revelabilis,ad modum reuelationis propheticæ;& tunc.&ſi talia reuelabilia cōveniant inter ſe,non poterit Angelus iudicare de cōvenientia ipſorū.quia deficit actuale lumen,quod includat duplex reuelabile,& convenientiā ſecundi revelabilis cū primo.Secūdo poſſunt reuelari ſimul duo revelabilia,ita quod licèt ſecundùm ſe cōveniāt,tamèn non reveletur talis cōveniētia;& tunc Angelus negatiuè ſe habebit reſpectu talis convenientię,nec tunc vnū obiectum cōponet cum altero ad cognoſcendā cōvenientiā vtriuſque. Vnde iuxta hanc duplicē conſiderationem facilè iā reſpondetur ad 2.partem probationis minoris,cōceſſo antecedenti,& negando conſequentias ex illo illatas.

Reſpōdetur ad 2. probationem.

Varia revelabilia poſſunt dupliciter revelari diuerſis revelationibus.

22 Ad tertiam probationem reſpondetur, negando primam,& ſecundam minorem. Ad cuius probationem,diſting.antecedens:De ratione compoſitionis non eſt,quod vnum extremum ſit prius adhuc natura, alia; de ratione compoſitionis obiectiuæ: permittitur antecedens:De ratione compoſitionis ſubiectiuæ: neg. antecedens.In compoſitione enim ſubiectiua,vnum extremū, ſe habet vt materia,& aliud vt forma:cumquè materia ſit prior natura forma;non poteſt in compoſitione ſubiectiua, vnum extremum, non eſſe prius alio, ſaltèm prioritate naturæ:quidquid ſit de compoſitione obiectiua, in qua extrema, poſſunt eſſe omnino ſimul. Ad illud, quod adducebatur de relationibus pro probatione huius antecedentis, dicatur nihil conducere ad noſtrum intentum: relatiua etenim (quæ ſecundùm ſe ſunt ſimul natura, & ſimul cognitione) non ſunt cognoſcibilia per modum compoſitionis, ſed per modum convenientiæ in relatione; vnum ſiquidem relativum, non componitur cum alio, vt cum illo conveniat in relatione; ſed tantùm ad hoc,

Ad 3.probationem reſpondetur.

In compoſitione ſubiectiua vnum extremū ſe habet, vt materia; & aliud vt forma.

Et ideo nequit non eſſe vnum prius alio,ſaltem prioritate naturæ.

Digitized by Google

Vnum relativũ non componitur cum alio, vt cum illo cõveniat in relatione; ſed tantùm ad hoc, vt vnũ referatur ad aliud.

vt vnum referatur ad aliud, vel è contra.

Tertiò arguitur.

23 Tertio Arguitur: Si quilibet Angelus deberet eadẽ cognitione cognoſcere ſubiectum, & prędicatum (vt nos intendimus) quilibet Angelus poſset cognoſcere ſubiectum, & prædicatum, quantumvis prædicatum diſtaret à ſubiucto, ſed hoc eſt falſum: ergo, & quod quilibet Angelus debeat cognoſcere ſubiectum, & prædicatum eadem cognitione. Probatur minor: Si Angelus poſſet eadem cognitione cognoſcere tale ſubiectum, & tale prædicatum, quilibet Angelus eſſet capax recipiendi vnicam ſpeciem intelligibilem, ſimul repræſentãtem tale ſubiectum, & tale prædicatum (quia, quę quilibet Angelus per vnam cognitionem, ſimul attingit, per vnicam ſpeciem poſſunt illi ſimul repræſentari) ſed non quilibet Angelus eſt capax recipiendi vnicam ſpeciem ſimul repræſentantem ſubiectum, & prædicatum, quantumvis prædicatum diſtaret à ſubiecto (alias omnibus Angelis fuiſſent infuſſæ ſpecies æquè vniuerſales, quas Deus ipſis non dedit propter eorum incapacitatem) ergo non quilibet Angelus poteſt cognoſcere eadem cognitione ſubiectum, & prædicatum, quantumvis prædicatum diſtaret a ſubiecto.

Confirmatur.

24 Confirmatur: Angelus nequit cognoſcere prędicatum ſupernaturale propter eius diſtantiam (ſeu eleva tionem) à ſubiecto naturali eadẽ cognitione naturali, qua cognoſcit ſubiectum naturale: ergo vt dicatur ab Angelo prædicatum ſupernaturale de ſubiecto naturali, eget Angelus alia cognitione, diſtincta à cognitione ſubiecti naturali, pro cognitione prædicati ſupernaturalis: ergo tunc componet. Probatur antecedens: Cognitione naturali, qua Angelus cognoſcit ſubiectum naturale, non poteſt cognoſcere prædicatum, non repræſentatum in ſubiecto naturali; ſed prædicatũ ſupernaturale, propter ſuã eminentiam, ſeu diſtantiam à ſubiecto naturali, non repræſentatur in ſubiecto naturali: ergo Angelus, nequit cognoſcere prædicatum ſupernaturale (propter eius elevationem, ſeu diſtantiam à ſubiecto naturali) eadẽ cognitione, qua cognoſcit ſubiectum naturale,

Reſpõdetur 3. argumento.

25 Reſpondetur: quod in Angelo datur duplex cognitio, prima abſoluta, ſecũda cõparatiua: prima

non

Digitized by Google

non ſe extendit ad magis, quàm ſpecies; & ſic vnæ ſpeciei vna correſpondet cognitio; quia tunc cognoſcuntur ſubiectum, & prædicatum, vt conveniunt ſub vna ratione formali *ſub qua*; & hac cognitione (vt de ſe patet) non poſſunt cognoſci ſubiectum, & prædicatum, quantumvis diſtans ſubiecto. Secunda ſe extendit ad plura, & ſi inter ſe diſtantia, in quo caſu Angelus intelligens, vtitur inadæquatè pluribus ſpeciebus, quarum quælibet, non poſſunt plura quantumvis diſtantia repræſentari. Vnde non omnia, quæ Angelus poteſt cognoſcere cognitione comparatiua, poſſunt repræſentari eadem ſpecie: ſi verò, quæ poteſt cognoſcere cognitione abſoluta attingente vnum extremum, ſine attributione ad aliud; ſed præciſsè, vt conveniens cum alio. Iam reſpondetur ad argumentum, conceſſa maiori (loquendo de cognitione comparatiua) & negando minorem, iuxta eundem ſenſum, ad cuius probationem debet negari maior propter immediatè dicta.

In Angelo datur duplex cognitio; prima abſoluta; ſecunda comparatiua.

Non omnia, quæ Angelus cognoſcit cognitione comparatiua, poſſunt repræſentari eadem ſpecie.

26 Ad confirmationem dicimus: Quod Angelus poteſt cognoſcere dupliciter prædicatum ſupernaturale in ſubiecto naturali; vel cognitione naturali (ſcilicèt) vel cognitione ſupernaturali: cognoſcit Angelus prædicatum ſupernaturale in ſubiecto naturali cognitione naturali, quando per ſpeciem ſubiecti naturali coniecturaliter, vel probabiliter cognoſcit prædicatum ſupernaturale in ſubiecto naturali, & tunc cognitio naturalis attingit in recto ſubiectum naturale, & in obliquo prædicatum ſupernaturale; cognoſcit verò Angelus cognitione ſupernaturali prædicatum ſupernaturale in ſubiecto naturali, quando per ſpeciem prædicati ſupernaturalis immediatè, & in recto attingit prædicatum ſupernaturale; & tunc cum Angelus cognoſcat de connotato ſubiectum naturale, vt ſubſtractum prædicati ſupernaturalis, in illo ſubſtracto cognoſcit cognitione ſupernaturali prædicatum ſupernaturale: conformiter ad dicta in dubio antecedenti de cognitione ſiuè naturali, ſiuè ſupernaturali concluſionum ſupernaturalium in principijs naturalibus.

Reſpõdetur ad confirmationem.

Explicatur, quãdo Angelus cognoſcit in ſubiecto naturali prædicatum ſupernaturale cognitione naturali; & quando cognitione ſupernaturali.

Hinc iam reſpondetur ad confirmationem, negan-

Digitized by Google

Cognitione naturali, qua Angelus cognoſcit ſubiectũ naturale, non poteſt cognoſcere prædicatum non repræſentatum poſitiuè, vel negativè in ſubiecto naturali.

gando antecedens (loquendo de cognitione coniecturali, aut probabili, ſiuè ſubiectiva, ſiuè obiectiva) Ad cuius probationem diſting. maiorem: Cognitione naturali, qua Angelus cognoſcit ſubiectum naturale, non poteſt cognoſcere prædicatum non repræſentatum in ſubiecto naturali: non repræſentatum poſitiuè, vel negatiuè, conced. maiorem: Non repræſentatum determinatè poſitiuè (& ſi repræſentetur negativè) neg. maiorem: Loquentes de cognitione coniecturali, aut probabili, ſiue ſubiectiuè, ſiue obiectiuè. Et diſting. minorem: Prædicatum ſupernaturale, non repręſentatur in ſubiecto naturali, poſitivè, conced. negativè, neg. minorem, & conſequentiam: quam diſtinctionem repræſentationis poſitiuæ, & negatiuæ iam explicavimus dubio antecedenti in numero 76.

§. III.

Deducuntur aliqua.

Primum corollarium. Angelus eſſentialiter eſt impotens componere, & diuidere formaliter.

27 PRimum eſt: Angelum eſſentialiter eſſe impotentem componere, & dividere formaliter; quia non minùs eſt incompoſitivus, & indiuiſivus, ac indiſcurſivus; ſed (vt diximus dubio antecedenti num. 103.) Angelus eſſentialiter eſt, & non tantùm connaturaliter indiſcurſivus: ergo eſſentialiter etiam, & non tantùm connaturaliter erit impotens componere, & diuidere formaliter.

Secundũ corollarium. Angelus non poteſt intelligere rationes cõmunes, illas abſtrahendo à particularibus.

28 Secundum eſt: Quod Angelus non poteſt intelligere abſtrahendo rationes communes à particularibus (quod eſt valdè notandum, cum in nobis propter hanc abſtractionem in cognoſcendo probetur compoſitio, & diviſio) quia eas tantum poteſt cognoſcere, vt ſunt in re, & vt ſunt in re, non ſunt abſtractæ à rationibus particularibus, ſed ipſis coniunctæ.

Si ſcire deſideretur: Cur Angelus, non poteſt cognoſcere rationes communes, vt abſtractas, ſed vt coniunctas rationibus particularibus? Eſt in promptu ratio; quia (ſcilicèt) Angelus habens ſpecies exemplificatas ab idea

idea Divina cognoſcit rationes communes, vt ab idæa Diuina deſcendentes; ac proindè, non abſtractas, ſed coniunctas rationibus particularibus, cum ſic deſcendant ab idea Divina.

29 Tertium eſt: Eſſe in Angelo compoſitionem, & diviſionem virtualem, modo quo in dubio antecedenti numero vltimo conceſsimus Angelis diſcurſum virtualem, abſque vllo inconvenienti, & ſi eſſet indiſcurſivus eſſentialiter.

30 Quartum eſt: Quod in cognitione Angelica ſalvatur veritas, & falſitas, etiam ſi Angelus nequeat componere, aut diuidere; quia cum veritas tantùm formaliter conſiſtat inconformitate intellectus ad rem; & falſitas formalis præciſse ſit indifformitate intellectus cum re: Quotieſcumque intellectus iudicet de rebus, vt ſunt in re, vel aliter, ac ſunt in re, intellectus erit verus, vel falſus in iudicando, ſiue ad hoc perveniat per plures conceptus, ſiue præciſsè per vnicum. Quapropter (ex genere rei loquendo) ad veritatem, vel falſitatem formalem ſe habet compoſitio, & diuiſio de materiali; & ſi ſe habeant de formali ad veritatem, vel falſitatem, prout à nobis dictam, propter noſtram imperfectionem in cognoſcendo. ¶ Et hæc de hoc dubio applicando lib. 2. diſt. Magiſtri, tùm diſt. 3. vbi de illo Ægydius. 3. part. diſt. quæſt. 2. artic. 3. & plures alij iuxta P. Suarez lib. 2. de Angelis, cap. 32. numero 5. Tum diſt. 6. vbi illud movent Scotiſtæ ſuper quæſtionem primam Doct. Subtilis circa illam diſtinctionem; Tùm diſt. 7. vbi de eo Gregorius quæſt. 5. artic. 2.

Cuiu inquirenti reddenda ratio.

Tertium corollarium.

In Angelo eſt compoſitio, & diuiſio virtualis.

Quartum corollarium.

In cognitione Angelica ſalvatur, veritas, & falſitas, etiam ſi Angelus nequeat componere, aut diuidere formaliter.

Ægydius.

P. Suarez.

Scotus.

Gregorius.

DVBIVM III.

Vtrùm Angelus Inferior Angelum ſuperiorem comprehendat?

§. I.

Præmittuntur Notanda.

Primum notabile.

1. DVBIJ titulus ſupponit alios Angelos eſſe ſuperiores, inferiores alios; vt tenet communis opinio, iuxta quam defacto dantur Angeli in ſpecie diſtincti, ac proindè inæquales (& ita vnus alteri ſuperior) eò quod ſpecies ſint inter ſe inæquales, ſicut ſunt inæquales numeri; Ideoquè nequeunt eſſe æquales illi Angeli, qui ſpecificè differant, vt inter ſe differunt omnes Angeli, conformiter ad ea, quæ diximus in prima diſputatione dubio 5. numero 1. (vbi notavimus ex Angelico Præceptore in 1. part. quæſt. 50. art. 4. ita omnes Angelos inter ſe ſpecie diſtingui, vt repugnet adhuc de potentia Dei abſoluta, duplex Angelus eiuſdem ſpeciei) quo præiacto dubium inquirit, An Angelus ſuperior comprehendatur ab Angelo ſibi inferiori?

Alij Angeli sũt ſuperiores, inferiores alij.

S. Thomas.

Secundum notabile.

Explicatur quid hic ſignificetur per hanc vocem *comprehenſio.*

Ad Philip. 3. v. 12.

P. Suarez.

Non cõtrovertitur modò, an Angelus, inferior

2. Ad cuius inveſtigationem præcipuè opportet animadvertere quid (quoad præſens) ſignificetur per hanc vocem *comprehenſio*; vt lis propoſita ſit non de voce; ſed de re præciſsè. Igitur pro comprehenſione hic, nec accipitur cognitio purè quidditativa obiecti; qualiter comprehenſio fuit accepta ab Apoſtolo, dum dixit: *Sequor autem ſi quomodo comprehendam*: quia non diſcutitur in hac controverſia (vt benè obſervat P. Suarez lib. 2. de Angelis, cap. 31. numero 6.) An Angelus inferior quidditatiuè ſuperiorem cognoſcat? Cum eum cognoſcat per propriam ſpeciem (qui modus cognoſcẽdi qui ditativus eſt) quin tali cognitioni quidditatiuæ ab Angelo inferiori eliciendæ officiat ſuperioritas Ange-

geli ſuperioris cognoſcendi; eò, quod Deus, qui magis diſtat in ſuperioritate ab intellectu beati, quàm Angelus ſupremus ab Angelo infimo, quidditatiuè à Beatis cognoſcitur.

rior quidditatiuè tantùm ſuperiorem cognoſcat.

Nec modò vſurpatur comprehenſionis nomen quævis cognitio, qua vtcumque cognoſcatur obiectum, de qua cognitione intelligi ſolet illud ad Epheſios 3. *Vt poſsitis comprehendere ::: quæ ſit latitudo*: quia ſi de cognitione quidditatiua purè tali non procedit dubitatio noſtra; potiori titulo non militabit erga cognitionem, vt quomodolibet acceptam, ſub qua cadit adhuc illa cognitio imperfectior cognitione quidditativa.

Nec vſurpatur comprehenſionis nomen quævis cognitio. Ad Epheſ. 3. v. 18.

Nec deniquè nunc pro comprehenſione intelligitur illa cognitio ita perfecta, quæ attingat in obiecto quidquid in illo eſt cognoſcibile, etiam ſi ſit ſupra vires naturales intellectus Angelici, à quo ipſa ſit elicita; eò, quod tantum exagitatur hæc quæſtio de comprehenſione naturali, quæ quidem non extenditur ad ea, quæ naturalem vim cognoſcitivam ſuperant.

Nec pro comprehenſione intelligitur illa cognitio, ita perfecta, quæ attingat in obiecto quidquid in illo eſt quomodocũque cognoſcibile.

Sed pro comprehenſione, in præſenti dubio, accipimus cognitionem naturaliter penetrativam obiecti, videntemquè in illo, & ex illo quidquid in illo, & ex illo eſt naturaliter cognoſcibile, ita vt nihil obiecti ipſam lateat, nec obiectum cognoſcentẽ per ipſam excedat, de qua comprehenſione loquebatur Magnus Parens Auguſtinus, tùm in Epiſtola 112. cap. 9. Vbi ait: *Totum illud comprehenditur videndo, quod ita videtur, vt nihil eius lateat videntem, aut cuius fines circumſpici, vel circumſcribi poſſunt*: Tùm in libro 12. de Civitate Dei cap. 12. aſſerens: *Quidquid ſcientia comprehenditur ſcientis cõprehenſione finitur, quatenus nimirum nihil eſt in re ſic cognita, quod ſit extra cognitionem comprehendentem illam*. Et in quo ſenſu etiam intellexit comprehenſionem Magiſter Angelicus. 1. part. quæſt. 12. art. 7. vbi in ſolutione ad 2. adducit primum teſtimonium Auguſtini ex Epiſtola 112. ſeu ex libro de *Videndo Deum ad Paulinam*.

Sed pro comprehenſione in præſenti accipitur cognitio naturaliter penetratiua obiecti; ita vt nihil obiecti ipſam lateat; nec obiectum cognoſcẽtem excedat. *S. Auguſtinus. S. Thomas.*

3 Eſt prætereà notatione dignum non moueri hoc dubium ſuper quamcumque comprehenſio-

Tertium notabile.

Hoc dubium tantùm procedit de comprehentione Angeli ſuperioris ab inferiori habenda.

P. Arriaga.

ſionem naturalem ab Angelo eliciendam; ſed præciſſe ſuper comprehenſionem naturalem Angeli ſuperioris ab Angelo inferiori habendam; quia Angelum inferiorem ſe ipſum naturali comprehenſione comprehendere, non venit in noſtram controverſiam, prout frequentiùs diſputari ſolitam (et ſi nec ſic ſe comprehèndere teneant aliqui, de quorum numero eſt Pater Arriaga, aſſerens in tractatu de Angelis diſputatione 11. ſectione 6. ſub ſectione 3. eſſe probabilius, quod quilibet Angelus ſe ipſum non comprehendit) cum non ſit maior ſua intelligibilitas, quàm ſua intellectualitas, quæ in quolibet Angelo propriam intelligibilitatem adæquat; & aliàs comprehenſio intellectualis in hac adæquatione conſiſtat.

Quia quilibet Angelus ſe ipſum comprehendit comprehenſione naturali.

Et Angelus ſuperior etiam naturali comprehenſione cōpræhendit Angelum ſibi inferiorem.

Adæquatio hic pro eodem ac circunſcriptio ſummitur.

Nec dubitatur, quod Angelus ſuperior, ſimili naturali comprehenſione, Angelum ſibi inferiorem comprehendat, eo quod ſi intellectualitas Angeli inferioris adæquatur cum propria intelligibilitate; & etiam intellectualitas Angeli ſuperioris (vtpote maior intellectualitas) adæquabitur cum intelligibilitate talis Angeli inferioris; ſeu ſufficiens erit ad hoc, vt circunſcribat prædictam intelligibilitatem. Quia adæquatio in præſenti pro eodem ac circunſcriptio ſumitur, cui non opponitur exceſſus circunſcribentis ad circunſcriptum (conſiſtens in hoc, quod circunſcribens ſit circunſcripto maius) vt ex circunſcriptione locali clarè colligitur. Quin oppoſitum ſenſerit Pater Vazquez (vt exiſtimatur à non nullis, inter quos eſt Magiſter Gonet) quia dum in 1. p. diſp. 205. cap. 3. num. 9. Iudicat, quod Angelus ſuperior non comprehendit ſibi inferiorem non loquitur de comprehenſione naturali, prout à nobis in præcedenti numero expoſita; ſed de comprehenſione ſe extendente ad illud, quod excedit vim naturalem intellectus Angelici, vt conſtabit ipſum Vazquium legēti.

P. Vazquez.
M. Gonet.

Pro ſententia negativa ſunt *Card. Cayetanus. MM. Nazarius. Zumel. Serra.*

4 Et circa quæſitum propoſitum, duplex eſt principalis ſententia; quarum vna negat Angelo inferiori, quod ad ſuperioris comprehenſionem pertingat: & pro ea decertant Cardinalis Cayetanus 1. part. q. 89. art. 2. 6. *Vbi adverte*: MM. Nazarius, Zumel, Serra, Lezana, Ferre, Gonet, & alij 1. part. quæſt. 56. art. 2. (vbi agi-

agitur de cognitione Angelica) nec non Illuſtriſsimus Godoy tomo 2. in 3.part. diſp. 35. varijs in locis; ac Magiſter Carraſco dubio.4.de Angelis, & in ſuis manuſcriptis idem tuentur RR.Bayona in diſp. de cognitione Angelorum dubio 1.& Magiſter Serna in quæſt. 56.art.2.dubio vnico:quibus ex parte adhæret RR. a S. Thoma 1.part.quæſt. 56.diſp.22. à numero 10. (aſſerens ibi, quod Angeli inferiores vi propriæ virtutis, & intelligentiæ non comprehendunt ſuperiores, ſin verò ſi illi ab his illuminentur) & ex DD.Societatis PP.Suarez tàm in libro 2.de Angelis cap.31.numero 14.quàm in Metaphyſicis diſputatione 35. ſectione 4. numero 4.Quiros tractatu de Angelis diſp.61. Sectione 4.& Arriaga vbi ſupra in numero 3.citatus(qui ſimul ſentit poſſe divinitus Angelum inferiorem comprehendere ſuperiorem in caſu,quo inferior ad hoc a Deo ſupernaturaliter elevetur) quod & alijs arridet.

Iezana. Ferre. Gonet. Illuſt.Godoy. M.Carraſco. RR.Bayona. M.Serna, RR.à S.Thoma. PP.Suarez. Quiros. Arriaga.

Altera fatetur: Angelum ſuperiorem ab Angelo inferiori comprehendi comprehenſione naturali, & illam propugnant Ferrarienſis 2.*Contra Gentes* cap. 96. Magiſter Bañez 1.part. quæſt. 56. art. 2. dubio 2. reſſerens pro hac opinione MM.Victoria,& Sotum: Magiſter Albelda etiam in 1.part.quæſt. 56. diſp. 25. ſectione 3.PP. Salmanticenſes tractatu 7.diſp.6. à numero 64. Illuſtriſsimus Araujo 1.part. quæſt. 56. dubio 3. Ex Scotiſtis Magiſter Delgadillo tractatu de Angelis cap. 4. dificuit. 4.numero 14. & ex PP. Ieſuitis,Pater Molina 1.part.quæſt.56.artic.2.quod quidem placet Patri Vazquez 1.part.diſp.205.cap.3. (ex ſuppoſitione, quod non exigatur ad comprehenſionem cognitio actuum liberorum Angeli comprehendẽdi)Patri Ripalda tomo 1. de ente ſupernaturali diſp, 13.num.14.& nonnullis alijs in materia de Angelis.

Pro affirmativa ſtant MM. *Ferrara. Bañez. Victoria. Sotus. Albelda. Salmanticenſ. Ill.Araujo. Delgadillo. PP.Molina. Vazquez. Ripalda.*

* * *

§.II.

§. II.

STATVITVR NEGATIVA CONCLVSIO.

Angelus inferior nequit ſibi ſuperiorem comprehendere.

Probatur à ratione concluſio.

5 QVam ſic fundabimus: iuxta dicta in numero 3. Vnum alterum comprehendere intellectualiter eſt vnum alterum intellectualiter circunſcribere; ſed Angelus inferior, nequit circunſcribere intellectualiter Angelum ſibi ſuperiorem; ergo Angelus inferior nequit ſuperiorem cōprehendere. Probatur minor: Vnum alterum intellectualiter circunſcribere, exigit neceſſariò, quod non ſit maior intelligibilitas circunſcripti, quàm intellectualitas circunſcribentis; (Tum quia hoc ita eſſe ex ipſo conceptu circunſcriptionis apparet; Tum quia hoc ſuadetur aſsimili de circunſcriptione locali, ad quam indiſpenſabiliter deſideratur, quod non excedat ſuperficies corporis locati ſuperficiem corporis locantis) ſed eſt maior intelligibilitas Angeli ſuperioris, quàm intellectualitas Angeli inferioris; ergo Angelus inferior nequit circunſcribere intellectualiter Angelum ſibi ſuperiorem.

Vnum alterum intellectualiter comprehendere, eſt vnum alterum intellectualiter circunſcribere.

Probatur minor: Intellectualitas Angeli ſuperioris eſt maior, quàm intellectualitas Angeli inferioris: ergo eſt maior intelligibilitas Angeli ſuperioris, quàm intellectualitas Angeli inferioris. Patet conſequentia, ex eo, quod intelligibilitas Angeli ſuperioris adæquatur cū ipſiuſmet ſuperioris intellectualitate; eò, quod ab eadem eſſentia, & ſubſtantia intellectuali proveniat ſuperioris intellectualitas, cui correſpondet intelligibilitas ipſius ſuperioris. Et antecedens probatur: Intellectualitas Angeli ſuperioris radicatur in perfectiori eſſentia, quàm intellectualitas Angeli inferioris (cum illius eſſentia ſit ſpecificè perfectior, quam eſſentia Angeli inferioris) ſed ex hoc habetur, quod intellectualitas Angeli ſuperioris ſit maior, quàm intellectualitas Angeli inferioris (quia ad exceſſum, & maiorem perfectionem radicis, ſe-

Intellectualitas Angeli ſuperioris eſt maior, quam intellectualitas Angeli inferioris.

Digitized by Google

ſequitur eſſe maius in radicato)ergo intellectualitas Angeli ſuperioris eſt maior,quam intellectualitas Angeli inferioris.

6 Vel aliter:Intelligibilitas Angeli inferioris æquatur cum ſua intellectualitate (cum,& ideò Angelus inferior ſe ipſum comprehendat) ſed intelligibilitas Angeli ſuperioris eſt maior, quàm intelligibilitas Angeli inferioris: ergo intelligibilitas Angeli ſuperioris eſt maior,quam intellectualitas Angeli inferioris: ergo talis intelligibilitas nequit circunſcribi (& conſequenter, nec comprehendi) ab intellectualitate Angeli inferioris. Probatur minor: Intelligibilitas ſequitur ad immaterialitatem (ſicut enim res immaterialior eſt magis cognoſcitiua,ſeu intellectiua;ita eſt magis cognoſcibilis,aut intelligibilis)ſed eſt maior immaterialitas Angeli ſuperioris, quam immaterialitas Angeli inferioris (cum Angelus ſuperior excedat inferiorem in perfectione ſpecifica, quæ eſt poſitiua immaterialitas) ergo intelligibilitas Angeli ſuperioris eſt maior, quàm intelligibilitas Angeli inferioris.

Aliter ſuadetur:quod intelligibilitas Angeli ſuperioris eſt maior, quã intellectualitas Angeli inferioris.

Intelligibilitas ſequitur ad immaterialitatem.

7 Vrgetur:Magis diſtat ad intellectualitate Angeli inferioris intelligibilitas ſubſtantiæ Angeli ſuperioris, quàm intelligibilitas ſpecierum intelligibilium ipſi Angelo ſuperiori infuſſarum; ſed Angelus inferior nequit comprehendere ſpecies intelligibiles Angelo ſuperiori infuſſas: ergo Angelus inferior, nequit comprehendere Angelum ſuperiorem. Maior eſt certa: quia maior eſt intelligibilitas ſubſtantiæ Angeli ſuperioris, quàm intelligibilitas ſpecierum intelligibilium, quæ ipſi ſuperiori ſunt infuſſæ;Et minor probatur: Species intelligibiles Angelo ſuperiori infuſſæ, nequeunt comprehendi per ſpecies intelligibiles exiſtentes in intellectu Angeli inferioris: ergo Angelus inferior nequit comprehendere ſpecies intelligibiles Angelo ſuperiori infuſſas. Conſequentia conſtat: quia ſi Angelus inferior poſſet comprehendere ſpecies intelligibiles infuſſas intellectui Angeli ſuperioris, tales ſpecies comprehenſibiles eſſent per ſpecies intelligibiles exiſtentes in intellectu Angeli inferioris.Et vltra, hæc conſequentia ſimul cum antecedenti expreſsè docetur à Præ-

Vrgetur.

Angelus inferior nequit cõprehendere ſpecies intelligibiles infuſſas Angelo ſuperiori.

Digitized by Google

Sanct. Thomas.

Præceptore Angelico in quæſtione 16. de *Malo* art. 8. vbi ait: *Vnusquiſque intellectus aliter ſe habet ad ſpecies intelligibiles ſuperioris intellectus, & aliter ſe habet ad ſpecies intelligibiles inferioris intellectus; nam ſpecies intelligibiles ſuperioris intellectus ſunt vniverſaliores, & ideo non poſſunt comprehendi per ſpecies intelligibiles inferioris intellectus; & ideo inferior intellectus non poteſt ea perfectè cognoſcere.*

Dices.

8 Dices: non exigi ad comprehenſionem, quod commenſuretur cum intellectualitate compræhendentis intelligibilitas comprehenſi; ſed ſufficere, quod nihil ſit obiecti comprehenſi, quod lateat comprehendentem; quia in hoc ſalvari conceptum comprehenſionis ſupposuimus in numero 2. cum Magno Parente Auguſtino. Vnde cum nihil, ex naturaliter cognoſcibilibus in Angelo ſuperiori, inferiorem lateat, Angelus inferior ſibi ſuperiorem, naturali comprehenſione comprehendet.

S. Auguſtinus.

Sed contra.

9 Sed contra: quod nihil obiecti cogniti lateat cognoſcentem non ſufficit ad comprehenſionem ſtrictam, ſed hic loquimur de ſtricta comprehenſione: ergo quod nihil Angeli ſuperioris inferiorem lateat non ſufficit ad verificandũ Angelũ inferiorẽ cõprahendere ſuperiorẽ. Probãtur pręmiſſę, & primò maior, quod nihil obiecti cogniti lateat cognoſcentem, non plus petit, quàm quod ad omne, quod in obiecto eſt, terminetur cognoſcens; ſed non ſufficit ad comprehenſionem ſtrictam, quod ad omne, quod in obiecto eſt, terminetur cognoſcens: ergo quod nihil obiecti cogniti lateat cognoſcentem non ſufficit ad comprehenſionem ſtrictam. Probatur minor, quod ad omne quod in obiecto eſt terminetur cognoſcens, non ſuadet eſſe (adminùs) tantũ obiectũ cognitũ, quãtũ eſt ſubiectũ cognoſcẽs (vt nõ negabitur a ſolutionis Authoribus) ſed non ſufficit ad cõprehenſionem ſtrictam, quod non ſuadet eſſe (adminùs) tantum obiectum cognitum, quantum eſt ſubiectum cognoſcens. Tum quia hoc videtur clarum. Tum quia comprehenſio intellectualis ſtricta aſsimilatur comprehenſioni locali, quæ non ſalvatur (ſecundùm Doctorem Angelicum in 4. diſtinct. 49. quæſt. 2. art. 3.) ſi corpus

Hic loquimur de comprehenſione intellectuali ſtricta.

Non ſufficit ad talem ſtrictam comprehenſionem, quod nõ ſuadet eſſe tantum obiectum cognitum, quãtum eſt ſubiectum cognoſcens.

Digitized by Google

locatum non ſit (adminùs) tantum, quantum eſt corpus locans. Tum quia hoc, & non aliud dicimus in numero 2. à ſolutione oppoſito: ergo non ſufficit ad comprehenſionem ſtrictam, quod ad omne, quod in obiecto eſt, terminetur cognoſcens.

S. Thomas.

Iam probatur prima minor. Comprehenſio, de qua hic loquimur, eſt illa, de qua loquebatur D. Auguſtinus in loco pro ſolutione adducto; ſed ibi loquebatur Sanctus Doctor de comprehenſione ſtricta: ergo hic loquimur de ſtricta comprehenſione. Maior ſupponitur ex numero 2. & minor probatur. Sanctus Doctor ibi loquebatur de comprehenſione, ſumpta pro circunſcriptione obiecti; ſed talis eſt ſtricta comprehenſio: ergo Sanctus Auguſtinus ibi loquebatur de ſtricta comprehenſione. Probatur maior: Sanctus Auguſtinus loquebatur ibi de comprehenſione ita attingente obiectum, quod per ipſam *obiecti fines circunſcribi poſſent* (vt conſtat ex doctrina Sancti Doctoris allata in numero 2.) ergo Sanctus Auguſtinus ibi loquebatur de comprehenſione ſumpta pro circunſcriptione obiecti.

Probatur primo minor huius impugnationis.

Comprehenſio intellectualis, accepta pro circunſcriptione obiecti, eſt ſtricta comprehēſio.

10 Aut efficaciùs impugnatio proponitur. Quando D. Auguſtinus dixit: *Tunc comprehendi obiectum quando nihil eius videntem, ſeu cognoſcentem latet*, non intendit præciſſè, *quod totum obiectum attingatur à cognoſcente*; ſed vltra hoc petit, *quod non ſit maius obiectum in eſſe intelligibili, quam in eſſe intellectuali cognoſcens*: ſed ad hoc, quod non ſit maius obiectum in eſſe intelligibili, quàm in eſſe intellectuali cognoſcens, requiritur quod commenſuretur intellectualitas comprehendentis, cum intelligibilitate comprehenſi: ergo ad comprehenſionem requiritur, quod commenſuretur intellectualitas comprehendentis cum intelligibilitate comprehenſi. Probatur maior. Quando D. Auguſtinus dixit: *quod tunc totum aliquod comprehenditur, cum nihil eius latet videntem*, ſe explicat immediatè dicendo: *Aut cuius fines circunſpici, vel circunſcribi poſſunt*; ſed hoc eſt idem, ac petere ad comprehenſionem, quod non ſit maius obiectum in eſſe intelligibili, quàm in eſſe intellectuali cognoſcens (vt ex vſque nunc dictis manifeſtum apparet) ergo quando D.

Efficaciùs proponitur impugnatio.

Vt obiectum non ſit maius in eſſe intelligibili, quam in eſſe intellectuali cognoſces, requiritur, quod commenſuretur intellectualitas comprehēdentis cum intelligibilitate comprehenſi.

Digitized by Google

D. Auguſtinus dixit tunc comprehendi obiectum, quando nihil eius videntem, ſeu cognoſcentem latet, non intendit præciſsè, quod totum obiectum attingatur à cognoſcente; ſed vltra hoc petit, quod non ſit maius obiectum in eſſe intelligibili, quàm in eſſe intellectuali cognoſcens.

Dices.

11 Dices: Quod admiſſo eſſe neceſſariam ad comprehenſionem, commenſurationem intelligibilitatis obiecti comprehenſi cum intellectualitate comprehendentis, hoc eſt intelligendum non de commenſuratione in eſſe entis; ſed dumtaxat de commenſuratione in eſſe intentionali, quam abs dubio ſervat intelligibilitas Angeli ſuperioris cum intellectualitate Angeli inferioris, & ſi Angelus ſuperior in eſſe entitatiuo Angelū inferiorem excedat.

Sed contra primò.

Intelligibilitas obiecti cogniti, & intellectualitas ſubiecti cognoſcētis, debent conſiderari, prout illa correſpondet immaterialitati obiecti cogniti; & iſta immaterialitati ſubiecti cognoſcentis.

12 Contra quod eſt: & primò: quomodocumque commenſurentur intelligibilitas obiecti cogniti, & intellectualitas ſubiecti cognoſcentis debent conſiderari, prout intelligibilitas correſpondet immaterialitati obiecti cogniti, & prout intellectualitas provenit ab immaterialitate ſubiecti cognoſcentis (vt non diffitebitur) ergo ſi non commenſuretur immaterialitas ſubiecti cognoſcentis cum immaterialitate obiecti cogniti, non poteſt ſubiectum cognoſcens comprehendere obiectum cognitum. Patet conſequentia: Quia ſi hęc commenſuratio non ſervaretur, nec ſervari poterit vlla alia commenſuratio inter intelligibilitatem obiecti cogniti, & intellectualitatem ſubiecti cognoſcentis: ac proindè, nec commenſuratio in eſſe intentionali iuxta ſolutionem ad comprehenſionem exacta; tunc ſic; ſed commenſuratio immaterialitatis ſubiecti cognoſcentis cum immaterialitate obiecti cogniti, eſt commenſuratio, in eſſe entis, ſubiecti cognoſcentis cum obiecto cognito (vt etiam ab adverſarijs aſſeritur) ergo debet ſubiectum cognoſcens commenſurari in eſſe entis cum obiecto à ſe cognito, vt illud valeat comprehendere: ergo cum non commenſuretur, in eſſe entis, Angelus inferior cognoſcens cum Angelo ſuperiori ab ipſo inferiori cognito, nec cum ſuperioris intelligibili-

bili-

Digitized by Google

bilitate commenſurabitur in eſſe intentionali intellectualitas Angeli inferioris.

13 Secundo impugnatur ſolutio (intendendo requiri ad comprehenſionem intellectualem commenſurationem entitativam intelligibilitatis obiecti comprehenſi cum intellectualitate ſubiecti comprehendentis, quin ſola commenſuratio intentionalis ſufficiat) ſi ad comprehenſionem ſufficeret, quod intelligibilitas obiecti comprehenſi commenſuraretur cum intellectualitate comprehendentis commenſuratione præciſsè in eſſe intentionali, hæc eſſet mala conſequentia: *Intellectus creatus nequit eſſe maior, nec æqualis intelligibilitati Dei in eſſe entitatiuo: ergo non poteſt Deum comprehendere.* Sed hæc conſequentia non eſt mala, ſed potius eſt legitima: ergo ad comprehenſionem non eſt ſufficiens commenſuratio in eſſe purè intentionali intelligibilitatis obiecti comprehenſi cum intellectualitate comprehendentis; ſed vltra hanc commenſurationem eſt neceſſaria commenſuratio in eſſe entitatiuo. Probatur minor: Divus Thomas in 4. diſt. 49. quæſt. 2. artic. 3. in argumento: *Sed contra*, hæc habet verba: *Omne, quod comprehendit aliquid, vel eſt maius, vel æquale illi; ſed intellectus creatus non poteſt eſſe maior Deo, nec æqualis: ergo non poteſt ipſum comprehendere.* Sed Sanctus Doctor loquebatur ibi de maioritate, & æqualitate in eſſe entitatiuo intellectualitatis comprehendentis comparatæ intelligibilitati obiecti comprehenſi (vt clarè habetur ex reſolutione articuli in fine) ergo hæc conſequentia non eſt mala, ſed potius legitima: *Intellectus creatus, nequit eſſe maior, nec æqualis intelligibilitati Dei in eſſe entitatiuo: ergo non poteſt ipſum comprehendere.*

Contra ſecundò,

Ad comprehẽſionem intellectualem requiritur commenſuratio entitatiua intelligibilitatis obiecti cõprehenſi cum intellectualitati ſubiecti comprehendentis.

S. Thomas.

14 Tertiò: Eò non exigeretur ad comprehenſionem intellectualem commenſuratio entitatiua intelligibilitatis obiecti cogniti cum intellectualitate ſubiecti cognoſcentis, quia non deſideraretur ad illam, quod modus, qui eſt in obiecto, eſſet in cognoſcente, ſed ſufficeret, quod totus modus obiecti attingeretur à

Contra tertiò.

X cog-

cognoſcente; ſed non ſufficit ad comprehenſionem intellectualem, quod totus modus obiecti attingatur à cognoſcente, ſed vltra deſideratur, quod modus, qui eſt in obiecto, ſit etiam in cognoſcente: ergo neceſſariò exigitur ad comprehenſionem intellectualem, quod intelligibilitas obiecti cogniti commenſuretur (per non exceſſum) in eſſe entitatiuo cum intellectualitate ſubiecti cognoſcentis. Minor (quæ vnicè eget probatione) docetur expreſsè à Diuo Thoma aſſerente in 1. part. quæſt. 12. artic. 7. ad 3. Beatos Deum non comprehendere, & ſi totum Deum cognoſcant, quia modus infinitus, qui eſt in Deo cognito, non competit ipſis Beatis; eò, quod Deum infinitè nõ cognoſcunt, quod etiam tradidit in 4. diſt. 49. quæſt. 2. artic. 3. ad 3.

Siquidem ad illam deſideratur, quod modus, qui eſt in obiecto, ſit etiã in cognoſcente.

S. Thomas.

15 Explicatur hoc: Quia Deus eſt infinitus & infinitè cognoſcibilis; & concluſio demonſtrabilis eſt cognoſcibilis per demonſtrationem, nequit Deus comprehendi per cognitionem non infinitam, nec concluſio demonſtrabilis per cognitionem non demonſtrativam; ſed hoc ideò evenit, quia cognitio debet in ſuo modo commenſurari cum modo, qui eſt in obiecto: ergo non ſufficit ad vllam comprehenſionem intellectualem ſtrictam, quod cognitio præciſè commenſuretur cum obiecto cognitó in eſſe intentionali: ergo nec ad talem comprehenſionem erit ſufficiens commenſuratio in eſſe purè intentionali intelligibilitatis obiecti comprehenſi cum intellectualitate comprehendentis.

Explicatur hoc. Quia Deus eſt infinitus, & infinitè cognoſcibilis, nequit cõprehendi per cognitionẽ non infinitam. Et quia concluſio demonſtrabilis eſt cognoſcibilis per demonſtrationẽ, non poteſt cõprehendi per cognitionẽ nõ demonſtrativã.

Maior eſt doctrina Divi Thomæ, vt ex articulis citatis in præcedenti numero conſtat. Et min. probatur: Ideò Deus infinitus, & infinitè cognoſcibilis, nequit comprehendi per cognitionem non infinitam, nec concluſio demonſtrabilis per cognitionem non demonſtrativam, quia cognitio comprehenſiua debet eſſe tanta entitatiuè, aut ſubiectiuè in eſſe cognitionis, quantum eſt obiectum in eſſe cognoſcibilis; ſed nec cognitio non infinita eſt ſic tanta in eſſe cognitionis, quantus eſt Deus infinitus in eſſe cognoſcibilis, nec cognitio non

Cognitio comprehenſiua debet eſſe tanta entitatiuè, vel ſubiectivè in eſſe cognitionis, quan-

Digitized by Google

non demonſtratiua, eſt ſimiliter tanta in eſſe cognitionis, quanta eſt concluſio demonſtrabilis in eſſe cognoſcibilis: ergo ideò Deus infinitus, & infinitè cognoſcibilis, nequit comprehendi per cognitionem non infinitam, nec concluſio demonſtrabilis per cognitionem non demonſtratiuam; quia comprehenſio debet commenſurari in ſuo modo cum modo, qui eſt in obiecto. Conſequentia benè deducitur, & antecedens videtur certum, ſemel admiſſis traditis in numero 14. ex Præceptore Angelico.

quātū eſt obiectum in eſſe cognoſcibilis.

16 Dices: Quod ſi ad comprehenſionem non ſufficit, quod cognitio ſit tanta terminatiuè, quantum eſt obiectum; ſed etiam eſt neceſſarium, quod ſit tanta ſubiectiuè, nulla alia cognitio poterit eſſe comprehenſiua ſubſtantiæ præter illam, qua Deus ſe cognoſcit, cum nulla alia præter hanc, ſeruet adæquationem entitatiuã cum obiecto cognito; eò, quod omnis cognitio creata eſt accidens; ac proindè impotens, vt ſit tanta ſubiectiuè, quantum eſt obiectum, quod ſit ſubſtantia, ſeu entitatiuè adæquari cum tali obiecto.

Dices.

17 Sed contra eſt: Dum dicimus debere cognitionem comprehenſiuam eſſe tantam ſubiectivè, quantum eſt obiectum cognitum in eſſe cognoſcibilis, hoc dicimus non abſolutè, ſed cum addito, ſcilicèt; *eſſe tantam* in eſſe cognitionis; ſed ad hoc, quod cognitio comprehenſiua creata, ſit tanta ſubiectiuè in eſſe cognitionis, quantum eſt obiectum cognitum in eſſe cognoſcibilis, non requiritur, quod ſi hoc ſit ſubſtantia, etiam cognitio creata ipſius comprehenſiua ſit ſubſtantia: ergo non ſequitur ex noſtra doctrina, quod ex illa prætendit immediata ſolutio. Probatur minor: Ad hoc, quod cognitio comprehenſiua creata ſit tanta ſubiectivè in eſſe cognitionis, quantum eſt obiectum cognitum in eſſe cognoſcibilis præciſſè requiritur, quod habeat talis cognitio in ſua entitate illam perfectionem cognoſcitiuam, qua obiectum petit cognoſci (quia ſi hanc perfectionem habeat, non exceditur ab obiecto in eſſe cognoſcibilis; ſed potius adæquatur cum ipſo) ſed ad hoc, quod cognitio habeat in ſua entitate illam

Sed contra.

Explicatur quid ſit: cognitionē comprehenſiuam creatam eſſe tantā ſubiectivè in eſſe cognitionis, quantū eſt obiectum cognitū in eſſe cognoſcibilis.

illam perfectionem cognoſcitiuam, qua obiectum petit cognoſci, non requiritur, quod ſi hoc ſit ſubſtantia, etiam cognitio creata, ipſius comprehenſiua, ſit ſubſtantia: ergo ad hoc, quod cognitio comprehenſiua creata ſit tanta ſubiectiuè in eſſe cognitionis, quantum eſt obiectum cognitum in eſſe cognoſcibilis, non requiritur, quod ſi hoc ſit ſubſtantia, etiam cognitio creata, ipſius comprehenſiua, ſit ſubſtantia. Conſequentia patet; & minor conſtat ex eo, quod tàm cognitio, qua quilibet Angelus ſe adæquatè cognoſcit, quàm cognitio, qua Angelus ſuperior, etiam adæquatè, cognoſcit Angelum ſibi inferiorem, habeant illam perfectionem, qua petunt cognoſci tales Angeli, ſeù ſubſtantiæ intellectuales, quin dictæ cognitiones poſsint eſſe ſubſtantiæ.

Vel aliter.

18 Vel aliter, Dum dicimus, quod cognitio comprehenſiua creata debet eſſe tanta ſubiectiuè in eſſe cognitionis, quantum eſt obiectum comprehenſum in eſſe cognoſcibilis; hoc dicimus ad excludendam à conceptus comprehenſionis illam cognitionem terminatam ad totam cognoſcibilitatem obiecti, & non adæquatam, in ſua perfectione, cum tota perfectione cognoſcibilitatis obiecti, vt non adæquatur cum concluſione demonſtrabili cognitio non demonſtratiua, & ſi terminetur ad totam concluſionem demonſtrabilem: ergo vt in cognitione creata ſalvari poſſet conceptus comprehenſionis, non requiritur, quod adæquetur cum obiecto comprehendendo adæquatione omnino abſoluta; ita vt ipſa ſit ſubſtantia, ſi ſit ſubſtantia obiectum, cuius ſit comprehenſio.

Ad quod non requiritur, quod adæquetur cum obiecto comprehendendo adæquatione omnino abſoluta.

Antecedens habetur ex dictis in numero 15. & conſequentia ſuadetur facilè; Vt cognitio comprehenſiua creata adæquetur in ſua perfectione cum tota perfectione cognoſcibilitatis obiecti, ſufficit, quod attingat obiectum ita perfectè, ſicut ipſum petit cognoſci; ſed ad hoc, quod cognitio attingat obiectum, ita perfectè, ſicut ipſum petit cognoſci, non requiritur, quod adæquetur cum obiecto adæ-

Vt cognitio cõprehẽſiua creata adæquetur in ſua perfectione cum tota perfectione cognoſcibilitatis obiecti, ſufficit, quod attingat obiectũ, ita perfectè, ſicut ipſũ petit cognoſci.

adæquatione omnino abſoluta, ita vt ipſa ſit ſubſtantia, ſi ſit ſubſtantia obiectum, cuius ipſa ſit comprehenſio (Tum quia demonſtratio attingit ita perfectè concluſionem demonſtrabilem, ſicut ipſa concluſio petit cognoſci, quin demonſtratio ſit concluſio demonſtrabilis; Tùm quia ſubſtantia clarè cognoſcibilis, cognoſcitur ita perfectè, ſicut petit cognoſci per cognitionem claram creatam, quin talis cognitio ſit ſubſtantia) ergo, vt in cognitione creata ſalvari poſſet conceptus comprehenſionis, nôn requiritur, quod adæquetur cum obiecto comprehendendo, adæquatione omnino abſoluta, ita vt ipſa ſit ſubſtantia, ſi ſit ſubſtantia obiectum cuius ſit comprehenſio.

19 Tandèm dices: Non requiri ad hoc, vt in comprehenſione ſit cognitio tanta ſubiectivè in eſſe cognitionis, quantum eſt obiectum in eſſe cognoſcibilis, quod ſit cognoſcens eiuſdem immaterialitatis ſpecificæ cum obiecto cognito; ſed ſufficere, quod conveniat cum prædicto obiecto in eodem gradu immaterialitatis: ex quo colligitur, quod nec requiratur ad comprehenſionem, quod cognitio adæquetur in eſſe entis cum obiecto cognito; & cum Angelus inferior conveniat cum ſuperiori in eodem gradu immaterialitatis, conſiſtente in excluſione omnis materiæ phyſicæ; hinc fit, quod cognitio Angeli inferioris poſſet in eſſe cognitionis eſſe tanta ſubiectiuè, ſicut eſt Angelus ſuperior in eſſe cognoſcibilis. Dices.

20 Sed contra: Semel admiſſo, quod Angelus inferior præciſsè convenit cum ſuperiori in gradu immaterialitatis, nequit ſaluari, quod eius cognitio ſit tanta in eſſe cognitionis, quantus eſt Angelus ſuperior in eſſe obiecti cognoſcibilis; ſed ad comprehenſionem indiſpenſabiliter requiritur, quod cognitio cōprehēdētis ſit tanta in eſſe cognitionis, quantum eſt obiectum in eſſe cognoſcibilis (vt iàm ex ſuperioribus ſufficienter habetur) ergo ſolutio non infringit doctrinam noſtram. Probatur maior: Si Angelus inferior præciſsè convenit cum ſuperiori in gradu immaterialitatis, non eſt eiuſdem immaterialitatis ſpecificæ cum Angelo ſuperiori; ſed ſi Angelus inferior non eſt eiuſdem im-

Sed contra.

Si Angelus inferior præciſè convenit cum ſuperiori in gradu immaterialitatis, nequit ſalvari, quod eius cognitio de ſuperiori habita, ſit tanta in eſſe cognitionis,

nis, quantus eſt Angelus ſuperior in eſſe cognoſcibilis.

materialitatis ſpecificæ cum Angelo ſuperiori, nequit ſalvari quod eius cognitio ſit tanta in eſſe cognitionis, quantus eſt Angelus ſuperior in eſſe obiecti cognoſcibilis: ergo ſemel admiſſo, quod Angelus inferior præciſſe convenit cum ſuperiori in gradu immaterialitatis, nequit ſalvari, quod eius cognitio ſit tanta in eſſe cognitionis qnantus eſt Angelus ſuperior in eſſe obiecti cognoſcibilis. Probatur minor: Si Angelus inferior non eſt eiuſdem in materialitatis ſpecificæ cum Angelo ſuperiori, nequit æquari intellectualitas Angeli inferioris cũ intelligibilitate ſuperioris; ſed ſi nequit æquari intellectualitas Angeli inferioris cum intelligibilitate ſuperioris nequit ſalvari, quod cognitio Angeli inferioris ſit tanta in eſſe cognitionis, quantus eſt Angelus ſuperior in eſſe obiecti cognoſcibilis: ergo ſi Angelus inferior non eſt eiuſdem immaterialitatis ſpecificæ cum Angelo ſuperiori, nequit ſalvari, quod eius cognitio ſit tanta in eſſe cognitionis, quantus eſt Angelus ſuperior in eſſe obiecti cognoſcibilis. Diſcurſus eſt rectus: maior conſtat ex numero 6. (vbi diximus, quod intellectualitas orta à minori perfectione ſpecifica, nequit æquare, aut circunſcribere intelligibilitatem provenientem à maiori perfectione ſpecifica; & immaterialitas ſpecifica idem eſt, quod perfectio ſpecifica) & minor eſt clariſsima; cum cognitio correſpondeat intellectualitati, ſicut intelligibilitas paſsiva correſpondet obiecto in eſſe cognoſcibilis.

Intellectualitas orta à minori perfectione ſpecifica, nequit circunſcribere intelligibilitatẽ provenientem à maiori perfectione ſpecifica.

21 Vltra impugnatur ſolutio: vt comprehendatur obiectum cognitum adminùs exigitur, quod non cognoſcatur inferiori cognitione ea, qua petit cognoſci; ſed Angelus ſuperior (ſi ſemel dicitur, quod præciſſe convenit cum inferiori in gradu immaterialitatis) cognoſcitur per cognitionem ab Angelo inferiori elicitam, vt per cognitionem inferiorem ea, qua petit cognoſci (cum talis cognitio ſit elicita ab Angelo inferioris immaterialitatis ſpecificæ immaterialitate ſpecifica Angeli ſuperioris) ergo Angelus ſuperior nequit comprehendi per cognitionem elicitam ab Angelo inferiori, etſi conveniente cum ſuperiori in gradu immaterialitatis. Probatur maior: vt com-

Vltra impugnatur ſolutio.

Vt obiectum cognitum cõprehendatur ad minùs exigitur quod non cognoſcatur inferiori cognitione, ea qua petit cognoſci.

Digitized by Google

cōprehendatur corpus locatum ad minùs exigitur, quod non attingatur per locum inferiorem ei, quo petit attingi: ergo vt comprehendatur obiectum cognitum, ad minus exigitur, quod non cognoſcatur inferiori cognitione ea, qua petit cognoſci. Antecedens eſt certum, & conſequentia conſtat ex illa doctrina allata in numero 9. ex Magiſtro Angelico in 4. diſt. 49. q. 2. art. 2. *Sanct. Thomas.*

§. III.

Solvuntur argumenta.

22 PRimò arguitur ex Div. Thoma aſſerente in 2. Contra Gentes cap. 98. *Ex hoc autem, quod ſubſtantia aliqua eſt intellectualis, comprehenſiva eſt totius entis*: Et poſtea ait in cap. 99. *Cum intellectus earum* (loquitur de ſubſtantijs ſeparatis) *ſit perfectus naturali perfectione, vtpote totus in actu exiſtens, oportet, quod ſuum obiectum, ſcilicet, ens intelligibile, vniverſaliter comprehendat.* Rurſusquè docet ibi. *Quia verò intellectus ſubſtantiæ ſeparatæ eſt in actu habens omnes ſimilitudines, ad quas eſt in potentia; habet autem virtutem comprehendendi omnes ſpecies, & differentias entis; neceſſe eſt, quod ſubſtantia ſeparata quælibet cognoſcat omnes res naturales, & totum ordinem earum*; ſed Sanctus Doctor hic nomine *ſubſtantiarum ſeparatarum* intellexit Angelos: ergo quilibet Angelus poterit comprehendere omne ens naturale: ergo (cum inter entia naturalia ſit Angelus ſuperior) Angelus inferior poterit ſuperiorem comprehendere. *Primò arguitur ex Sanct. Thoma.*

23 Quod argumentum communiter ſolvitur: dicendo, quod Divus Thomas in locis ab arguente oppoſitis non loquitur de comprehenſione ſtricta, ſūpta pro circunſcriptione intellectuali, aſsimilataquè cōprehēſioni locali in eo, quod ſicut corpus locatū, clauditur in ſuperficie loci; ita obiectū cōprehēſū in *Quod argumentum communiter ſolvitur: dicendo S. Thomam loqui in illo non de comprehenſione ſtricta, ſed de lata.*

in comprehendente includitur; ſed de comprehenſione latè accepta pro apprehenſione, aut aſſecutione obiecti: & meritò.

Tùm quia in capitibus, in quibus adducuntur prædicta teſtimonia, indifferenter loquitur Sanctus Doctor de comprehenſione, ac de cognitione; ita vt iam vtatur hac voce *comprehendit*, iam hac voce *cognoſcit*: quod quidem ſuadet nihil aliud ſignificari ibi per *comprehenſionem*, niſi *cognitio*. Tùm quia, ſi in toto rigore intelligantur textus relati quoad ly *comprehendere*, etiam ſic debent accipi, quoad ly *totum ens* (cum non ſit ratio vt quoad primum intelligatur rigoroſè, & non ſic quoad ſecundū) quod non admittitur à Contrarijs intelligentibus in ly *omne ens*, ſolùm ens naturale; nè dicatur, quod Angelus comprehendit entia moralia, ſeu futura libera, cogitationes cordis, & entia ſupernaturalia: ac proinde, nec nos tenemur accipere ſtrictè talia verba quoad ly *comprehendere*; ſed potius licebit ea exponere de comprenſione lata.

Cuius redditur ratio.

Tùm ex fine, prætenſo à Præceptore Angelico in citatis locis, qui præciſsè fuit docere in capite 98. quod Angeli non intelligunt ſubſtantias ſpirituales à ſe ipſis diſtinctas, niſi per ſpecies accidentales eis ſuperadditas: & ſtatuere in capite 99. quod Angelis competit cognoſcere omnes ſubſtantias materiales; eò, quod ipſi habent eſſe in actu reſpectu omnium intelligibilium, & conſequenter ſe valent extendere in cognoſcendo ad ſubſtantias materiales, quæ ſub ente intelligibili continentur; per quæ (vt cuivis apparebit) non ſuadetur accipi ibi comprehenſionem pro alio, quàm pro cognitione vtcumque; cum hoc ſufficiat ad ſalvandos prædictos fines.

Angeli non intelligunt ſubſtantias ſpirituales, à ſe ipſis diſtinctas, niſi per ſpecies accidentales eis ſuperadditas.

Tùm denique: Quia cum Sanctus Doctor ſoleat intelligere ſub nomine *comprehenſionis*, nedùm comprehenſionem ſtrictam (vt eam intellexit in 4. diſt. 49. q. 2. artic. 3.) ſed etiam comprehenſionem latam, vt colligitur ex prima parte, quæſtione 12. art. 7. ad primum: Vbi accipit comprehenſionem pro cognitione purè quidditatiua (quæ titulo talis non eſt comprehenſio ſtricta) declarans illud primi ad Corinth. 9. *Sic currite*, vt

S. Thomas ſolet accipere comprehenſionem pro cognitione purè quidditativa.

1. ad Corinth. 9. V. 24.

Vt comprehendatis. Et aliàs adverſetur ſuæ menti, quod in adductis textibus intelligatur comprehenſio pro comprehenſione ſtricta; cum habemus ex ipſo Angelico Magiſtro in quæſtione 16. de Malo, art. 8. (iam relato in numero 7.) quod quicumquè intellectus inferior (ſub quo etiam cadit inferior intellectus Angelicus) nequit comprehendere ſpecies intelligibiles exiſtentes in ſuperiori intellectu; & ex alia parte tales ſpecies ſint entia naturalia contenta ſub obiecto intellectus Angelici; debemus concordare cum hac doctrina, quod D. Thomas tradit in capitibus contra Gentes, citatis in argumento; quod præſtari non poteſt, ſi ibi aſſerat Sanctus Doctor, quod quilibet Angelus etiam inferior comprehendit omne ens naturale, comprehenſione ſtricta, quã tali Angelo negat reſpectu eiuſdem obiecti in prædicta quæſtione de Malo.

24 Vnde reſpondetur ad argumentum explicando authoritates relatas ab arguente, iuxta ſenſus immediatè expoſitos: præter quos debet etiam attendi, quod cum in prima authoritate dixit D. Thomas, quod quælibet ſubſtantia intellectualis, ex eo, quod intellectualis eſt, eſt comprehenſiua totius entis, continet ſub tali medio etiam animas Rationales (cum etiam ſint ſubſtantiæ intellectuales) de quibus non dicunt Contrarij, quod ſunt ſtrictè comprehenſiuæ omnis entis naturalis; vnde ly *comprehenſiua*, eſt accipiendum de comprehenſione lata. Et conceſſa minori, diſtinguitur primum conſequens: ergo quilibet Angelus poterit comprehendere omne ens naturale: *Comprehendere* comprehenſione ſtricta, negatur conſequentia: *Comprehendere* comprehenſione lata, conceditur conſequentia; & ſimiliter eſt diſtinguendum ſecundum conſequens: ergo Angelus inferior poterit ſuperiorem comprehendere: *Comprehendere* comprehenſione lata, conceditur conſequentia: *Comprehendere* comprehenſione ſtricta, negatur conſequentia.

Iam reſpondetur ad argumẽtum explicando authoritates oppoſitas.

25 Secundò Arguitur: Cognitio, qua Angelus inferior ſuperiorem cognoſcit, attingit omnia formalia, & virtualia (ſeù eminentialia) quæ ſunt in Angelo ſuperiori; ſed comprehenſio ſtricta, eſt illa cognitio

Arguitur ſecũdò.

nitio attingens in obiecto cognito omnia formalia, & virtualia ipſius: ergo cognitio, qua Angelus inferior ſuperiorem cognoſcit, eſt ſtricta comprehenſio. Minor ſupponi ſolet, & ex doctrina Divi Thomæ 1. p. quæſt. 12. art. 8. vbi aſſerit: quod ſi Beati viderent in Deo omnia formalia, & virtualia Dei, Deum comprehenderent; & ex ipſo conceptu comprehenſionis tradito à Magno Parente Auguſtino in Epiſt. 112. cap. 8. conſiſtente in eo, quod nihil obiecti cogniti lateat videntem; quod quidem evenit, quando attinguntur in obiecto omnia formalia, & virtualia ipſius. Vnde tantùm venit probanda maior.

Maior probatur à ratione.

26 Quæ probatur. Tùm à ratione. Species intelligibilis, qua Angelus inferior ſuperiorem cognoſcit, eſt ſpecies comprehenſiua omnium formalium, & virtualium Angeli ſuperioris: ergo cognitio, qua Angelus inferior per talem ſpeciem Angelum ſuperiorem cognoſcit, attingit in ſuperiori omnia formalia, & virtualia ipſius. Patet conſequentia: Quia cognitio, qua Angelus per aliquam ſpeciem cognoſcit obiectum, attingit in tali obiecto, quod repræſentatur per talem ſpeciem. Et antecedens probatur: Idea, quam Deus habet Angeli ſuperioris, eſt comprehenſiua omnium formalium, & virtualium Angeli ſuperioris (vt nulli dubium) ſed ſpecies intelligibilis, qua Angelus inferior ſuperiorem cognoſcit, derivatur ab idea, quam Deus habet de Angelo ſuperiori; (cum ſpecies Angelis infuſſæ ſint derivatæ ab idea Divina) ergo ſpecies intelligibilis, qua Angelus inferior ſuperiorem cognoſcit, eſt ſpecies comprehenſiua omnium formalium, & virtualium Angeli ſuperioris.

Et etiam ab inconvenienti. Tum primò.

27 Tum etiam probatur maior ab inconvenienti, & primò ſic: Ex hoc, quod cognitio, qua Angelus inferior ſuperiorem cognoſcit, non attingat omnia formalia, & virtualia Angeli ſuperioris, ſequitur, quod Angelus inferior diſcurrat in cognoſcendo ſuperiorem; ſed hoc opponitur menti Divi Thomæ, iuxta quam fundavimus in dubio primo, diſputantes de modo cognitionis Angelicæ, quod An-

ge-

Digitized by Google

gelus nullatenus valet diſcurrere: ergo nè hoc dicatur, ſentiendum eſt, quod cognitio, qua Angelus inferior ſuperiorem cognoſcit, attingit omnia formalia, & virtualia, quæ ſunt in Angelo ſuperiori. Probatur maior: Vt Angelus inferior diſcurrat in cognoſcendo ſuperiorem, ſufficit, quod viſo Angelo ſuperiori non videat in eo omnes effectus, qui ex Angelo ſuperiori cognoſci poſſunt (cum ad ſuadendum diſcurſum in hominibus ea ſit ratio, quod ſcilicèt viſo principio, non videt homo in eo per cognitionem, qua videt principium, concluſiones, ſeu effectus ex ipſo deducibiles) ſed ſi cognitio, qua Angelus inferior ſuperiorem cognoſcit, non attingit in eo omnia formalia, & virtualia Angeli ſuperioris, viſo Angelo ſuperiori non videt in eo omnes effectus, qui ex Angelo ſuperiori cognoſci poſſunt: ergo ex hoc, quod cognitio, qua Angelus inferior ſuperiorem cògnoſcit, non attingat omnia formalia, & virtualia Angeli ſuperioris, ſequitur, quod Angelus inferior diſcurrat in cognoſcendo ſuperiorem.

28 Secundò probatur maior ab inconvenienti: ex eo, quod ſi Angelus inferior non cognoſcit in Angelo ſuperiori aliquod prædicatum ex ſuis formalibus, vel virtualibus ad ordinem naturæ pertinentibus, illuminabitur a ſuperiori de aliquo naturali ab ipſo inferiori incognito; ſed Angelus inferior non illuminatur à ſuperiori de aliquo naturali: ergo Angelus inferior illa cognitione, qua ſuperiorem cognoſcit, attingit quidquid naturale, vel formale, vel virtuale eſt in Angelo ſuperiori. Conſequentia patet, & vtraque præmiſſa docetur à Divo Thoma, qui in 1. part. quæſt. 109. artic. 3. ad 2. indicat, quod: *Secundùm ea, quæ ad naturalem cognitionem pertinet, non eſt neceſſaria manifeſtatio veritatis, nec in Angelis, nec in Dæmonibus; quia hæc ſtatim à principio noverunt; & ideò ſecundùm iſta non eſt illuminatio in Dæmonibus.* In quibus verbis docet Sanct. Doctor, quod non datur in Angelis illuminatio de naturalibus, quia nihil ex naturalibus ignorant; ac proindè ſi in eis da- Tum ſecundò.

daretur ignorantia de aliqua veritate naturali, illuminarentur de tali veritate.

Hoc argumentum eſt difficile.

29 Hoc argumentum eſt ſatis difficile, ideoquè reſponderi ſolet non vniformi, ſed valdè diverſa ſolutione. Quia aliqui ſentiunt cum Magiſtro Lezana in prima parte, diſp. 21. dubio 2. numero 18. non ſufficere ad comprehenſionem, quod cognoſcens attingat in obiecto comprehendendo, totum, quod formaliter, & eminenter eſt in tali obiecti; ſed vltra requiri, quod prædictum totum, quod in obiecto eſt, cognoſcatur totaliter, modo iam indicato à nobis in numero 14. ſcilicèt exiſtente in cognoſcente, illo modo, qui in obiecto eſt, qui quidem modus non convenit cognoſcenti, dum eius immaterialitas eſt inferior immaterialitate obiecti comprehendendi, vt eſt inferior immaterialitas Angeli inferioris immaterialitate ſuperioris.

Aliqui reſpondent cum *M. Lezana.*

Angelus inferior comprehendit ſuperiorem ex hoc præciſsè, quod cognoſcat quidquid formaliter, & eminenter eſt in Angelo ſuperiori.

Quapropter Angelus inferior, & ſi cognoſcat quidquid formaliter, & eminenter eſt in Angelo ſuperiori, ipſum non comprehendit, ſicut non comprehendit concluſionem demonſtrabilem illam attingens per cognitionem merè probabilem; eò, quod tunc modus cognoſcentis non correſpondet modo ipſiuſmet obiecti, vt ex Diuo Thoma dicebamus ſupra in numero 15. & iuxta hanc doctrinam ſatisfaciunt teſtimonio Magni Parentis Auguſtini oppoſito in numero 25. explicando Sāctum Doctorem ad hunc ſenſum, quod tunc comprehenditur obiectum, quando nihil ipſius lateat videntem; eò, quod totaliter attingitur totum obiectum: non verò, quia præciſsè totum attingatur obiectum, ſi non totaliter cognoſcatur; vt contingit Angelo inferiori, dum ſui ſuperiorem cognoſcit.

Explicatur *S. Auguſtinus.*

Et ad aliud teſtimonium, in quo docet Angelicus Magiſter, quod ſi beati viderent in Deo omnia formalia, & virtualia Dei, Deum comprehenderent, dicunt hoc ità eſſe: quia non ſtat videri in Deo, omnia formalia, & virtualia Dei, quin Deus ipſe totus, & totaliter videatur, cum non poſſint cognoſci in Deo omnia ſua formalia, & virtualia, niſi a cognoſcente per cognitionem actu ſimpliciter infinitam, ac proindè habente modum infinitatis in cognoſcendo, qui eſt in ipſo Deo cognoſcibili.

Et ad teſtimonium oppoſitum ex *S. Thoma* dicitur.

Quæ

Digitized by Google

30 Quæquidem ſolutio verum continet; & id ipſum, quod pro roboranda concluſione noſtra in numero 15.diximus: ſed quia medium, in quovis argumenti nitetur, eſt quod ſpecies, qua Angelus inferior ſuperiorem cognoſcit, eſt ſpecies comprehenſiua omnium formalium, & virtualium Angeli ſuperioris, & ex alia parte videatur, quod cognoſcens per ſpeciem comprehenſivam, omnia quæ formaliter, & virtualiter ſunt in aliquo obiecto, debeat attingere tale obiectum totum, & totaliter, & conſequenter illud comprehendere, Hęc ſolutio cõtinet verum.

Ideo alijs non placet dicta ſolutio, niſi addatur; vel quod Angelus inferior non cognoſcit ſuperiorem per ſpeciem comprehenſivam omnium formalium, & virtualium Angeli ſuperioris. Quin efficiat, quod ſpecies prædicta ſit deribata ad idea Divina (vt obijciebatur in numero 26.) quia non deribatur, vt participatio perfecta ipſius; de cuius ratione eſt repreſentare omnia formalia, & virtualia repreſentata per ideam Divinam de Angelo ſuperiori; vt ſic ſit talium formalium, & virtualium ſpecies comprehenſiva, vt eſt idea, quam Deus habet de Angelo ſuperiori; ſed præciſsè eſt participatio imperfecta prædictæ Divinæ ideæ, vnde tantùm repreſentat omnia formalia Angeli ſuperioris. Sed ratione medij, in ea aſſumpti, alijs nõ placet.

Vel quod etiam ſi Angelus inferior cognoſcat ſuperiorem, ſpecie comprehenſiva omnium formalium, & virtualium ſuperioris, ipſum ſuperiorem non comprehendit, ſeu non cognoſcit ipſum totum, & totaliter; quia non cognoſcit per talem ſepeciem comprehenſivè; ſed purè quiditativè; ſicut licet Beati cognoſcant Deum, ipſa eſſentia Divina, vt ſpecie intelligibili, & Eſſentia Divina ſit ſpecies intelligibilis comprehenſiva omnium formalium, & virtualium Dei, non cognoſcunt Deum comprehenſivè; ſed tantum quidditativè: quia ad comprehenſionem (ſivè ad cognitionem obiecti, qua obiectum cognoſcatur totum, & totaliter) non ſufficit ſpecies comprehenſiva; ſed vltra talem ſpeciem requiritur in cognoſcente lumen adæquans cognoſcibile: quia comprehenſio intellectualis provenit ab efficacia cognitionis, & ſumitur à lumine intellectuali, vt Et ſi beati cognoſcant Deum ipſa eſſent a Divina, vt ſpecie intelligibili; & Eſſentia Divina ſit ſpecies intelligibilis comprehenſiva omnium formalium, & virtualium Dei, non cognoſcunt Deum comprehenſivè.

Digitized by Google

Sanct. Thomas.

vt docet D. Thomas in 3. diſt. 14. q. 1. art. 2. quæſtiuncu- la 1.

Alij opinantur cum *M. Gonet*

31 Alij opinantur cum Magiſtro Gonet requiri ad comprehenſionem, quod cognoſcantur in obiecto cognito omnia formalia, & virtualia ipſius, cognitione non vtcumque, ſed tali cognitione, videlicet tanta, quanta obiectum poteſt cognoſci; & ex hoc inferunt, quod etiam ſi Angelus inferior attingat in ſuperiori omnia formalia, & virtualia ſuperioris, non pertingit ad comprehenſionem illius; quia nunquam pervenit ad cognoſcendum in illo omnia formalia, & virtualia ſuperioris, tanta cognitione, quanta ipſe ſuperior eſt cognoſcibilis. Et iuxta hunc ſenſum interpretantur D. Auguſtinum: & ad doctrinam D. Thomæ dicunt, quod ſi Beati viderent in Deo omnia formalia, & virtualia ipſius Dei, Deum comprehenderent; quia, cum talis cognitio eſſet actu ſimpliciter infinita, eſſet tanta, quanta eſt illa, qua Deus poteſt cognoſci.

Interpretatur *SS. Auguſtinum & Thomam.*

Cæterum eorũ placitum pluribus diſplicet. *R.R. Bayona.*

32 Cæterum hoc diſplicet pluribus, & multiplicitèr impugnatur à RR. M. Bayona in diſputatione de cognitione Angelica dubio 1. §. 2. in ſolutione ad 2. Præcipuequè eliditur; tùm quia non deſideratur ad comprehenſionem alicuius obiecti creati (de quo loquimur nunc tantùm) id quod non exigitur ab ipſomet obiecto comprehendendo: cum præcisè ad illam requiratur, quod obiectum exigit, vt comprehendatur à cognoſcente; & cum vt obiectum comprehendatur à cognoſcente, non exigat, quod cognitio ipſius ſit tanta, quanta poteſt cognoſci; ſed dumtaxat, quod ſit tanta, quanta debet eſſe, vt in tali obiecto cognoſcatur quid quid in illo, & ex vi illius eſt cognoſcibile (& ex hoc dici ſolet formicam non requirere ad ſui comprehẽſionem cognitionem Angeli ſupremi; quia minor cognitio ſufficit ad hoc, quod attingatur in formica quidquid in illa, & ex illa valet attingi) inde habetur non eſſe neceſſariã ad comprehenſionem obiecti creati tantam cognitionem prædicatorum formalium, & virtualium ipſiuſmet obiecti, quanta eſt illa, qua poſſunt cognoſci.

Non deſideratur ad comprehenſionem alicuius obiecti id, quod non exigitur ab obiecto comprehẽdendo.

Tum quia ſi vt obiectum comprehendatur debẽt cognoſci omnia formalia, & virtualia illius; tanta cognitio-

tione, quanta poſſunt cognoſci; nullum obiectum ex creatis naturalibus poſſet comprehendi niſi a Deo, cum tantùm Deus habeat cognoſcere in talibus obiectis omnia formalia, & virtualia ipſoru tanta cognitione, quanta illa poſſunt cognoſci; quod quidem non fatebitur à ſolutionis AA. non negantibus, quod Angelus comprehendat omnia obiecta naturalia infra ſe.

Tantùm Deus habet cognoſcere omnia formalia & virtualia obiecti creati tãta cognitione, quanta ipſa poſſunt cognoſci.

33 Cui ſolutioni accedit alia dicens, quod & ſi ab Angelo inferiori cognoſcantur omnia formalia, & virtualia ſuperioris non, comprehenditur ab illo ſuperior; quia non attingit ſuperiorem inferior ſub tanta actualitate, quanta ipſe ſuperior eſt attingibilis: & hæc ſolutio eadem doctrina, ac præcedens eſt enervanda; quia ad comprehenſionem cuiuſcumque obiecti ſufficit ex parte cognoſcentis illa actualitas exacta ab ipſomet obiecto, vt in ipſo, & ex ipſo cognoſcatur omne id, quod in ipſo, & ex ipſo eſt cognoſcibile; vnde ſi obiectum eſt ex creatis naturalibus, non eſt neceſſària tanta actualitas, quanta eſt illa ſub qua cognoſci poteſt. Quin obſtet quod Deus ſolùm comprænhenditur, quando cognoſcitur ſub tanta actualitate, quanta poteſt cognoſci: quia hoc eſt proprium Dei, quod actualitas tanta, ſeu ita magna, quanta eſt illa ſub qua cognoſci poteſt, eſt actualitas exacta ex parte ſui ipſius, vt cognoſcentis ad hoc, vt in ſe cognito cognoſcat ipſe Deus quid quid in ſe, & ex ſe eſt cognoſcibile.

Alia ſolutio accidens præcedenti etiam enervatur.

34 Alij verò dicunt, quod & ſi Angelus inferior cognoſcat omnia formalia, & virtualia, quæ ſunt in Angelo ſuperiori, non cognoſcit omnia hæc in ipſo Angelo ſuperiori; ſed alia in illo, alia autem in ſe ipſis cognoſcit: & conſequenter eum non comprehendit; quia vt aliquod obiectum comprehendatur, ita debent attingi omnia ipſius formalia, & virtualia, vt omnia cognoſcantur in ipſo obiecto comprehendendo: quin ſufficiat, quod pars prædictorum videatur in tali obiecto, & pars videatur in ipſis.

Aliorum ſolutio.

Et ſi eis obijcias, quod omnia formalia, & virtualia Angeli ſuperioris, cognoſcuntur ab inferiori per ſpeciem repreſentativam ſuperioris: ac pro inde talia repreſentantem in prædicto Angelo ſuperiori. Occu-

Si eis obijcias.

Occurrunt.

Angelus inferior non cognoſcit omnia, quæ formaliter & eminenter ſunt in Angelo ſuperiori per ſpeciem immediatè repræſentatiuam ſuperioris.

Occurrunt negando, quod hoc ita eveniat, quia iudicant: Angelum inferiorem non cognoſcere omnia, quæ formaliter, & eminenter ſunt in ſuperiori per ſpeciem immediatè repræſentatiuam ſuperioris; ſed quędam per talem ſpeciem cognoſcere; reliqua verò per varias ſpecies ipſis proprias, & diſtinctas ab ſpecie repræſentatiua Angeli ſuperioris.

Iam eſt facilior via ad ſolvendum ſecũdum argumentum.

Vel primò.

35 Iam patebit facilior via ad ſolvendum argumentum propoſitum in numero 25. Quod poterit reſponderi, vel iuxta ſolutionem datam in numero 29. & tunc eſt diſtinguenda maior: Cognitio, qua Angelus inferior ſuperiorem cognoſcit, attingit omnia formalia, & virtualia, quæ ſunt in Angelo ſuperiori: Cognitione attingente hoc *totum, & totaliter*, negatur maior: Cognitione attingente hoc *totum licet non totaliter*, conceditur maior: & etiam diſtinguitur minor. Sed comprehenſio ſtricta eſt illa cognitio attingens in obiecto cognito omnia formalia, & virtualia ipſius: attingens hoc *totum, & totaliter*, conceditur minor: attingens hoc *totum non totaliter*, negatur minor; & ſimul conſequentia. Non prætermiſſa (vt ſtet prædicta ſolutio) illa doctrina obſervata in numero 30. qua fuit explicatum quomodo non obſtet ad hoc, vt Angelus inferior non attingat in Angelo ſuperiori omnia formalia, & virtualia ipſius cognitione attingente totum hoc *totum, & totaliter*, quod ſpecies Angeli ſuperioris ipſi Angelo inferiori infuſa ſit comprehenſiua omnium formalium, & virtualium Angeli ſuperioris.

Vel ſecundò.

36 Vel eſt reſpondendum ſecundùm aliam ſolutionem datam in numero 34. & conformiter ad illam, alitèr eſt diſtinguenda maior: Cognitio, qua Angelus inferior ſuperiorem cognoſcit, attingit omnia formalia, & virtualia, quæ ſunt in Angelo ſuperiori: attingit omnia hæc *in ipſo Angelo ſuperiori*, negatur maior: attingit omnia hæc ita vt *partem attingat in Angelo ſuperiori* per vnam cognitionem, & *partem in ipſis* per aliam cognitionem, conceditur maior. & conceſſa minori negetur conſequentia. Qua ad comprehenſionem non ſufficit, quod cognoſcens attingat omnia formalia, & virtualia, quæ ſunt in obiecto comprehendendo, ſi non per-

Ad comprehẽſionem nõ ſufficit, quod cognoſcens attingat omnia forma-

pertingit ad hoc, vt illa omnia attingat in tali obiecto vnica cognitio; eò, quod comprehenſio exigit (vt iam toties diximus) quod obiectum comprehendendum circunſcribatur à cognoſcente, quod quidèm non fit, dum non ſufficit vnica cognoſcentis cognitio ad attingendum in ipſo obiecto omnia formalia, & virtualia ipſius: Cum ſit ſignum huius, quod eſt, quod quilibet Angelus à ſe ipſo, vt cognoſcente circunſcribitur, quod vnica eius cognitio attingit in ſe ipſo omnia ſua formalia, & virtualia.

Ad comprehenſionem nō ſufficit, quod cognoſcens attingat omnia formalia, & virtualia, quę ſunt in obiecto cōprehendēdo, ſi nō pertingit ad hoc, vt illa omnia attingat vnica cognitione.

37 Si dicas: non aliud deſiderari ad comprehenſionem, niſi, quod cognoſcens adæquetur cum cognito, quod quidèm præſtatur, dum omnia obiecta cognoſcuntur ab vno cognoſcente; de materiali ſe habente ad hoc pluralitate, aut vnitate, tùm cognitionis, qua tale cognoſcens attingat omnia formalia, & virtualia obiecti cogniti; tùm medij, in quo talia omnia attingantur.

Si dicas.

38 Fatebimur eſſe certum, quod ad comprehenſionem nihil aliud deſideratur, niſi, quod cognoſcens adæquetur cum obiecto cognito; cæterùm non adæquatione purè extenſiua cōſiſtente in eo, quod ad tantum extendatur cognoſcens in cognoſcendo obiectum, quantum eſt illud, quod eſt cognoſcibile in tali obiecto (vt fundatum eſt pro concluſionis probatione) ſed adæquatione in perfectione, ſeù intenſiua ſiſtente in hoc, quod non ſit maior immaterialitas obiecti cognoſcendi, quàm immaterialitas ſubiecti cognoſcentis: qua adæquatione ſtante non negant noſtri aduerſarij, quod cognoſcens valeat attingere per vnicā cognitionem in obiecto à ſe cognoſcendo omnia formalia, & virtualia talis obiecti, vt admittunt tàm in Angelo ſuperiori reſpectu ſui inferioris, quàm in quolibet Angelo reſpectu ſui ipſius.

Ad comprehē ſionem requiritur adæquatio in perfectione, ſeu intenſiua, cognoſcentis cum obiecto cognito.

Vltra, quod non eſt leue argumentum ad probandum officere comprehenſioni Angeli ſuperioris ab inferiori habendæ pluralitas cognitionum, quarum vna Angelus inferior cognoſcat partem omnium formalium, & virtualium Angeli ſuperioris: alijs verò reliquas partes, quod iuxta plauſibilem plurium Theologorum ſen-

Digitized by Google

Iuxta plures Theologos: ſi aliquis cognoſceret omnia poſsibilia varijs cognitionibus, quarum vna attingeret aliqua in Deo, alijs autèm reliqua in ſuis ipſis, nõ ex hoc comprehẽdere Deum.

tentiam, ſi aliquis cognoſceret omnia poſsibilia (& conſequenter omnia formalia, & virtualia Dei) varijs cognitionibus, quarum vna attingeret aliqua poſsibilia in Deo, alijs autem attingeret omnia alia poſsibilia in ſe ipſis; non ex hoc comprehenderet Deum.

Vitantur incõveniẽtia obiecta: & primò, quod Angelus inferior diſcurrat.

39 Et ex his habetur qualiter vitentur illa inconvenientia, ex quorum ſequela intendebatur fundare maiorem in numero 27. & 28. quia nullum illorum ſequitur admiſſa prædicta maiori in aliquo vero ſenſu, vt à nobis admittitur. Non primum, ſcilicet, quod Angelus inferior diſcurrat, ſi cognoſcere velit omnia formalia, & virtualia Angeli ſuperioris; quia cum hæc ſint cognita ab Angelo inferiori, tàm iuxta ſolutionem num. 29. quàm iuxta ſolutionem numeri 34. non eſt cur admittatur diſcurſus in Angelo inferiori, vt cognoſcat omnia formalia, & virtualia ſuperioris.

Ad diſcurſum ſtrictum, ſeu formalem exigitur vna cognitio cauſata ex alia; quin ſufficiat, quod vna cognitio ſit poſt aliam.

40 Præterquamquod: hoc, quod eſt non cognoſci omnia prædicata formalia, & virtualia alicuius obiecti, quando illud obiectum cognoſcitur, ex terminis præciſſe ſuadet, quod ſi detur poſtea cognitio illorum prædicatorum, quorum ignorantia laborabat cognoſcens obiectum; detur talis cognitio poſt aliam cognitionem prius habitam de obiecto. Quod quidem non probat diſcurſum ſtrictum (ſeu formalem) quia vt latè diximus in diſputatione de modo cognitionis Angelicæ dubio 1: ad diſcurſum ſtrictum non ſufficit, quod detur vna cognitio poſt aliam (& ſi hoc ſufficiat ad hoc, vt detur diſcurſus ſecundùm ſucceſsionem) ſed vltra requiritur, quod detur vna cognitio ex alia, tanquàm ex cauſa; in quo ſtat ratio ſtricti diſcurſus, qui à D. Thom. 1. p. quæſt. 14. art. 17. appellatur diſcurſus ſecundùm cauſalitatem.

Vnde diſcurſus ſtrictus, non eſt diſcurſus ſecũdùm ſucceſionem, ſed ſecundùm cauſalitatem.

Qua propter (vt notabamus loco immediatè citato in num. 109.) idem Doctor Angelicus in q. 8. de veritate, art. 4. ad 14. admiſsit in Angelis diſcurſum ſecundùm ſucceſionem; eis verò negavit diſcurſum ſtrictum, ſeu formalem, vt videri eſt in 1. p. q. 58. art. 3. vbi S. Magiſter docet, quod ideo homo diſcurrit, non tamèn Angelus; quia ille ad diſtinctionem Angeli viſo principio, in quo non videt concluſiones, movetur ex

cog-

cognitione principij ad cognitionem concluſionum ex tali principio deducibilium, quod eſt diſcurrere diſcurſu ſecundum cauſalitatem.

Ex quo colligitur: non benè ſupponi ab arguente in numero 27. eſſe rationem ſuadentem diſcurſum in hominibus hoc, quod eſt viſo ab homine principio, non videri ab ipſo in eodem principio concluſiones ex hoc deducibiles; quia hoc ſolùm non convincit diſcurſum, niſi adiungatur cum eo, quod homo non videns in principio à ſe viſo concluſiones, quæ ex tali principio deduci poſſunt, movetur ad illarum cognitionem ex cognitione prius habita de principio; quod, cum nunquàm contingat in Angelis, nunquàm diſcurrunt, etiam ſi cum vident principium, & cauſam, non videant in his ſuos effectus, & concluſiones; quia quando perveniunt ad cognitionem talium effectuum, & concluſionum, non moventur ad illam ex cognitione principij, & cauſæ.

Non videri cõcluſiones in principio dum videtur principium, non ſufficit ad ſuadendum diſcursũ formalem.

41 Nec eſt locus ſecundo inconvenienti obiecto in numero 28. quia dum ſalvetur quod Angelus inferior cognoſcit omnia formalia, & virtualia ex naturalibus Angeli ſuperioris, præcluditur via ad hoc, quod Angelus inferior illuminetur à ſuperiori de aliquo ex pertinentibus ad ordinem naturæ; cum tantùm ſuadeatur ex D. Thoma in teſtimonijs oppoſitis in prædicto numero, quod ſi eſſet in Angelo inferiori ignorantia alicuius prædicat naturalis ex formalibus, vel virtualibus Angeli ſuperioris, poſset circa illud illuminari à ſuperiori, quodquidèm non eveniet, dum nullum illorum inferiori occultetur.

Non ſequitur, quod Angelus inferior illuminetur a ſuperiori de naturalibus: vt pro ſecundo inconvenienti opponebatur.

42 Vltra quod (vt rectè notat Magiſter Serna tractatu de Angelis quæſt. 56. art. 2. dubio vnico in ſolutione ad ſecundum) Divus Thomas tantùm negavit Angelis, quod poſsint illuminari ab alio Angelo de rebus naturalibus pertinentibus ad ordinem vniverſi, non vero de rebus naturalibus extrà talem ordinem. Vnde cum aliqua ex naturalibus virtualiter contentis in Angelo ſuperiori (videlicet aliqua poſſibilia) ſint extra ordinem vniverſi, poterit Angelus inferior illuminari à ſuperiori circa illorum cognitionem,

Mag. Serna.

Sanct. Thomas tantùm negavit Angelis, quod poſsint illuminari ab alio Angelo de naturalibus pertinentibus ad ordinem vniverſi.

nem, quin aliquod inconvenians ſequatur in principijs D. Thomæ.

Tertiò arguitur.

43 Tertiò Arguitur: Ratio probans, quod Angelus inferior non poteſt ſuperiorem comprehendere, nititur in eo, quod non adæquatur eius cognitio cũ Angelo ſuperiori; ſed hæc ratio etiam probat, quod nec Angelus ſuperior inferiorem comprehendit: ergo, cum hoc opponatur ſuppoſitis à nobis in notabilibus, eſt parùm firmum fundamentum noſtræ concluſionis. Probatur minor: Sicut cognitio Angeli inferioris non adæquatur cum ſuperiori, ita nec cognitio Angeli ſuperioris adæquatur cum Angelo inferiori: ergo ratio ſuadens, quod Angelus inferior non poteſt ſuperiorem comprehendere, quia non adæquatur eius cognitio cum Angelo ſuperiori, etiam probat, quod nec Angelus ſuperior inferiorem comprehendit. Probatur antecedens: Sicut cognitio, qua Angelus Inferior ſuperiorem cognoſcit, eſt accidens; ita eſt accidens cognitio, qua Angelus ſuperior inferiorem cognoſcit: ergo ſicut cognitio Angeli inferioris non adæquatur cum ſuperiori; ita nec cognitio Angeli ſuperioris adæquatur cum inferiori. Antecedens eſt certum: Quia tàm cognitio, quàm intellectus cuiuſcumque Angeli eſt accidens. Et conſequentia patet ex eo, quod cum quilibet Angelus ſit ſubſtantia, & aliàs nequeat accidens adæquari cum ſubſtantia eadem eſt ratio, vt non adæquetur cum Angelo ſuperiori cognitio illius, ab inferiori elicita, ac vt non adæquetur cum Angelo inferiori cognitio, qua illum cognoſcit Angelus ſuperior.

Ad quod reſpondetur.

44 Quod argumentum iam ſupra fuit indicatum in quadam ſolutione, data noſtræ rationi probatiuæ; vnde eſt reſpondendum conformiter ad illam doctrinam, qua in numero 17. & 18. impugnabamus dictam ſolutionem oppoſitam à Contrarijs in numero 16. Certum enim eſt in noſtris principijs, quod nedùm quævis cognitio creata, verùm, & quilibet intellectus creatus eſt accidens: & conſequenter, quod non adæquatur in actualitate, & perfectione cum illo obiecto, quod ſit ſubſtantia, vt eſt

In principijs Thomiſticis nedùm eſt accidens cognitio creata, verùm, & intellectus creatus.

qui-

quilibet Angelus. Cæterùm nos non intendimus, quod cognitio elicita ab aliquo Angelo, adæquetur entitatiuè cum Angelo cognito ad hoc, vt ſit illius comprehenſiva; ſed præciſsè, quod adæquetur proportionaliter, ſeù quod ſit tanta cognitio in eſſe cognitionis, quantum eſt obiectum in eſſe cognoſcibilis, vt in prædictis numeris 17. & 18. iam ſupra diximus.

45 Si dicas: Ad quid ergo deſideramus in hoc dubio (vt toties notavimus) quod immaterialitas obiecti cogniti non excedat immaterialitatem cognoſcentis, ſi adæquatio cognitionis cum re cognita, non eſt adæquatio entitatiua, ſed purè proportionalis? Cum commenſuratio immaterialitatis obiecti cum immaterialitate cognitionis tendat ad adæquationem entitativam. Si dicas.

Reſpondebimus, quod ad hoc, vt detur hæc adęquatio proportionalis, quam quærimus inter cognitionem, & obiectum cognitum, eſt neceſſaria adæquatio entitativa inter immaterialitatem cognoſcentis, & immaterialitatem obiecti cogniti, cum nunquam detur illa adæquatio proportionalis, ſeu proportionis, quin adſit iſta alia proportio entitatiua. Vnde etſi obiectum cognitum in ſua immaterialitate, actualitate, & perfectione excedat; Tùm cognitionem creatam ad illud terminatam; Tùm intellectum, qui eſt principium proximum talis cognitionis: Si verò principium radicale illius (ſubſtantia ſcilicèt cognoſcentis) non ſuperetur in immaterialitate ab immaterialitate obiecti, ſervatur adęquatio proportionis inter cognitionem, & obiectum, vt ſervatur inter cognitionem, qua quilibet Angelus ſe ipſum cognoſcit, & ſe ipſum, vt obiectum cognitum; quia ipſe, in quantum ſubiectum cognoſcens, non ſuperatur à ſe ipſo, vt obiecto cognito. Reſpondebitur. Vt detur adæquatio proportionalis, hic deſiderata inter cognitionē, & obiectum cognitum, eſt neceſſaria adęquatio entitatiua inter immaterialitatem cognoſcentis, & immaterialitatem obiecti cogniti.

Cuius habemus clarum exemplum in actione cauſæ efficientis principalis, & in principio proximo talis actionis, quæ quidem debent adæquari proportionaliter cum effectu producendo; ita vt actio ſit tanta in eſſe actionis, & principium proximum ipſius ſit tantū in eſſe talis, quantus eſt effectus in eſſe effectus, proveniente hoc ex eò, quod nullus effectus ſuperat in ſua perfec- Quod explicatur exemplo actionis (cauſę efficientis principalis) & principij proximi talis actionis.

Digitized by Google

fectione ſuam cauſam efficientem principalem, quæ titulo talis, petit, vel excedere, vel adminus adæquare ſuos effectus adæquatione entitatiua.

46 Et ſecundùm hæc reſpondetur ad argumentum negando minorem, & ad huius probationem negatur antecedens: Ad cuius probationem conceſſo antecedenti, neganda eſt conſequentia. Stat enim benè, quod tàm cognitio, qua Angelus inferior ſuperiorem cognoſcit, quàm cognitio, qua Angelus ſuperior inferiorem cognoſcit ſint accidentia, & quòd Angelus cognitus (ſiuè ſit ſuperior, ſiuè inferior) ſit ſubſtantia; & tamen, quod detur adæquatio proportionalis inter cognitionem Angeli ſuperioris, & Angelum inferiorem; quin hæc ſervetur inter cognitionem Angeli inferioris, & ipſum Angelum ſuperiorem: quia licèt habeat Angelus ſuperior cognoſcens non ſuperari ab Angelo inferiori cognito; at ipſe Angelus ſuperior, ab inferiori cognitus, ſuperat inferiorem in immaterialitate, actualitate, & perfectione: qua propter non datur adæquatio entitatiua inter Angelum inferiorem cognoſcentem, & ſuperiorem cognitum. fundans adæquationem proportionalem inter cognitionem Angeli inferioris, & ſuperiorem cognitum; quæ quidem adæquatio entitatiua non deficit ad idem fundandum inter Angelum ſuperiorem cognoſcētem, & inferiorem cognitum.

Stat dari adæquationem proportionalē ſufficiētem ad comprehenſionem inter cognitionē de Angelo inferiori habitam à ſuperiori, & ipſum Angelum inferiorē: & quod hæc non detur inter cognitionem de Angelo ſuperiori habitam ab inferiori, & ipſum Angelum ſuperiorem.

47 Et hac eadem ſolutione eſt reſpondendum ad ſimile argumentum factum ex ſpecie Angeli inferioris exiſtente in ſuperiori; quæ quidèm ſpecies, & ſi ſit inferioris immaterialitatis ſpecificæ immaterialitate Angeli inferioris; ac proindè inadæquata entitatiuè cum illo (vtpotè cum talis ſpecies ſit accidens) at adæquatur proportionaliter, ſicut eſt dictum de cognitione Angeli ſuperioris terminata ad Angelum inferiorem.

Eadem doctrina eſt reſpondendum ad ſimile argumentum factum ex ſpecie Angeli inferioris exiſtente in Angelo ſuperiori.

48 Quartò arguitur, & ſimul impugnatur doctrina data in num. 45. (qua dicebamus requiri ad comprehenſionem, quod obiectum cognitum non excedat in immaterialitate principium radicale cognitionis ad illud terminatæ) verificari poteſt, quod etſi principium radicale cognitionis alicuius obiecti ſuperetur in per-

Arguitur primò.

fec-

Digitized by Google

fectione à tali obiecto, poteſt hæc ipſa cognitio adæquari proportionaliter cum prædicto obiecto: ergo cũ etiã Angelus inferior, qui eſt principium radicale cognitionis, qua ipſe cognoſcit Angelum ſuperiorem, ſuperetur in perfectione ab Angelo ſuperiori, poterit talis cognitio æquari proportionaliter cum Angelo ſuperiori; & conſequenter eſſe ipſius compreheuſio. Conſequentia eſt clariſsima, & antecedens probatur: & ſi principium A, radicale cognitionis obiecti B, ſuperetur in perfectione à tali obiecto, poteſt hæc ipſa adæquari in perfectione cum alia cognitione radicata in principio æquali entitativè prædicto obiecto; ſed cognitio radicata in principio æquali entitatiuè cum obiecto B, adæquatur proportionaliter cum prædicto obiecto: ergo & ſi principium radicale cognitionis alicuius obiecti ſuperetur in perfectione à tali obiecto, poteſt hæc ipſa cognitio adæquari proportionaliter cum prædicto obiecto.

Probatur maior: Poſſunt duo agentia, ſeù principia, in perfectione inæqualia, habere aliquam operationem omnino æqualem: ergo, & ſi principium A, radicale cognitionis obiecti B, ſuperetur in perfectione à tali obiecto, poteſt hæc ipſa cognitio adæquari in perfectione cum alia cognitione radicata in principio æquali entitativè prædicto obiecto. Probatur antecedens: Difficilius eſt, quod principium minùs perfectum poſsit edere operationem perfectiorem operatione edita à perfectiori principio, quàm quod duo principia, in perfectione inæqualia, poſsint habere aliquam operationem omninò æqualem; ſed principium minùs perfectum poteſt edere operationem perfectiorem operatione edita à perfectiori principio: Tùm quia equus imperfectior homine, poteſt moueri velociùs, videre magis acutè, audire vivaciùs, præſtantiùs tangere, & habere meliorem nutritionem; Tùm quia ſol, & ſi imperfectior, quàm viuens, poteſt habere intenſiorem calorem, quàm illud: ergo duo principia, in perfectione, inæqualia, poſſunt habere aliquam operationem omninò æqualem. Probatur maior.

49 Vrgetur hoc: Principium radicale cognitionis ſcientiæ per ſe infuſſę exceditur in Immaterialitate ab Vrgetur hoc.

ab vnione hypoſtatica; ſed quin hoc obſtet, cognitio ſcientiæ per ſe infuſſæ comprehendit vnionem hypoſtaticam: ergo ſalvatur comprehenſio, licèt principium radicale cognitionis excedatur in immaterialitate ab obiecto comprehendendo. Conſequentia conſtat, & minor continet ſententiam inter noſtrates probabiliorem; vnde tantùm probatur maior: Principium radicale cognitionis ſcientiæ per ſe infuſſæ eſt gratia habitualis: ſed gratia habitualis exceditur in immaterialitate ab vnione hypoſtatica: ergo principium radicale cognitionis ſcientiæ per ſe infuſſæ exceditur in immaterialitate ab vnione hypoſtatica. Minor (quę præcisè eget probatione) habetur ex eo, quod vnio hypoſtatica eſt vnio ſubſtantialis, & gratia habitualis donum accidentale.

Quod argumẽtum pluribus apparet difficilè.

P. Ripalda.

Admittitur aliqua operatione elicicita à minùs perfecto principio, quæ ſit perfectior, quàm elicita à perfectiori principio.

Illuſt. Godoy.

50 Argumentum hoc pluribus apparet difficile, & ita magnificatur à P. Ripalda, tomo 1. de ente ſupernaturali diſp. 13. numero 14. vt fateatur ipſo coegiſſe aliquos ad mutandam ſententiam; ſed non ita nos præmit. Quia etſi admittatur poſſe agentia, ſeu principia in perfectione inæqualia, convenire in hoc, quod aliqua illorum operatio ſit omnino æqualis, immò, & quod ſit perfectior aliqua operatio elicita à principio minùs perfecto, quàm aliqua elicita à principio perfectiori (vt tenent valdè docti Thomiſtæ 2.2.q.24. & cũ illis Illuſt. Godoy in 1.2. tract. 1. diſp. 5. num. 51.) at ex hoc non tenemur concedere, quod poſsit cognitio, qua Angelus inferior ſuperiorem cognoſcit, adæquari in perfectione cum cognitione, qua ipſe Angelus ſuperior ſe ipſum cognoſcit; quia ex hoc, quod duo agentia, ſeu principia in perfectione inæqualia adæquentur in aliqua ſua operatione, non licet inferre, quod adæquentur in perfectiori operatione, ita vt agens minùs perfectum eliciat operationem æquè perfectam (& multò minùs magis perfectam, vt ſuadet medium, cui argumentum maximè fidit) ac operatio principalior, & magis perfecta elicita à perfectiore agente: aliàs phantaſia, quæ eſt imperfectior intellectu noſtro, formaret diſcurſum æquè perfectum, ac eſt perfectus diſcurſus habitus ab intellectu noſtro.

Qua

Quapropter, cum inter cognitiones naturales ab Angelo ſuperiori elicitas, ſit principalior, & perfectior illa cognitio, qua ſe ipſum cognoſcit, nunquam poteſt Angelus inferior pertingere ad hoc, vt erga Angelum ſuperiorem eliciat cognitionem æqualem in perfectione cognitioni, quàm de ſe habet Angelus ſuperior; vnde cum vt Angelus inferior comprehendat Angelum ſibi ſuperiorem, non ſufficiat, quod habeat cognitionem æqualem cuilibet cognitioni elicitæ ab Angelo ſuperiori; ſed requiratur, quod habeat cognitionem æqualem cognitioni, qua ipſe Angelus ſuperior ſe ipſum cognoſcit (cum tantum hæc cognitio ſit inter alias elicitas ab Angelo ſuperiori ipſiuſmet comprehenſiva) hinc habetur, quod etiam ſi admittamus intentum prætenſum ad arguente, non ex hoc fatemur, quod Angelus inferior cognoſcit comprehenſiuè Angelum ſuperiorem.

Inter cognitiones naturales ab Angelo eliciats eſt principalior, & perfectior illa cognitio, qua ſe ipſum cognoſcit.

51 Quod quidèm alij Thomiſtæ non admittunt: Quia iudicant, quod agens, ſeu principium minùs perfectum, non poteſt elicere aliquam operationem, nè dum ſuperiorem (vt intendit arguens) verùm nec æqualem operationi elicitæ ab agente, ſeù principio magis perfecto. Et ideò, quod etſi phantaſia hominis eliciat diſcurſum, non poteſt talis diſcurſus eſſe æqualis in perfectione diſcurſui, adhuc minimo, elicito ab intellectu noſtro: cuius ratio eſt: quia etſi ſupremum infimi poſſit attingere infimum ſupremi; at nunquàm illud adæquare poteſt. Vnde (vt benè notat Magiſter Carraſco dubio 4. de Angelis numero 38.) axioma non dicit: quod *Supremum infimi adæquat infimum ſupremi*; ſed præcisè dicit, quod: *Supremũ infimi attingit infimũ ſupremi*: quod quidèm ſatis explicat non requiri adæquationem inter ſupremum infimi, & infimum ſupremi; ſed quod ad hoc ſufficit aliqua approximatio, ſeù minor diſtantia ſupremi infimi ab infimo ſupremi: conſiſtensquè in hoc, quod quemadmodum minimus diſcurſus intellectus noſtri diſcurrit circa ſingularia; ſic ſimiliter diſcurſus habitus à phantaſia, quæ eſt ſuprema inter potentias ſenſitiuas, ſit etiam diſcurſus erga ſingularia, quin ſit neceſſarium, quod vterque diſcurſus, vnus habi-

Etſi phantaſia hominis eliciat diſcurſum, non poteſt talis diſcurſus eſſe æqualis in perfectione diſcurſui, adhuc minimo, elicicito ab intellectu noſtro,

M. Carraſco.

Axioma: Supremum infimi attingit infimum ſupremi: Eſt intelligendum vt ſonat.

Digitized by Google

bitus à phantaſia, & alius elicitus ab intellectu noſtro ſit æqualis in perfectione.

Iam reſpondetur ad quartum argumentum, & primò iuxta doctrinam numer. 50.

52 Ex quibus eſt reſpondendum ad argumentum; & iuxta doctrinam datam in num. 50. erit diſtinguendo antecedens: verificari poteſt, quod, et ſi principium radicale cognitionis alicuius obiecti ſuperetur in perfectione à tali obiecto, poſsit hæc ipſa cognitio adæquari proportionaliter cum prædicto obiecto: ſi adæquetur proportionaliter cum alia cognitione orta à principio radicali æquali prædicto obiecto: concedatur antecedens: non orta à tali principio: negatur antecedens; & etiam cōſequentia: Quia vt ibi diximus non poteſt agens minùs perfectum habere cognitionem æqualem in perfectione cognitioni perfectiori elicitę à perfectiori agente: ac proinde, nec elicere poteſt cognitionem comprehenſivam illius perfectioris obiecti, cuius eſt comprehenſiva cognitio perfectior elicita à perfectiore intelligente.

Principiũ minùs perfectum non poteſt elicere cognitionem æqualem in perfectione cognitioni perfectiori elicitæ à principio perfectiori.

Secundò iuxta ſolutionem datã in num. 51.

53 Secundùm aliam verò doctrinam (poſitam in num. 51.) reſpondeatur ad argumentum negando antecedens: ad cuius probationem neganda eſt maior, ſicut negandum eſt antecedens, quod pro probatione prędictæ maioris obijcitur, & ad huius probationem neganda eſt minor, quin obſtēt exempla quæ in ſui favorem proponuntur; quia eſt dicendum.

Non obſtant exempla ab arguente oppoſita.

Quia eſt dicendum ad primũ.

Ad primum non eſſe in equo principium minùs perfectum, quàm in homine ad motum, viſum, auditũ, nutritionẽ, & tactũ: quia principia omniũ horũ actuum ſunt æqualia ſpecificè in homine, & in equo: cum quo componitur, quod ex aliquo accidenti, ſcilicèt, ex maiori diſpoſitione ad exercendos illos actus, ſint tales actus præſtantiores in equo, quàm in homine.

Et ad ſecundũ.

Ad ſecundum verò dicatur, quod in qualitatibus ſymbolis (ſic appellatæ quia nomine conveniunt, vt calor, aèris, & ignis) non attenditur perfectio ſubiecti; & ideò dicitur, quod calor vitalis, non diſtinguitur ſpecie à calore ſolis; alias non foveretur, & intenderetur calor vitalis à calore ſolari, vt fovetur (ita ſuadente quotidiana experientia) licet viuens, in quo eſt calor vitalis, ſuperet in perfectione ſpecifica ipſum ſolem.

In qualitatibus ſymbolis non attenditur perfectio ſubiecti.

Si opponas.

54 Si opponas 1. Hæc non cohærere cum doctri-

ctrina D.Thomæ ſentientis hos calores inter ſe ſpecificè diſtinctos eſſe, vt conſtabit ipſi m legenti tùm in 2.Contra Gentes cap.73.tùm in 2.ſententiarum diſtinctio 18.q. 2.art 3.Secūdò,quod licèt qualitates ſupradictę ponātur eiuſdem ſpeciei,& ſi ſubiecta in quibus recipiantur diverſa ſint ſpecificè;at hoc eſt dificilius,quando principia à quibus proveniūt,diſtinguūtur ſpecificè,vt diſtinguuntur inter ſe principium,à quo eſt calor vitalis, & principium,a quo eſt calor ſolaris;quia vrget tunc argumentum,quod ex principijs inæqualibus ſpecificè oriuntur operationes inæquales ſpecificè,vt in n.48.obijciebatur.

Non eſt clarū, quid iudicavit S. *Thomas.* ſuper diſtinctionem caloris ſolaris à calore vitali.

Reſpondebitur ad 1.non eſſe clarum,quid D. Tho. iudicavit ſuper diſtinctionem præfatorum calorum; vnde tam illa,quàm eius carentia eſt probabilis in ſchola Thomiſtica(vt rectè obſervat Mag.Fr. Dominicus Perez lib 2 de Anima q.4.num.28.) quapropter in locis ex 2.Contra Gentes,& ex ſecundo ſententiarum oppoſitis,in quibus videtur,quod S.Doctor hos calores diſtinxit,interpretandus eſt ita,vt ſenſus ſit,quod tales calores diſtinguūtur in munere,& virtute,et ſi in ſe ſint vnus calor;pro qua intelligentia conſulatur cardinalis Cayetanus 1.part.quæſt.118.art.8.

Mag.Perez.
Card.Cayetanus.

De ratione qualitatum nō eſt ſpecificari à ſuo agente ſeu principio.

Et ad ſecundum,quod prædicti calores non ſunt actiones,ſed qualitates;de quarū ratione non eſt ſpecificari à ſuo agente,ſeu principio:& cum ex ſpecificatione actionum præſtita à principijs probemus, quod quando principia ſunt inæqualia ſpecificè,debent inæquari ſpecificè actiones ab illis provenientes; non officit huic aſſerto,quod qualitates non ſpecificatæ à ſuis princiꝑis, non ſint inæquales ſpecificè,& ſi principia, ſeu agentia à quibus ſunt,ſint ſpecificè inæqualia;vnde nō eſt cōtra nos oppoſitum ſecūdo loco in principio huius numeri.

Reſpondetur ad vrgentiam. Gratia habitualis, quæ eſt principium radicale cognitionis habitæ per ſciētiam per ſe infuſam,non exceditur ab vnione hypoſtatica comprehenſa per talem cognitionem.

55 Ad vrgentiam argumenti obiectam in num.49. reſpondetur,quod gratia habitualis,quæ eſt principium radicale cognitionis habitę per ſciētiam per ſe infuſam non exceditur ab vnione hypoſtatica comprehenſa per talem cognitionem;quod vt percipiatur eſt, habendum præoculis,quod quando dicitur comprehendi vnionem hypoſtaticam per cognitionem habitam per ſcientiam per ſe infuſam, hoc intelligitur loquendo de vnione hypoſtatica accepta pro modo

viali

Digitized by Google

viali,& incompleto, quo humanitas Chriſti Domini Verbo Divino vnitur; non verò loquendo de illa, vt vnio hypoſtatica dicit, nè dum hunc modum, verùm & ſubſiſtentiam Verbi, & Divinitatem, quæ, vt forma conſtituit ordinem hypoſtaticum, inter quæ eſt hoc diſcrimen, quod vnio hypoſtatica, ſumpta præciſè pro modo viali, non ſuperat in perfectione phyſica gratiam habitualem; licèt illam in tali perfectione excedat prædicta vnio, vt ſecundo modo conſiderata.

Si dicas.

56 Si dicas: Quod omnia ordinis hypoſtatici excedunt in perfectione phyſica omnes res ordinis purè ſupernaturalis,& conſequenter etiam ſuperant ipſam gratiam habitualem. Negabimus hoc ita contingere; quia vt ordo hypoſtaticus ſit ſupra ordinem purè ſupernaturalem (ſeu ſupernaturalem non hypoſtaticum) ſufficit, quod illud, quod tāquam forma illum conſtituit excedat omnia ſpectantia ad ordinē purè ſupernaturalem, vt illa excedit Divinitas Chriſti Domini, quin ſit neceſſarium, quod etiam ſuperentur in perfectione phyſica ab eo, quod præciſè eſt modus vialis ordinis hypoſtatici.

Reſpōdebitur.

Omnia ordinis ſupernaturalis nō hypoſtatici, non debent excedi in perfectione phiſica ab eo, quod præciſè eſt modus vialis in ordine hypoſtatico.

Cuius non deficit exemplum in modo viali ordinis purè ſupernaturalis, modi illius videlicet, quo vnitur ſubiecto gratia habitualis, qui quidèm modus, vtpotè vialis,& incompletus in tali ordine, non ſuperat in perfectione phyſica ſubſtantias ordinis naturalis; licèt gratia habitualis (quæ ſe habet, vt forma completa ordinis purè ſupernaturalis) illas excedat in tali perfectione, & hoc ita evenit; quia non eſt concedendus modo alicuius ordinis ille exceſſus imperfectione phyſica reſpectu rerum exiſtentium in inferiori ordine, qui convenit formæ conſtituenti ſuperiorem ordinem.

Modus, quo gratia habitualis vnitur ſubiecto, non ſuperat in perfectione phyſica ſubſtantias ordinis naturalis; licèt gratia habitualis illas excedat.

57 Vnde ad vrgentiam reſpondeatur negando maiorem,& ad eius probationem etiam negetur minor: Ad cuius probationem dicatur (omiſſo illo placito Gabrielis, de eo, quod vnio hypoſtatica eſt accidens) quod licèt vnio hypoſtatica ſit modus ſubſtantialis, & gratia habitualis ſit donum accidentale, poteſt componi, quod gratia habitualis non

Gabriel opinatur, quod vnio hypoſtatica eſt accidens.

Digitized by Google

excedatur in perfectione phyſica ab vnione hypoſtatica, ſumpta pro modo viali iam explicato: quia cum dicitur, quod accidens ſuperatur in perfectione à ſubſtantia, eſt ſermo de ſubſtantia, quæ ſit forma, aut ſe habeat tanquàm forma; non vero de modo viali ſubſtantiæ, qui poteſt non excedere accidens ſupernaturale; præcipuè, ſi tale accidens ſe habet tanquàm forma ordinis ſupernaturalis.

Sed licèt ſit modus ſubſtantialis, & gratia habitualis ſit donum accidentale, poteſt cōponi, quod gratia habitualis non excedatur in perfectione phyſica ab vnione hypoſtatica, ſumpta pro modo viali.

§. IV.

Colliguntur aliqua.

58 PRimum eſt: Non eſſe neceſſarium ad hoc, vt aliquod obiectum comprehendatur comprehenſione naturali, quod cognoſcatur omni modo, quo eſt cognoſcibile ex parte cognoſcentis. Tùm ob dicta in numero 31. vbi impugnabimus doctrinam Magiſtri Gonet, qua aſſerebat requiri ad comprehenſionem naturalem, quod cognoſcatur obiectum tanta cognitione, quanta eſt cognoſcibile. Tùm quia talis modus eſt extrinſecus obiecto comprehendendo, & ipſi convenit, prout eſt in cognoſcente; & ad hoc, quod comprehendatur obiectum, non requiritur, quod cognoſcatur omni modo, quo eſt cognoſcibile extrinſecè, ſeù ex parte ſubiecti; ſed ſufficit, quod cognoſcatur omni modo, quo eſt cognoſcibile ex parte ſui, & ſecundùm principia intrinſeca ipſius obiecti. Ex quo provenit, quod res naturales, infra omnes Angelos, comprehendantur comprehenſione naturali, nedùm ab Angelo ſuperiori; verùm, & ab Angelo inferiori; quia vterque eas cognoſcit omni modo, quo ſunt cognoſcibiles ex parte obiecti; & ſi non eas cognoſcat omni modo, quo ſunt cognoſcibiles ex parte ſubiecti; cum altiori, & perfectiori modo (ex parte ſubiecti ſe habente) eas cognoſcat Angelus ſuperior.

Primum corollarium.

Non eſſe neceſſàrium, vt aliquod obiectū comprehendatur comprehēſione naturali, quod cognoſcatur omnimodo, quo eſt cognoſcibile.

59 Secundò colligitur: Fundari adæquationem proportionalem inter cognitionem, & obiectum, in eo, quod cognoſcens, ſeu principium radicale cognitio-

Secundū corollarium.

Digitized by Google

Adęquatio proportionalis inter cognitionē & obiectū, fundatur in eo, quod cognoſcens, ſeu principium radicale cognitionis adæquetur entitatiuè in perfectione cum obiecto cognoſcendo.

tionis adæquetur entitatiuè in perfectione cum obiecto cognoſcendo (vt in numero 45. & 46. iam iudicavimus) quod ita intelligendum eſt, vt vel cognoſcens ſit æquale entitatiuè cum obiecto, quod eſt æquari entitatiuè poſitiuè cum illo (vt quilibet Angelus ſe cognoſcens adæquatur cum ſe ipſo cognito) vel excedat entitatiuè obiectum, quod eſt adęquari cum illo entitatiuè negatiuè ex parte obiecti, ſeu adæquatione entitatiua conſiſtente in eo, quod cognoſcens non ſuperetur entitatiuè ab obiecto, vt contingit in Angelo ſuperiori ſibi inferiorem cognoſcente. Vnde ſi nulla adſit ex his adæquationibus entitatiuis cognoſcentis A, (v.g.) cum obiecto B, non adæquabitur cum tali obiecto cognitio elicita à cognoſcente A.

Tertiū corollarium.

Ad comprehēſionem ſufficit, quod obiectū cognoſcatur ea cognitione, qua petit cognoſci.

60 Tertiò eſt colligendum: Sufficere ad comprehenſionem naturalem, quod obiectum cognoſcatur ea cognitione, qua petit cognoſci (vt dicebamus in numero 21. & 32.) ex quo habetur, quod cognitio elicita ab Angelo inferiori, non poſsit eſſe comprehenſio illius cognitionis, qua ſe comprehendit Angelus ſuperior; quia cum talis cognitio poſsit cognoſci ab Angelo ſuperiori, vel in ſua ſubſtantia (per hanc cognitionem comprehenſa) in quantùm talis cognitio eſt ſui ipſius ſuper comprehenſio; vel in ſe ipſo per aliam cognitionem reflexam ad illam terminatam; & vtroque ex his modus petat prædicta cognitio cognoſci ab Angelo ſuperiori, nunquam poteſt comprehendi per cognitionem elicitam ab Angelo inferiori; cum hęc cognitio nunquam pertingat, nec ad eſſe ſuper comprehenſionem cognitionis, qua ſe comprehendit Angelus ſuperior, nec ad eſſe cognitionem ſe adæquantem prædictæ cognitioni; prout in ſe cognoſcibili; quia adæquatio proportionalis cum obiecto comprehendendo, exacta à cognitione comprehendēte, nōn poteſt reperiri in cognitione elicita à cognoſcente inferiori illo alio cognoſcente, à quo elicitur cognitio, quam petit obiectum comprehendendum; & cum cognitio reflexa, qua Angelus ſuperior poteſt cognoſcere cognitionem ſuæ ſubſtantiæ comprehenſiuam, exigatur à tali cognitione comprehenſiua; hinc eſt, quod hæc eadem cognitio cō-

Cognitiò elicita ab Angelo inferiori, nunquā pertingit, nec ad eſſe ſuper comprehēſionem cognitionis, qua Angelus ſuperior ſe comprehendit: nec ad eſſe cognitionē ſe adæquantē tali cognitioni, prout in ſe cognoſcibili.

pre-

prehenſiua non poſsit comprehendi à cognitione elicita ab Angelo inferiori,& ad illam terminata.

61 Si dicas: Hanc doctrinam non cohærere cum dictis in numero 59. vbi fundavimus adæquationem proportionalem inter cognitionem, & obiectum in exceſſu perfectionis cognoſcentis ſupra obiectum,qui exceſſus appellatur adæquatio entitatiua negatiua ex parte obiecti(quatenus ab illo non exceditur entitatiuè cognoſcens) vel inadæquatione entitatiua poſitiua cognoſcentis, ſeù principij radicalis cognitionis cum obiecto comprehendo. Cum reperiatur adæquatio entitatiua negatiua inter Angelum inferiorem cognoſcentem cognitionem comprehenſiuam ſuperioris à ſuperiori elicitam,& talem cognitionē;eò quod hæc ſit accidens,& ille ſubſtantia:& hic negetur à nobis, quod adæquetur proportionaliter cognitio erga illam elicita ab ipſomet Angelo inferiori. Si dicas.

62 Reſpondebimus, quod prædicta comprehenſiua cognitio Angeli ſuperioris ab ipſomet elicita (& ſi ſit accidens) ſequitur leges ipſius ſubſtantiæ Angeli ſuperioris, à qua eſt tanquàm à principio radicali, in eo,quod ſicut cum tali ſubſtantia non adæquatur proportionaliter cognitio elicita ab Angelo inferiori; nec cum prædicta cognitione comprehenſiua (habita erga ſuam ſubſtantiam ab Angelo ſuperiori) adæquatur proportionaliter cognitio, qua illam attingat Angelus inferior;quia habet petere cognoſci ab Angelo ſuperiori à quo fuit elicita,ſicut talis Angeli ſubſtantia ab ipſo petit cognoſci. Vnde adæquatio proportionalis cognitionis elicitæ à cognoſcente A,cum cognitione elicita erga ſe ipſum à cognoſcente B,fundatur inadæquatione entitativa poſitiua, aut negativa(declarata ſatis in numero 59.) cognoſcentis A, cū cognoſcente B. Reſpondebimus.

Cognitio comprehenſiua Angeli ſuperioris ab ipſo elicita,ſequitur leges ipſius ſubſtantiæ Angeli ſuperioris.

63 Quartò colligitur: nec adeſſe vires naturales in Angelo inferiori ad comprehendendas ſpecies exiſtentes in Angelo ſuperiori, vt iam diximus in numero 7.ex Divi Thomæ doctrina in quæſt. 16. de Malo,art. 8.incorpore:quia cum Sanct. Doct. ibi aſſerat Quartum corollarium.

non

Digitized by Google

Non ſunt vires in Angelo inferiori ad cõprehendendas ſpecies intelligibiles exiſtentes in Angelo ſuperiori.

non poſſe ſpecies exiſtentes in Angelo ſuperiori comprehendi per ſpecies exiſtentes in inferiori, & ex alia parte nequeat Angelus comprehendere aliquod obiectum, quin ſpecies, quam de illo habeat ſit ipſius comprehenſiua, rectè deducitur, quod Angelus inferior non poſsit comprehendere ſpecies intelligibiles exiſtentes in Angelo ſuperiori.

Non eſſe ſpecies intelligibiles exiſtentes in Angelo inferiori comprehenſiuas ſpecierum intelligibilium exiſtentiũ in ſuperiori, non eſt medium vnicum ad hoc, vt iſtæ non poſſint comprehẽdi ab Angelo inferiori.

Cæterum eſt obſervandum (nè ex littera Sancti Doctoris inferatur arguendo ab oppoſito, quod quotieſcumque detur in aliquo intelligente creato ſpecies comprehenſiua obiecti, cognitio talis intelligentis, ſit dicti obiecti comprehenſiua) Magiſtrum Angelicum ibi docuiſſe Angelum inferiorem non poſſe comprehendere ſpecies exiſtentes in ſuperiori, nitendo tanquam in medio ſufficiente in eo, quod ſpecies, quæ in inferiori exiſtunt non ſunt comprehenſiuæ ſpecierum exiſtentium in ſuperiori; non verò tanquam in medio vnico: quia cum ad comprehenſionem obiecti, requiratur nè dum ſpecies intelligibilis illius comprehenſiua, verùm, & lumen intelligentis adæquans ipſum cognoſcibile (vt notavimus in fine numeri 30.) ſufficit ad hoc, vt non detur comprehenſio, quod deficiat quodlibet ex his duobus; ſed neutrum, ſeorſim acceptum, eſt medium vnicũ, vt deficiat comprehenſio.

Quintũ corollarium.

Comprehẽſione *abſolutè* dicta, Angelus inferior, nec Angelum ſuperiorem, nec ſe ipſum comprehẽdit.

Licèt ſe, & non illum comprehendat comprehenſione cũ addito.

64 Quinto eſt colligendum, quod licèt negemus Angelo inferiori illam comprehenſionem ſui ſuperioris, quam de ſe ipſo fatemur habere, eſt loquendum de comprehenſione cum addito; quia ſi loquamur de comprehenſione abſolutè dicta, nec Angelum ſuperiorem, nec ſe ipſum comprehendit. Igitur datur duplex comprehenſio: vna abſolutè dicta, qua comprehẽditur obiectum ſecundùm omnem potentiam, quam habet, ſcilicèt nedùm ſecundum potentiam, ſeu virtutem naturalem; verùm, & ſecundùm potentiam obedientialem, tùm paſſiuam ad gratiam habitualem, & habitum ſupernaturalem; tùm actiuam mediatam, ſiue remotam ad beatificam viſionem, & ad alios actus ſupernaturales. Altera comprehenſio appellatur comprehenſio cum addito, quia ipſa non comprehendit obiectum ſecundùm omnem huius potentiam; ſed præ-

ciſsè

ciſsè ſecundùm potentiam, & virtutem naturalem. Vnde cum in hac quæſtione tantùm agamus de comprehenſione naturali (vt ſuppoſuimus in num. 2. & 3.) & hæc comprehenſio naturalis dumtaxat tendat ad obiectum ſecundũ eius potentiam, & virtutem naturalem; clarum fit, quod comprehenſio, quã hic negamus Angelo inferiori, eſt illa comprehenſio cum addito, ſeu comprehenſio purè naturalis, quam ipſi Angelo inferiori concedimus reſpectu ſui ipſius, & quod nõ ſit ſolũ comprehẽſio abſolutè dicta; quam, & Angelo inferiori reſpectu ſuperioris ſui, & etiam ipſi reſpectu ſui ipſius meritò negamus: quia quando Angelus inferior naturaliter cognoſcit ſuũ ſuperiorem, vel etiam ſe ipſum, non attingit obiectum ſecundùm omnem potentiam tàm obedientialem paſsiuam quam obedientialem actiuam mediatam; ſed præciſsè illud attingit ſecundùm potentiam, & virtutem naturalem.

Comprehẽſio naturalis tantũ tendit ad obiectum in ſpeciẽ ſecundũ ſuam potentiam, & virtutem naturalem.

65 Sextò colligitur: Quod cum dicimus, quod cognitio creata, vtpotè accidens, nequit æquari entitatiuè cum obiecto, quod ſit ſubſtantia, loquimur de cognitione naturali; eò, quod loquimur de illa cognitione, de qua diſputamus an ſit comprehenſio naturalis? In toto hoc dubio inveſtigata, quod eſt idem, ac loqui de cognitione naturali; quia accidens ſupernaturale poſſe excedere entitatiuè ſubſtantiam naturalem, eſt probabilis opinio, vt dici ſolet de cognitione, ſeu viſione beatifica, cui conceditur poſſe entitatiuè excedere ipſam ſubſtantiam ſubiecti Beati, necnon idem reperitur in gratia habituali, de qua etiam diximus in num. 55. quod ſupperat entitatiuè, ſeu in perfectione phyſica omnes ſubſtantias ordinis naturalis.

Sextum corollarium.

Quando dicitur, quod cognitio creata nõ quit æquari cũ obiecto, quod ſit ſubſtantia, loquitur de cognitione creata naturali.

Viſio beatifica poteſt excedere ipſam ſubſtantiam ſubiecti beati.

66 Vltimò colligitur: Quod Angelus inferior neque vt à ſuperiori illuminatus, poteſt illum naturali comprehenſione comprehendere: cuius oppoſitum defenditur a Magiſtro à Sancto Thoma 1. p. quæſt. 56. diſp. 22. à num. 10. Cæterùm hoc ita eſſe ſuadetur; Tùm quia (vt toties diximus) hic ſolùm agimus de comprehenſione naturali, & conſequenter erga naturalia tendente; & iam animadverſum fuit in numero 41. Angelum inferiorem non illuminari à ſuperiori de rebus naturalibus;

Vltimum corollarium.

Angelus inferior, nec vt à ſuperiori illuminatus, nequit ipſũ comprehendere.

RR. à S. Thoma.

Z cò,

eò, quod habet cognitionem entitatiuã omnium naturalium, tàm formalium, quàm virtualium Angeli ſuperioris, & cõprehenſiuam omniũ naturalium, tam ſui, quàm infra ſe exiſtentium. Tùm, & præcipuè, quia cum habetur ex toto decurſu præſentis dubij; ideo Angelus inferior non pertingit ad comprehenſionem ſui ſuperioris, quia nunquàm eius intellectualitas adæquatur proportionaliter cum intelligibilitate ſuperioris, cum qua propria adęquatur intellectualitas; ſed etiam ſi Angelus inferior illuminaretur à ſuo ſuperiori de rebus naturalibus non adderetur ei intellectualitas, ſeu aliquod lumen naturale intellectus, quod adæquaretur proportionaliter cum intelligibilitate ſuperioris (docente Magiſtro Angelico. 1. p. q. 106, art. 1. ad 2. *Quod vnus Angelus non illuminat alium tradendo ei lumen naturæ, vel gratiæ, vel gloriæ, ſed confortando lumen naturale ipſius, & manifeſtando ei veritatem de his, quę pertinent ad ſtatum naturæ gratiæ, & gloriæ*) ergo Angelus inferior, neque vt à ſuperiori illuminatus, poteſt ſuperiorem comprehendere comprehenſione naturali.

S. Thom. 1. 2.

Quin obſtet, quod dicit S. *Thomas.*

67 Quin obſtet, quod Sanctus Doctor in dicta quæſtione 106. art. 4. dixit: quod ex vi illuminationis à ſuperiori factę Angelo inferiori, cognoſcit hic illas veritates, quæ à ſuperiori cognoſcuntur elevatiori modo. Quia in hoc ipſo, quod eſt inferiorem cognoſcere illas eaſdẽ veritates, ac ſuperior, inferiori modo, ſatis exprimitur, quod etſi cognoſcat quidquid de ſe ſuperior cognoſcit, non eum comprehendit, quia non attingit illũ æquali ſcientia, aut cognitione, ac ipſe ſuperior à ſe ipſo cognoſcitur, quod non hæſitabit concedere, qui obſervet verba Magiſtri Angelici ibi tradita: *Cognitio* (inquit) *ſeu illuminatio non recipitur ab inferioribus, ita excellenter, ſicut eſt in ſuperioribus; & ideò ſuperiores ſemper manent in altiori ordine, & perfectiorem ſcientiam habent.*

Quia non oppoſitum, ſed hoc idem docet.

Dices.

68 Sed dices: Sequi ex hac doctrina, quod nec de potentia Dei abſoluta, poteſt Angelus inferior, remanens inferior, ſuperiorem comprehendere, quod quidẽ eſt falſum: quia, cum poſſet Deus conferre Angelo inferiori, in ſuo eſſe inferiori manenti, ſupra vim intellectivam, quã defacto habet, aliquod lumen intellectuale naturæ, quod adæquet, immò, & quod excedat intelligibilita-

ſitatem Angeli ſuperioris, tunc illum comprehenderet manens inferior. Et ſequela probatur: Quia ſi remanet inferioris ordinis Angelus inferior, nequit ſuperiorem comprehendere; ſed in illo caſu remaneret inferior inferioris ordinis: ergo ex doctrina numeri 67. ſequitur, quod nec de potentia Dei abſoluta, poſsit Angelus inferior, remanens inferior, ſuperiorem comprehendere. Quod vrgeri poteſt; quia etſi eleuetur, & confortetur à Deo pura creatura per ſuam gratiam; & offenſa peccati mortalis non ſit ſimpliciter infinita in ratione offenſæ; ſed finita (vt probabilis inter Thomiſtas tenet opinio) non poteſt creatura ſic confortata, ſatisfacere ad æqualitatē pro offenſa; quia offenſa eſt in ſuperiori ordine ad quālibet ſatisfactionē pro ea à pura creatura eliciēdā.

69 Cui reſpondebimus negando ſequelam, & ad eius probationem diſtinguatur maior. Si remanet inferioris ordinis Angelus inferior, nequit ſuperiorem comprehēdere: *inferioris ordinis*, tam *quoad eſſe*, quam *quoad intellectum*, concedatur maior: *Inferioris ordinis præciſè quoad eſſe*, negatur maior, & diſtinguatur minor: Sed in illo caſu remaneret inferior inferioris ordinis: *Inferioris ordinis quoad eſſe, & intellectum* negatur minor: *Inferioris ordinis præciſè quoad eſſe*, conceditur minor, & negetur conſequentia. Quia tunc & ſi Angelus inferior haberet eſſe, ſeu ſubſtantiam inferiorem ſubſtantia Angeli inferioris; at in vi intellectiua naturali non eſſet inferior Angelo ſuperiori, ſed ipſi æqualis, immò, & ſuperior.

Ad quod reſpondetur. Angelus inferior, non remanens inferioris ordinis *quoad intellectum* poterit comprehendere ſuperiorem, & ſi maneat inferioris ordinis *quoad eſſe*.

Et ad illud de offenſa dicatur, quod ideò, & ſi finita (ſecundùm illam ſententiam) remaneret in ſuperiori ordine ad ſatisfactionem præſtandā à pura creatura; quia nulla ſatisfactio puræ creaturæ poteſt illam æquare: eò, quod ſatisfactio cuiuſvis puræ creaturæ eſt obſequiū factum infinito, & offenſa eſt iniuria irrogata infinito; inter quæ, ſecundū exiſtimationem moralem, ſemper iniuria eſt in ſuperiori ordine ad tale obſequiū: cuius oppoſitū in noſtro caſu contingit. ¶ Et hæc de hoc dubio (ſecūdæ diſp. vltimo) applicando lib. 2. diſt. Magiſt. Tū diſt. 3. tum diſt. 9. vbi illud mouetur; cōformiter ad ea, quæ tracit ibi Doct. Ang nimirū, in diſt. 3. q. 3. art. 2. ad 2. & in diſt. 9. art. 2. poſt ſolutionem ad 2. necnon art. 7. in ſolutione ad 4.

Grauis peccati offenſa Deo irrogata, & ſi no eſſet grauitatis ſimpliciter infinitæ, remaneret in ſuperiori ordine ad ſatisfactionē præſtandam à pura creatura.

S. Thomas.

DISPVTATIO III.

IN hac diſputatione curabimus enucleare omnia illa, quæ ſpecialem difficultatem præſeferunt erga obiecta ab Angelis cognita. Qualia ſunt: An Angelus futura contingentia cognoſcat? & verũ eius cognitio attingat ſecreta cordium; & ſupernaturalia myſteria? Quia & ſi ſint alia circa talia obiecta dubitatione digna, at in ſupra diſputatis (cum quibus ſunt connexa) videtur eſſe ſufficienter reſoluta.

DVBIVM I.

Vtrum Angelus poſsit cognoſcere naturaliter, certò futura contingentia?

§. I.

Prænotantur aliqua.

Primum notabile.

1 PRimò notandum eſt: quod in dubij titulo exprimitur; nimirũ exagitari hanc cõtroverſiam de cognitione, qua Angelus futura contingentia cognoſcat naturaliter certo, & abſque interventu Divinæ revelationis, per quã pateſiant talia futura; quia nõ dubitatur poſſe ex divina revelatione illa cognoſcere certò, cũ id defacto ſit conceſſum puris hominibus; vt conſtat ex ſacra pagina, vbi habetur plures ex his, eloquio Dei inſtructos, prophetico ſpiritu prædixiſſe, vt certò eventura prædicta futura. Circa, quod etiã eſt obſervandũ in illa particula *certò*, per quã indicatur non moueri quæſtionẽ propoſitam ſuper quamlibet cognitionem naturaliter habitã erga contingẽtia futura; ſed præciſè ſuper cognitionem, qua Angelus ea certò naturaliter cognoſcat, eò, quod illa poſſe ab ipſo naturaliter cognoſci cognitione dubia probabili, vel coniecturali, falſitati, & errori expoſita, ſit extra omnium dubitationẽ. Cum omnes conveniant in eo, quod Angelus, cognoſcens cauſas naturales valdè propenſas, & inclinatas ad hoc, vt ſint poſtea aliqua cõtingentia futura, poteſt ex talibus cauſis cognĩtis cõiectura. i. & probabiliter iudicare extitura eſſe in poteriori tempore hæc ipſa futura.

Hoc dubiũ procedit de cognitione naturali creata.

Cæ-

Digitized by Google

2 Cæterùm (vt præſens quæſitum enodetur clariùs) præſupponi debet: Eſſe variam futurorum acceptionem; vt non procedamus, niſi ad inveſtigandum de illis, de quibus hic à Theologis controvertitur. Igitur futurum aliud eſt, quod naturali neceſsitate, ſeù neceſſario ex ſuis cauſis provenit, ita vt eius exiſtentia naturaliter impediri non poſsit; vt videri eſt, tùm in ortu ſolis craſtino, tùm in eo, quod ecclypſis Solis, vel Lunæ eveniat in tali tempore, quæ quidèm naturaliter evenient, quin poſsint, niſi per miraculum impediri. Aliud vero eſt futurum contingens, & illud eſt, quod ex vi ſuarum cauſarum poteſt eſſe, & non eſſe: quod iuxta Philoſophi doctrinam tripliciter vſurpari conſuevit; primò pro illo futuro, quod ex vi ſuarum cauſarum poteſt eſſe, & non eſſe; & prout in plurimum, & frequenter eſt. Secundò pro illo, quod poteſt eſſe, & non eſſe, & raró eſt. Tertio pro eo, quod poteſt eſſe, & non eſſe, & æquè indifferenter eſt, aut non eſt.

Secundum notabile.

Variæ ſunt futurorū acceptiones.

Aliud eſt futurum, quod neceſſario ex ſuis cauſis provenit.

Aliud eſt futurum contingens.

Quod iuxta *Philoſophum* tripliciter ſumitur.

3 Seù vt aliter explicari ſolet: futurum contingens contingenter eſt, vel quia cauſa, ex qua provenit cauſa libera eſt (quod quidèm futurum eſt ſimpliciter cōtingens) & hoc futurum eſt (v.g.) conſenſus liber futurus noſtræ voluntatis: vel quia licèt dependeat à cauſa neceſſària, talis cauſa non eſt, ita neceſſaria, vt ſit naturaliter in impedibilis; cum ab alijs cauſis impediri poſsit eius effectus: vt videtur in fructu arboris, qui etſi dependeat ab arbore, vt à cauſa naturali, & neceſſaria; quia tamèn impediri poteſt ab alijs cauſis ſiue liberis (quales ſunt, vel Angeli, vel homines) ſiue naturalibus, vt ſunt nimia ſiccitas, aut frigiditas temporis, eſt effectus contingens. Et in hoc ſecundo futurorum genere, alia ſunt a cauſa neceſſaria naturaliter impedibili præciſè à cauſis naturalibus, quin ad eius fruſtrationem interveniat vlla cauſa creata libera (conſultò dicimus cauſa creata libera; quia à cauſa libera Diuina, quiuis ex ijs effectibus impediri poteſt) vt ſunt aliqui effectus alicuius aſtri, qui tantùm poſſunt impediri a cauſa creata naturali, ſcilicèt ab alio Aſtro; alia ſunt à cauſa neceſſaria impedibili à cauſa, vel naturali, vel libera; vt

Futurum *ſimpliciter contingens*, eſt quod pronenit a cauſa libera.

Effectus contingens proveniēs à cauſa neceſſaria naturaliter impedibilis præciſè à cauſa naturali, eſt impedibilis à cauſa libera divina.

 conſ-

Digitized by Google

conſtat ex fructu arboris, & ex combuſtione domus, quæ impediri poteſt, vel à cauſa naturali, ſcilicèt, ab aëre; vel à cauſa libera, videlicèt, ab homine ignem removente.

Non dubitatur an Angelus naturalitèr certò cognoſcat ortũ ſolis craſtinum: & alia ſimilia futura?

4 Ex quibus futuris non dubitamus; àn Angelus naturaliter cognoſcat cognitione certa eventum futurum dependentem neceſſariò à cauſa naturali in impedibili, vt eſt ortus ſolis craſtinus, & quod eclipſis ſit manè (v.g.) nec an cognoſcat futura contingentia provenientia a cauſis naturalibus præciſſe impedibilibus ab alijs cauſis naturalibus, vt eſt effectus proveniens ab aſtro impedibili ab influxu alterius aſtri; quia cum Angelus cognoſcat naturaliter certò concurſum omnium cauſarum naturalium infra ſe exiſtentium, non poteſt non cognoſcere prædictum effectum.

Nec: àn coniecturaliter cognoſcat futura contingentia, ſi talia futura ſint ex his, quæ frequenter eveniunt.
S. Thomas.

Nec etiam (conformiter ad dicta in numero 1.) dubitamus modò àn Angelus coniecturaliter cognoſcat futura contingentia provenientia à cauſis naturalibus impedibilibus ab alijs cauſis, vel naturalibus vel liberis, ſi talia futura ſint ex his, quæ frequenter, & prout in plurimum eveniunt: quia hæc futura ſic cognoſci ab Angelo docetur à D. Thoma 1. p. quæſt. 57. art. 3.

Nec: àn cognoſcat illa, quæ raro eveniunt?
S. Thomas.

Nec tandem venit in dubium, vtrum Angelus cognoſcat futura rarò evenientia, quorum cognitionem, adhuc coniecturalem, negavit Angelis idem Præceptor Angelicus prima parte loco immediatè citato.

Quod quidem intelligendum eſt ſi dicta futura rarò evenientia conſiderentur, prout præciſsè proveniunt ab vna cauſa naturali regulariter impedibili ſolùm per alias cauſas naturales, quin tales cauſæ naturales (ſivè cœleſtes ſint, ſivè ſublunares) conſiderẽtur ab Angelo; quia ſi omnes cauſæ naturales, tam concurrentes, quam impedientes, ab ipſo Angelo cognoſcantur, et ſi eventus, attenta vna cauſa, rarò ſuum effectum ſortiẽte, ſit omnino fortuitus; at penſatis omnibus cauſis erit neceſſariò futurus, & ſic erit de illo diſcurrendum ſicut de alijs futuris neceſſarijs. Vnde tantùm tendit noſtra dubitatio ad inquirendum de futuris provenientibus, vel præciſſe à cauſis liberis, *vt conſenſus liber Petri cras eventu-*

Vnde tantùm eſt dubitatio de futuris *ſimpliciter contingentibus.*

Digitized by Google

vus,vel à cauſis naturalibus,& ſimul à cauſis liberis, ſive applicantibus,ſive non impedientibus : vt *combuſtio domus libere ab homine non impedita* : pendet ab igne tanquam à cauſa naturali,& ab homine tanquam à cauſa,liberè ignem non removente à comburendo domum; quia hæc ſolùm futura ſunt ſimpliciter contingentia.

5 Verùm adhuc prænotari opportet:non procedere hoc dubium de cognitione intuitiva certa talium futurorum,ſeu de notitia illorum , vt in ſe ipſis exiſtentium poſtea;quia Angelus , nec vllum futurum phyſicè neceſſarium ita cognoſci-(ſicut nec illud cognoſcit cognitione naturali infallibili,& metaphyſicè certa cū nullum ex his futuris neceſſarijs ſit,quod de potentia Dei abſoluta non poſsit non eſſe) ſed præciſsè illud attingit cognitione abſtractiva , & prout in ſuis cauſis contentum:quapropter de hoc eodem genere cognitionis abſtractivæ quærimus modo ; an ea naturaliter certò cognoſcat Angelus futura ſimpliciter contingentia?

Et de eorum cognitione non intuitiva ; ſed præciſe abſtractiva.

Qua cognitione,& non aliā, cognoſcit Angelus omne futurum phyſicè neceſſarium.

Non cognoſcit Angelus vllum futurū ex his neceſſarijs cognitione naturali infallibili, & certa metaphyſicè.

6 Circa quod pars affirmans(quod futura omnia contingentia ſimpliciter talia poſſint cognoſci naturalitèr certo in ſuis cauſis,& in diſpoſitione Cœlorum, tàm ab Angelis,quàm ab hominibus) placuit Avicennæ 6.Metaphyſicæ cap.1.Ciceroni lib.2.de *divinatione* : Tholomæo,& alijs Aſtrologis relatis à M.Torre Dominicano tomo 2.cap.95.art.5.diſp.1.

Parti affirmativæ adhærent.

Avicena.

Cicero.

Tholomæus:

Et alij Aſtrologi relati *à Mag. Torre.*

7 Cæterum oppoſitum tenent vniverſi Catholici; & eorum plurimi,tanquam aſſertum fidei traditum ab Iſaias:tum in cap.41.vbi dicitur: *Annunciate, quæ ventura ſunt in futurum,& ſciemus,quia dij eſtis vos* : tum in cap.45.in quo ait Deus:*nec eſt ſimilis mei annuntians ab exordio noviſsimum,& ab initio , quæ nec dum facta ſunt*: in quibus docetur,vt ſignum infallibile Divinitatis,cognitio certa futurorum contingentium.

Pro negativa ſunt omnes Catholici.

Et à pluribus habetur , vt de fide.

Ex quorum notitia probavit Nabucho Donoſor, quod Deus Danielis erat Verus Deus : *Loquens ergo rex* (legitur in 2.Danielis) *ait Danieli: verè Deus veſter Deus Deorum eſt,& Dominus Regum,& revelans myſteria , quoniā tu potuiſti aperire hoc Sacramentum*.Et antea dicitur in

Iſais.41.v.23.

Idem cap.45. v.9.& 10.

Daniel.2.v.47. Idem ibi v.22. & 28. eodem.2. Danielis,in verſu 22. *Ipſe revelat profunda, & abſcondita, & nouit in tenebris conſtituta.* & verſu 28. *Eſt Deus in Cælo revelans myſteria, qui indicavit tibi rex Nabuchodonoſor, quæ ventura ſunt in noviſſimis temporibus.*

S. Hieronymus. Ibiquè ſuper verſum 10.ita loquitur Sanct.Hieronymus:*Confitentur magi, confitentur arioli, & omnis ſcientia ſecularis litteraturæ præſcientiam futurorum non eſſe hominum, ſed Dei; ex quo probatur Prophetas Dei ſpiritu locutos, qui futura cecinerunt.* *D.Iſidorus.* Et D.Iſidorus lib. de *Summo bono*, cap.10. ſic ait: *Futura Angeli, niſi revelatione Divina cognoſcere non poſſunt.* Plurimaque alia dixerunt alij SS.DD. quæ longum eſſet referre.

Nec mirum! Cum in hoc placitum etiam conſpirent hæretici, vt notauit *M. Delgadillo.* M. Delgadillo, cap. 4. de *Angelis*, difficultate.4.numero 97.(& ſi ipſe, cum *Piloſus.* Piloſo diſp.12.art.11.num.4. ſentiat non ſuaderi illud eſſe de fide ex ſacris textibus, ex quibus, vt de fide, ſolet probari) vnde noſtra concluſio negatiua eſt.

§. II.
NOSTRA CONCLVSIO.

Angelus nequit cognoſcere naturaliter certò futura contingentia.

8 TOta difficultas hic reducitur ad ſuadendam à priori hanc certiſsimam concluſionem, quam *P. Vazquez.* P.Vazquez exiſtimat, ægrè poſſe naturali argumento fulciri; ac proindè, quod ſolùm valet probari efficaciter fundamento deprompto, aut ex ſacris litteris, aut ex teſtimonijs Sanctorum Patruum. Cæterùm illam ſuadent noſtri Doctores, ſatis firma ratione, deducta ex D.Thoma 1. p. q. 57. art. 3. *S. Thomas.* qua vtimur, eam, vt infra, efformantes.

9 Vt res aliqua creata certò cognoſcatur, debet cognoſci, vel in ſe, vel in ſui cauſa; ſed futurum ſimpliciter contingens(de quo tantùm eſt propoſitum dubium) nec cognoſcitur certò ab Angelo in ipſo futuro, nec cognoſcitur in futuri cauſa: ergo futurum ſimpliciter contingens, non cognoſcitur certò ab Angelo.

Probatur à ratione noſtra cōcluſio.

Pro

Probatur minor: Futurum ſimpliciter contingens eſt futurum eſſentialiter dependens à cauſa libera; ſed futurum eſſentialiter dependens à cauſa libera, nec cognoſcitur certò ab Angelo in ipſo futuro, nec cognoſcitur in futuri cauſa: ergo futurum ſimpliciter contingens, nec cognoſcitur certò ab Angelo in ipſo futuro, nec cognoſcitur in futuri cauſa. Probatur minor, quoad vtramque partem, & quoad primam ſic: Nullum eſt futurum, quod ſit phyſicè præſens quoad ſui exiſtentiam reſpectu intellectionis Angelicæ (vt conſtat ex numero 5. vbi ob hanc rationem diximus, quod nullum eſt futurum etiam neceſſarium, quod intuitiuè cognoſcatur ab Angelo) ſed ad hoc, vt futurum eſſentialiter dependens à cauſa libera, certò cognoſceretur ab Angelo in ipſo futuro, debebat eſſe tale futurum phyſicè præſens quoad ſui exiſtentiam reſpectu intellectionis Angelicæ (cum ideò aſſeratur à Diuo Thoma 1. part, in artic. 3. quæſt. 57. quod ſolus Deus cognoſcit iſta futura, quia ſolùm ſunt phyſicè præſentia quoad ſui exiſtentiam reſpectu intellectionis Diuinæ attingentis talia futura, vt exiſtentia in æternitate menſurante intellectionem Diuinam) ergo futurum eſſentialiter dependens à cauſa libera, nō cognoſcitur certò ab Angelo in ipſo futuro.

Nullum eſt futurum, quod ſit phyſicè præſēs reſpectu intellectus Angelici.

S. Thomas.

10 Iam probatur minor principalis, quoad ſecundam partem, ſcilicèt, quod nec certò cognoſcitur ab Angelo futurum eſſentialiter dependens à cauſa libera in futuri cauſa: cauſa talis futuri eſt cauſa creata libera (de increata enim libera nunc non loquimur; licèt quid ſit dicendum de illa conſtabit, vel ex hoc numero, ſi conſideretur, vt propriori ad decretū exiſtentiæ habendæ in ſuo tēpore à prędicto futuro; vel ex num. 19. ſi ſpectetur vt determinata per tale decretū) ſed in cauſa creata libera, nequit certò cognoſci ab Angelo futurū eſſentialiter ab illa dependens: ergo futurū eſſentialitēr dependēs à cauſa libera, non cognoſcitur certò ab Angelo in futuri cauſa. Maior eſt certa; quia vt habetur ex notabilibus cauſa prædicti futuri (ſiue adæquata, ſiue ad minùs inadæquata, ſine cuius tamèn influxu non exiſtit futurum ſimpliciter contingens) eſt cauſa creata libera. Et minor probatur: In cauſa indifferenti, vt indifferenti nequit cer-

Probatur minor principalis.

Cauſa creata libera futuri eſt cauſa indifferens, vt indifferens.

certò cognoſci effectus determinatus: ſed cauſa creata libera futuri, eſt cauſa indifferens,vt indifferens, & futurum eſſentialiter ab illa dependens, eſt effectus determinatus: ergo in cauſa creata libera, nequit certò cognoſci ab Angelo futurum eſſentialiter ab illa dependens. Minor eſt clariſsima: Maior verò, & declaratur, & explicatur.

Declaratur maior.

Declaratur ſic: In eo in quo certò cognoſcitur indifferentia,quam habet effectus, vt ſit, & non ſit, non cognoſcitur certò effectus determinatus (cum talis effectus per eſſe determinatum excludat à ſe ipſo indifferentiam,vt ſit,vel non ſit, ſed in cauſa indifferenti, vt indifferenti,certò cognoſcitur indifferentia, quam habet effectus,vt ſit,vel non ſit (vt nullus negabit) ergo in cauſa indifferenti,vt indifferenti,nequit certò cognoſci effectus determinatus.

Exēplificatur.

11 Iam exemplificatur maior: ex principio indifferenti, vt indifferenti, nequit cognoſci concluſio determinata: ergo ex cauſa indifferenti,vt indifferenti (ſeu in ipſa,vt tali) nequit cognoſci effectus determinatus. Probatur conſequentia: Ideò tenet primum,quia ex principio,non habente neceſſariam connexionem cum concluſione,non infertur concluſio determinata,& principium indifferens non habet neceſſariam connexionem cum concluſione determinata (qua propter malè arguitur ex principio indifferenti, vt indifferenti ad concluſionem determinatam; cum tunc poſsit eſſe antecedens verum,& conſequens falsũ) ſed ſicut non habet neceſſariam connexionem cum concluſione determinata principium indifferens,vt indifferens,nec illam habet cum effectu determinato cauſa indifferens,vt indifferens: ergo quemadmodum ex principio indifferenti,vt indifferenti,non cognoſcitur concluſio determinata,ita ex cauſa indifferenti,vt indifferenti nequit cognoſci effectus determinatus.

Sic ſe habet cauſa indifferens,vt indifferens, ad effectũ determinatũ; ſicut principium indifferens,vt indifferens, ad cõcluſionem determinatam.

Vrgetur.

12 Vrgetur hoc idem; potentior eſt ſuper comprehenſio,qua Deus ſuper comprehendit cauſam liberam creatam,quam cognitio, qua Angelus talem cauſam cognoſcit,ſed Deus,ſuper comprehendens cauſam liberam creatam,non cognoſcit in ea effectum ex

Deus ſuper cõprehendẽs cauſam liberã creatam, non cognoſ-

ex illa eventurum (eò, quod prædicta cauſa de ſe eſt indifferens ad fore, & non fore effectus ex ipſa eventuri) vt fert communis opinio contra P. Vazquez. 1. part. quæſt. 14. artic. 13. ergo potiori iure Angelus cognoſcens nunc cauſam creatam liberam alicuius effectus, non cognoſcit in ea extiturum eſſe poſtea talem effectum.

noſcit in eà effectum ex illa eventurum.

P. Vazquez.

Dices.

13 Dices: Quod cum ſit verum nunc vnum ex his duobus contradictorijs de futuro libero. v. g. *Petrus amabit, vel non amabit cras*; nunc cognoſcit Angelus in ipſo libero arbitrio Petri (quod eſt cauſa libera talium futurorum) quale ex his futuris craſtinis ſit verum hodie; nè ponatur libertas arbitrij in eo, quod nec vnum contradictorium ſit verum, nec alterum falſum; ſed vtrumque verum, vel falſum, quod quidèm defenſari nequit.

Sed contra.

14 Contra quam ſolutionem ſit obijcimus: & ſi ſit neceſſe, quod ex dictis contradictorijs, vnum ſit nunc determinatè verum, & alterum determinatè falſum; non benè ex hoc arguitur: quod Angelus cognoſcat in libero arbitrio Petri eſſe verum nunc, quod: *Petrus amabit, vel non amabit cras*: ergo quod nunc ſit verum vnum, ex his duobus contradictorijs: *Petrus amabit, vel non amabit cras*: non rectè ſuadet, quod Angelus cognoſcat futurum liberum in ſua cauſa. Probatur antecedens: ex hoc, quod eſt non dari medium inter duo contradictoria de futuro libero, non benè arguitur ad hoc, quod eſt non dari medium inter cognitiones de illo vtroque contradictoria; ſed eſſe neceſſe, quod ex illis contradictorijs: *Petrus amabit, vel non amabit cras*: vnum ſit nunc determinatè verum, & alterum ſit determinatè falſum, eſt non dari medium inter duo contradictoria de futuro libero, & quod ex hoc Angelus cognoſcat in libero arbitrio Petri eſſe verum nunc, quod: *Petrus amabit, vel non amabit cras*: eſt non dari medium inter cognitiones de illo vtroque contradictorio: ergo, & ſi ſit neceſſe, quod ex dictis contradictorijs vnum ſit nunc determinatè verũ, & alterum ſit determinatè falſum, non benè ex hoc arguitur, quod Angelus cognoſcat in libero arbitrio Petri, eſſe verum nunc,

Ex hoc, quod eſt nõ dari medium inter duo contradictoria de futuro libero, non benè arguitur ad hoc, quod eſt non dari mediũ inter cognitiones de illo vtroque contradictorio.

Digitized by Google

nunc, quod: *Petrus amabit, vel non amabit cras*. Probatur maior; Non dari medium inter duo contradictoria de futuro libero, idem eſt, ac non poſſe deficere ſimul vtrumque contradictorium (cum fundetur in illo prioriſtico principio: *quodlibet eſt, vel non eſt.*) At ex hoc, quod eſt non poſſe deficere ſimul vtrumque contradictorium, non benè arguitur ad hoc, quod eſt non poſſe deficere ſimul cognitiones de illo vtroque contradictorio (quia clarum eſt poſſe intellectum creatum nullam cognitionem eſſere erga dicta contradictoria) ergo ex hoc, quod eſt non dari medium inter duo contradictoria de futuro libero, non benè arguitur ad hoc, quod eſt non dari medium inter cognitiones de illo vtroque contradictorio.

Vel aliter.

15. Vel aliter: ex impoſsibilitate, vt ſimul deficiat nunc vtrumque ex duobus ſe mutuò contradicentibus, neutiquàm deducitur eſſe impoſsibile, vt poſſit deficere ſimul nunc duplex contrarium (aliàs non poſſet nunc eſſe ſimul falſum duplex contrarium, ſicut nunc, nequit eſſe ſimul falſum duplex contradictorium) ſed cognitiones terminatę ad duo illa contradictoria de futuro libero: *Petrus amabit, vel non amabit cras*; ſunt duæ propoſitiones contrariæ (vt cuivis patebit) ergo licèt concedamus, vt certum, eſſe impoſsibile, vt ex duobus ſe mutuo contradicentibus, ſimul nunc deficiat vtrumque, non ex hoc fatebimur eſſe impoſsibile, quod ex proportionibus mentalibus, ſeu cognitionibus attingentibus prædicta contradictoria, nunc vtraque deficiat ſimul; tunc ſic: ſed eſſe neceſſe, quod ex illis duobus contradictorijs de futuro libero: *Petrus amabit, vel non amabit cras*: vnum ſit nunc determinatè verum, & alterum ſit determinatè falſum, eſt eſſe impoſsibile, vt ſimul deficiat nunc vtrumque ex duobus ſe mutuò contradicentibus; & quod ex cognitionibus terminatis ad illa duo contradictoria debeat eſſe nunc vna determinatè vera, & altera determinatè falſa, eſt eſſe impoſsibile, quod ex talibus cognitionibus nunc vtraque ſimul deficiat: ergo ex illo principio *neceſſe eſt*, quod ex his duobus contradictorijs: *Petrus amabit, vel non amabit cras*: vnum ſit nunc determinatè verùm, & alterum de-

Cognitiones terminatæ ad duo contradictoria, ſunt propoſitiones contrariæ; vnde vtraque poteſt deficere ſimul.

Digitized by Google

determinatè falſum non valet probari, quod ex prædictis cognitionibus debeat nunc eſſe vna determinatè vera, & altera determinatè falſa.

16 Vltrà impugnatur ſolutio: Neceſsitas quæ datur, vt ex illis duobus contradictorijs: *Petrus amabit, vel non amabit cras* vnum ſit determinatè verum, & alterum ſit determinatè falſum; præciſsè oritur ex lege contradictionis (vt teſtatur etiam ſolutionis Author) ergo, quod nunc ſit vnum determinatè verum, non provenit à ſua cauſa libera, ſcilicèt, à libero arbitrio Petri. Pergit argumentum, ſed ex vi cognitionis cauſæ non cognoſcitur in ea ille effectus, qui ab ea non prouenit (vt eſt notiſsimum) ergo ex vi cognitionis naturalis certæ habitæ ab Angelo de libero arbitrio Petri cras eliciente, vel non eliciente amorem, non cognoſcitur ab Angelo naturaliter certò in ipſo libero arbitrio Petri eſſe nunc verum; vel quod *Petrus amabit cras, vel eius oppoſitum.*

Vltra impugnatur ſolutio.

Neceſsitas, quę datur, vt vnum ex duobus contradictorijs ſit determinatè verum, & aliud determinatè falsũ non provenit à cauſa libera.

17 Dices: Quod etſi non ſit cognoſcibile in libero arbitrio Petri, quale ex futuris liberis, ſe contradicentibus mutuò, ſit nunc determinatè verum; at hoc eſt cognoſcibile in ipſorum futurorum veritate obiectiua, quia futura contingentia libera habent determinatam veritatem ex ſe ipſis; eò, quod ex duobus propoſitionibus contradictorijs erga illa terminatis, vna debet eſſe determinatè vera, & alia determinatè falſa.

Dices.

18 Sed contra eſt: Futura contingentia libera non habent ex ſe ipſis vllam veritatem determinatam in eſſe futuri: ergo ex hoc principio, non benè colligitur, quod Angelus cognoſcat, quale ex futuris liberis ſe mutuò contradicentibus eſt determinatè verum. Probatur antecedens: Quod non habet ex ſe ipſo eſſe determinatè futurum, non habet ex ſe ipſo vllam veritatem determinatam in eſſe futuri; ſed futura contingentia libera, non habent ex ſe ipſis eſſe determinatè futura; ergo futura contingentia libera non habent ex ſe ipſis vllam veritatem determinatam in eſſe futuri. Minor (quæ ſola indiget probatione) eſt conſtans Thomiſtarum ſententia aſſerentium in 1. part, quæſt. 14. art. 13.

Sed contra.

Futura contingẽtia libera nõ habent ex ſe ipſis eſt determinatè futura.

Digitized by Google

13. quod talia futura nulla gaudent veritate determinata: in eſſe futuri, independenter a Divinis Decretis, quibus, vel formaliter, vel ſaltèm cauſalitèr conſtituuntur in eſſe futuri prædicta futura.

Vniverſaliori medio reijcitur ſolutio.

19 Cæterum alio vniuerſaliori medio reijcitur prædicta ſolutio: veritas determinata obiectiva, quæ poteſt nunc competere futuris liberis eſt determinatio illis nunc conveniens, vt exiſtant in ſuo tempore; ſed Angelus nequit cognoſcere naturaliter certò determinationem nunc convenientem futuris liberis, vt exiſtant in ſuo tempore: ergo futura libera non habent illam veritatem determinatam obiectivam à ſolutione prætenſam. Probatur minor: talis determinatio eſt denominatio extrinſeca futuri deſumpta, vel à Divino decreto prædiffinitivo exiſtentiæ, quam in ſuo tempore habebunt futura, vel à tali exiſtentia ſuo tempore habenda; ſed Angelus nequit cognoſcere nunc naturaliter certò denominationem extrinſecam futuri deſumptam, vel à Divino decreto prædiffinitivo exiſtentiæ, quam in ſuo tempore habebunt futura, vel à tali exiſtentia ſuo tempore habenda: ergo Angelus nequit cognoſcere naturalitèr certò determinationem nunc convenientem futuris liberis, vt exiſtant ſuo tempore. Probatur minor: nequit Angelus cognoſcere naturaliter certò vllam denominationem, ſi non poſſet naturaliter certo cognoſcere formam denominantem, à qua provenit talis denominatio; ſed Angelus nequit cognoſcere naturaliter certò formam denominantem futura tali extrinſeca denominatione: ergo Angelus nequit cognóſcere nunc naturalitèr certò denominationem extrinſecam futuri deſumptam, vel à Divino decreto prædiffinitivo exiſtentiæ, quam in ſuo tempore habebunt futura, vel à tali exiſtentia ſuo tempore habenda.

Angelus nequit cognoſcere nunc naturaliter certò denominationem extrinſecam futuri deſumptam, vel a Divino decreto prę diffinitivo exiſtentiæ futuri: vel à tali exiſtentia ſuo tempore habenda.

Probatur minor.

Probatur minor. Forma denominans futura tali extrinſeca denominatione, vel eſt Divinum decretum prædiffinitivum exiſtentiæ, quam in ſuo tempore habebunt futura, vel eſt ipſa exiſtentia ſuo tempore habenda, ſed Angelus nequit cognoſcere nunc na-

naturaliter certò nec prædictum Divinum decretum, nec prædictam exiſtentiam ſuo tempore habendam: ergo Angelus nequit cognoſcere nunc naturaliter certò formam denominantem futura tali extrinſeca denominatione. Probatur minor quoad vtramque partem, & ita quoad primam: difficilius eſt poſſe vnum Angelum cognoſcere naturaliter certò decreta Divina, quam volitionem liberam, vel à nobis, vel ab altero Angelo elicitam intra ipſumquè elicientem abſconditam: ſed (vt dicemus in immediato dubio) nequit vnus Angelus cognoſcere naturaliter certò volitionem liberam, vel à nobis, vel ab altero Angelo elicitam intra ipſumquè elicientem abſconditam: ergo Angelus nequit cognoſcere nunc naturaliter certò decretum Divinum prædiffinitivum exiſtentiæ, quam in ſuo tempore habebunt futura.

Angelus nequit cognoſcere naturaliter certò Divinum decretum prædiffinitivum exiſtentiæ, quam in ſuo tempore habebunt futura.

Iam probatur minor quoad ſecundam partem, & non alitèr, quam applicando ad exiſtentiam futuri ſuo tempore habendam illud fundamentum, quo in numero 9. probavimus non poſſe ab Angelo natùraliter certo cognoſci futura libera; quia illa exiſtentia ſuo tempore habenda, vel conſideratur, vt in ſe ipſa, & ſic (cum nunc non ſit realiter) nequit nunc cognoſci ab Angelo naturalitèr certò, vel conſideratur vt in ſua cauſa, & de hac eſt eadem controverſia, ac de cauſa futuri liberi; ac proinde ſicut hoc, ob vſque nunc dicta, nequit cognoſci in ſua cauſa naturaliter certò, ita nec in ſua cauſa cognoſci poterit ab Angelo naturaliter certò illa exiſtentia, quam in ſuo tempore habebit futurum liberum: ergo Angelus nequit cognoſcere nunc naturaliter certò exiſtentiam ſuo tempore habendam à futuro libero.

Nec ipſam exiſtentiam futuri ſuo tempore habendam.

20 Si reſpondeas negando, quod determinatio, ratione cuius habet nunc amor liber futurus, vt ſit cras (v.g.) non eſt denominatio extrinſeca proveniens, vel a decreto Divino per diffinitivo exiſtentiæ, quā habebit prædictus amor in duratione craſtina, vel à tali exiſtētia cras ab illo habēda; & cōſequēter di-

Si reſpondeas.

cas,

Digitized by Google

cas, quod poteſt Angelus cognoſcere nunc naturali-ter certo amorem liberum futurum, licèt nunc non cognoſcat naturaliter certo, nec decretum Divinum de exiſtentia craſtina, nec prædictam exiſtentiam cras habendam.

In contra opponitur.

21 Incontra opponimus: Si determinatio, quæ nunc datur in amore libero futuro extituro cras, vt cras exiſtat, non eſt denominatio extrinſeca, vt à nobis expoſita, eſſet, quia eſſet talis determinatio aliquid reale, nunc intrinſecum prædicto amori; ſed talis determinatio, non eſt aliquid reale nunc intrinſecum prædicto amori: ergo in ſua vi manet argumentum noſtrum. Probatur minor: Determinatio, quæ nunc datur in amore libero futuro extituro cras, vt cras exiſtat, eſt aliquid nunc, & de præſenti exiſtens; ſed nihil reale nunc, & de præſenti exiſtens, poteſt eſſe nunc intrinſecum prædicto amori: ergo talis determinatio, non eſt aliquid reale nunc intrinſecum prædicto amori. Probatur minor: Repugnat, quod detur aliquid reale, quod ſit intrinſecum puro nihilo (vt eſt certiſſimum) ſed amor liber futurus extiturus cras, nunc, & de præſenti, eſt in ſe purum nihil (vt etiam ab Adverſarijs fatetur) ergo repugnat, quod detur aliquid reale, quod nunc, & de præſenti ſit intrinſecum prædicto amori: ergo verum tenet, quod nihil reale nunc, & de præſenti exiſtens, poteſt eſſe nunc intrinſecum amori libero futuro cras extituro.

Nihil reale nũc & de præſenti exiſtens poteſt eſſe nunc intrinſecum amori libero futuro.

22 Verùm etiam ſi gratis detur, quod determinatio, quæ nunc eſt in amore libero futuro extituro cras, vt cras exiſtat, eſt aliquid reale nunc intrinſecum prædicto amori, nequit ſalvari, quod Angelus poſſit nunc cognoſcere naturaliter certo talem amorẽ liberũ futurũ: ergo ſiuè ſit, ſiuè non ſit nunc prædicta determinatio denominatio extrinſeca, no poteſt Angelus nunc cognoſcere naturaliter certò amorem liberum futurum extiturum cras. Probatur antecedens: Angelus, naturaliter certò cognoſcens talem amorem liberum futurum, cognoſceret illud reale prædicto amori nunc intrinſecum, in quo conſiſteret prædicta determinatio; ſed Angelus nequit cognoſcere naturaliter certò illud reale

Et ſi daretur aliquid reale nunc intrinſecum amori libero futuro, non poſſet Angelus illud cognoſcere.

Digitized by Google

reale prædicto amori nunc intrinſecum, in quo conſiſteret prædicta determinatio; ergo etiam ſi gratis detur, quod determinatio, quæ nunc eſt in amore libero futuro, extituro cras, vt cras exiſtat, eſt aliquid reale nunc intrinſecum prædicto amori, nequit ſalvari, quod Angelus poſsit nunc cognoſcere naturaliter certo talẽ amorem liberum futurum.

Probatur minor: Angelus nequit cognoſcere naturaliter certò decreta divina de re nunc futura (vt conſtat ex numero 19.) ſed Angelus nequit cognoſcere naturaliter certò illud reale nunc intrinſecum prædicto amori, quin poſsit cognoſcere naturaliter certo decreta divina de re nunc futura: ergo Angelus nequit cognoſcere naturaliter certò illud reale prædicto amori intrinſecum, in quo conſiſteret prædicta determinatio.

Non poſſet Angelus cognoſcere naturaliter certo aliquid reale nuc intrinſecum amori libero futuro (ſi tale reale daretur) quin poſset cognoſcere naturaliter certò eſſe in Deo decretum de illo reali nunc intrinſeco amori prædicto.

Probatur minor: Decretum Divinum de illo reali nunc exiſtente intrinſeco amori libero futuro, eſt ipſiſsimum decretum de ipſo amore libero futuro (cum hoc, quod eſt decernere, quod ſit nunc illud reale intrinſecum, in quo conſiſtit determinatio, vt ſit cras amor liber futurus, ſit decernere talem amorẽ eſſe extiturũ cras) ſed nequit Angelus cognoſcere naturaliter certò illud reale nunc intrinſecum amori libero futuro, quin etiam poſsit cognoſcere naturaliter certò eſſe in Deo decretum de illo reali nunc intrinſeco amori libero futuro (cum nequeat cognoſcere naturaliter certò vllam rem exiſtentem creatam, quin naturaliter certò cognoſcat decretum Dei de communicando exiſtentiam tali rei, vt eſt clariſsimum) ergo nequit Angelus cognoſcere naturaliter certo illud reale nunc intrinſecum amori libero futuro, quin poſsit cognoſcere naturaliter certò decreta divina de re nunc futura, ſcilicèt decretum divinum de amore libero nunc futuro.

Si dicas.

23 Si tandèm dicas; quod ſi ita eſſet, quod futura contingencia libera non habent nunc aliquid ſiue intrinſecum, ſiue extrinſecum, ratione cuius cognoſcantur ab Angelo naturaliter certo, nec erunt ab eo naturaliter certò cognoſcibilia in ſignis ipſa repræſentantibus, cujus oppoſitum nos docet experientia

Digitized by Google

demonſtrans eſſe plura futura contingentia, quæ nunc repræſentantur cognitioni creatæ naturali certæ, per quædam exteriora ſigna, vt repræſentatur per iridem futura ſerenitas, & per piſcium in mari motus tempeſtas futura.

Non obſtabit,

24 In nihilo lędes doctrinam noſtram; eò, quod eſſe nunc naturaliter certò cognoſcibilia futura contingentia, ſecundùm quid, ſeu naturalia, non ſuadet eſſe nunc naturaliter certo cognoſcibilia futura ſimpliciter contingentia, ſiue futura libera (vt ſatis habetur ex decurſu dubij) ſed eſſe futura contingentia naturaliter certò cognoſcibilia per ſigna illa manifeſtantia convenit futuris naturalibus, ſecundùm quid contingentibus (ſic atteſtantibus exemplis pro ſolutione adductis) ergo nec per ſigna ſunt naturaliter certò cognoſcibilia ab Angelo futura contingentia libera, quæ ſunt ſimpliciter contingentia.

Futura ſimpliciter contingētia non ſunt per ſigna exteriora naturaliter certò cognoſcibilia.

Efficaciùs impugnatur ſolutio.

25 Efficaciùs impugnatur ſolutio: Ideò futura cōtingentia libera nequeunt ab Angelo cognoſci naturaliter certò in ſuis cauſis creatis (vt diximus in numero 10. & 11.) quia tales cauſæ de ſe ſunt indifferentes ad hoc, vt prædicta futura ſint, vel non ſint in ſuo tempore, & aliàs in medio nunc indifferenti, vt res ſit, vel non ſit poſtea, nequit res, vt poſtea extitura cognoſci nunc naturaliter certò; ſed quodlibet ſignū creatū nūc exiſtēs, ex cuius naturali cognitione cognoſceret Angelus naturaliter certò futura contingentia libera, eſt indifferens ad hoc, vt talia futura ſint, vel non ſint in ſuo tempore (cum nō ſit aſsignabile vllum aliud ſignum, quod non ſit ſic indifferēs; niſi incidatur in errorem Originis aſſerentis dari nunc ſigna determinata futurorum contingentium liberorū, in quibus ſignis prædicta futura cognoſcuntur nunc naturaliter certò, ſiue ab Angelis, ſiue ab hominibus) ergo in ſignis exterioribus non ſunt nunc naturaliter certo cognoſcibilia futura contingentia libera.

Quodlibet ſignum creatum, ex cuius naturali cognitione cognoſcatur ab Angelo futurū, eſt indifferens, vt tale futurum ſit, vel non ſit poſtea.

Origenes.

Vrgentiùs impugnatur.

26 Et vrgētiùs; Angelus nequit cognoſcere naturaliter certò futura cōtingentia libera in cauſis creatis liberis (vt ex præcedēti numero conſtat) ſed idē eſt cognoſci ab Angelo futura cōntingētia libera in ſignis (nō miraculoſis, ſiquidē de miraculoſis, non loquitur ſolutio) illa mani-

niſeſtātibus,ac in ſuis cauſis creatis liberis;ergo Angelus nequit cognoſcere naturaliter certò futura contingētia libera in ſignis manifeſtātibus prædicta futura. Probatur minor:ſigna manifeſtātia futura cōtingētia libera,ea manifeſtant in quantū ſunt connexa cum prædictis futuris; ſed idem eſt eſſe cōnexa ſigna manifeſtantia futura contingentia libera cū his futuris,ac eſſe cum ipſis cōnexas cauſas liberas creatas talium futurorum: ergo idem eſt cognoſci ab Angelo naturaliter certò futura cōtingentia libera inſignis illa manifeſtantibus, ac cognoſci in ſuis cauſis creatis liberis.Probatur minor:Nullū ſignū creatum eſt connexum cum futuro contingente libero, niſi ratione cauſæ liberæ creatæ talis futuri:ergo idē eſt eſſe cōnnexa cum futuris liberis cōtingentibus ſigna manifeſtantia prædicta futura,ac eſſe connexas cum ipſis cauſas liberas creatas talium futurorum.

Idem eſt cognoſci naturaliter prædictum futurum in ſignis creatis externis,ac in ſuis cauſis creatis liberis.

Probatur antecedens:Signa creata nunc manifeſtantia futura connectuntur cum ipſis futuris,in quantū ſunt effectus eiuſdem cauſæ creatæ,ac ipſa futura;ergo etiam ſigna creata quæ nunc poſsint manifeſtare futura contingentia libera,connectuntur cum futuris contingentibus liberis,in quantùm ſunt effectus eiuſdem cauſæ creatæ liberæ,ac ipſa futura contingentia libera:ergo nullū ſignum creatum eſt connexū cum futuro contingente libero,niſi ratione cauſæ liberæ creatæ talis futuri. Antecedens(in quo tantū eſt difficultas)ſuadetur ex ipſis ſimilibus in ſolutione propoſitis;cum quibus cōveniunt,quoad præſens,cætera alia,quæ adducuntur ab adverſarijs.

Probatur antecedens.

Nullum ſignū creatum eſt cōnexum cum futuro libero.niſi ratione cauſæ liberæ creatæ talis futuri.

Nam ideò iris manifeſtans futuram ſerenitatem cum illa connectitur,quia eſt effectus de præſenti proveniens ab ipſa cauſa creata,à qua tēpore futuro eſt cauſanda ſerenitas de præſenti futura;ideoquè etiam motus piſcium in mari manifeſtans nautis tempeſtatem futuram cōnectitur cum dicta tempeſtate;quia eſt effectus de præſenti cauſatus ab illa eadem cauſa,à qua pro tempore futuro cauſabitur ipſa tempeſtas pro præſenti futura. Et tum quia cum illa ſigna (ſecundùm ſolutionem) naturaliter repræſentantia futura, non connectātur per ſe cum ipſis futuris(eò,quod nec ſint cauſa, nec effectus talium futurorum.) tantùm reſtat, quod

Similibus in ſolutione propoſitis connectitur eius impugnatio.

cum illis connectantur, in quantùm ipſa ſigna ſunt connexa cum cauſa creata dictarum futurorum, vel vt ſunt cauſa talis cauſæ, vel vt ſunt talis cauſæ effectus; & cum ex alia parte non connectantur cum tali cauſa, vt ſunt ipſius cauſa (quia ſic eſſent cauſa creata mediata prædictorum futurorum; & conſequenter eſſet eadem lis de illis, ac de cauſa futurorum) connecti debent cum illa, vt ipſius effectus: ergo ſigna creata, nunc manifeſtantia futura, connectuntur cum ipſis futuris, in quantùm ſunt effectus eiuſdem cauſæ creatæ, ac ipſa futura.

§. III.

Soluuntur Argumenta.

27 Contra quam concluſionem primò obijcitur ab authoritate: Angelus cognoſcit naturaliter certò id, in quo nunc apparent expreſſa futura libera: ergo Angelus cognoſcit nunc naturaliter certò futura libera. Probatur antecedēs: Angelus cognoſcit naturaliter certò Cęleſtes orbes; ſed in orbibus Cœleſtibus nūc apparent expreſſa futura libera: ergo Angelus cognoſcit naturaliter certò id, in quo apparent nunc expreſſa futura libera. Probatur minor: Tùm ex Geneſis 1. vbi dicitur: *Fiant luminaria in firmamento Cœli; & ſint in ſigna*: In quibus luminaria cœleſtia facta dicuntur ad hoc, vt ſint ſigna cuiuſcumque futuri contingentis, etiam liberi iuxta interpretationem Originis relatam ab Euſebio lib. 6. de *Præparatione Euangelica*, cap. 9.

Arguitur primò.

Geneſis 1. v. 14.

Euſebius.

28 Tùm ex illo Iſaiæ cap. 34. *Complicabuntur ſicut liber Cœli*: & ex illo Apocalypſ. 6. *Cœlum receſſit, ſicut liber inuolutus*: Vbi ſignificari videtur (ſecundùm aliquos) quod cum adueniente finali vniuerſali iudicio ceſſet Cœli motus, non poterit in tali motu legi vllum futurum contingens liberum; ſicut nec legi poſſet ſi ſcriptum eſſet in aliquo libro ſemper inuoluto, ex quo ab illis colligitur cognoſci nunc in motu cœleſti futura libera.

Iſaias 34. v. 4.

Apocalypſ. 6. v. 14.

29 Tū quia in libro intitulato *narratio Ioſeph* pro magno antiquitùs habito apud multos Catholicos (vt refert Sixtus

Sixtus Senenſis.

Sixtus Senenſis lib. 5. Biblioticæ Sanctæ annotatione 15.) legitur ita loquutum fuiſſe ad ſuos filios Patriarcham Iacob; *Legite in tabulis Cœli, quæcumque eventura ſunt vobis, & filijs veſtri*: Vbi indiſcriminatim de omnibus futuris loquitur, quin futura libera excipiat; ergo in orbibus Cœleſtibus nunc apparent expreſſa futura libera.

30 Vrgetur argumentum: Validior eſt Angelus in cognoſcendo naturaliter, quam vllus homo; ſed quilibet homo cognoſcit naturaliter certò futura contingentia libera in ſigno naturaliter ſignificante prædicta futura: ergo Angelus etiam cognoſcit naturaliter certò futura contingentia libera in ſigno naturali ſimili. Probatur minor: Quilibet homo cognoſcit naturaliter certò futura contingentia libera in lineis in ſuis manibus exiſtētibus, vt in ſigno naturaliter ſignificante prędicta futura: ergo quilibet homo cognoſcit naturaliter certò futura contingentia libera in ſigno naturaliter ſignificante prædicta futura. Conſequentia patet, & antecedens habetur in illo Iob 37. *In manu omnium hominum ſignat, vt noverint ſinguli opera ſua.*

Vrgetur.

Iob 37. v. 7.

31 Quod quidèm argumentum facilimè ſoluitur: negando antecedens; & ad eius probationem negando minorem. Quin obſtent probationes, quæ in ipſius favorem objiciuntur. Quia ad primam deſumptam ex primo *Geneſis*, eſt dicendum: Luminaria cœleſtia facta eſſe ad hoc, vt ſint ſigna *futurorum naturalium*; non verò *futurorum liberorum*; & licèt oppoſitum ſentiat Origines in tomis ſuper *Geneſim*; at in hoc non eſt audiendus (ſicut nec in alijs, in quibus erravit) quia eius opinio minimè eſt Catholica, eſtquè Chriſtiano indigna; & vt talis reprobatur a Procopio in Commentarijs primi *Geneſis*.

Reſpondetur primo argumē to.

Dicendo ad 1. probationē ex *Geneſi*.

Procopius.

Pro cuius pleniori doctrina conſulite Magn. Parent. Auguſtinum lib. 5. de *Civitate Dei*, cap. 1. Doctorem Angelicum in opuſculo 44. (aliàs 26) inſcripto de *Iudicijs Aſtrorum*: & Sixtum Senenſem in *Biblioteca Sancta*; tùm lib. 5. annot. 15. & 81. tùm lib. 6. annotat. 10.

S. Auguſtinus.

S. Thomas.

Sixtus Senenſis.

Digitized by Google

Ad 2. ex Iſaia, & Apocalypſi.

32 Ad ſecundam ex Iſaia, & Apocalypſi reſpondendum eſt: Socios eſſe Origenis in errore, qui textum illum Apocalypſis: *Cœlum receſsit, ſicut liber involutus*: & alium Iſaiæ: *Complicabuntur ſicut liber Cœli*: Explanant ita, vt inferant: Quod ante illam diem vltimi iudicij poſsint legi futura libera in Cœli motu; quia vſquè tunc non celat in ſe Cœlum futura libera, vt in ipſo non legantur, ſicut liber complicatus, ſeu involutus litteras in ſe ſcriptas viſui celat. Cuius expoſitionis abſurditas conſtabit evoluenti SS. PP. & ſacros Interpretes ſuper allata teſtimonia.

Ad 3. ex locutione *Iacob*.

S. Athanaſius.

33 Ad tertiam dicatnt: Quod liber ille, cui titulus eſt *Narratio Ioſeph*; eſt liber Apochryphus, vt teſtatur Sanctus Athanaſius in ſua ſynopſi. Vnde, vt nullius authoritatis reputari debet, quod præciſsè ex illo deſumitur; vt eſt illud, quod nobis opponitur Patriarcham Iacob alloquutum fuiſſe ſuos filios.

Reſpōdetur ad vrgentiam: & primò ex *S. Thoma*.

Cui *Lyra* conformatur.

Diverſis hominum operibus diverſæ aëris diſpoſitiones congruunt.

34 Ad Vrgentiam argumenti negetur minor, ad cuius probationem negatur antecedens, & ad huius probationem eſt reſpondendum, vel cum noſtro Doctore Angelico in expoſitione propria ſuper Iob loco citato lect. 1. (cui conformatur etiam Lyranus) ibi nomine *manus* ſignificari *potentiam*, & *induſtriam operatiuā hominum*; eò, quod in his ſignat Deus, ſeu ponit, ſicut ſignum in manu, vt ſciant homines modum, & tempus exercendi ſua opera: quia cum diverſis hominum operibus, diverſæ aëris diſpoſitiones congruant: & aliud opus exerceat homo tempore ſerenitatis; aliud verò in tempore pluvioſo, aliud eſt tempus aptum vnis operibus, vt *ſerenai, collucandi, &c.* aliud eſt aptum alijs, vt *metendi, vindemiandi, &c.* Vndè, quæ opera ſint exercenda ab homine in hoc tempore, quæ verò in illo, diſcernit quilibet homo rationis compos, ſecundùm rationem ſibi datam divinitus, & hoc eſt ſignum, quod Deus poſuit in *manū* hominis; ideſt in *operatiua virtute* omnium hominum.

Vel

35 Vel cum Magno Gregorio libro 27. Moralium, capite 16. intelligenda eſt, *pro manu conſcientia*; quaſi dicat; *Qui homini indit rationalem mentem, & conſcientiam, qua bona opera à malis diſcernat.* Ex quibus expoſitionibus clariſsimè habemus eſſe alium ſenſum verborum Iob ab illo, qui in vrgentia opponitur (qui etiam ſe elongat à vera Iob intelligentia ſecũdũ alias explicationes eiuſdẽ teſtimonij adductas ibi a P.Balthaſare Corderio, & ab alijs DD.) & cõſequenter: quã falsũ ſit aſſerere, quod homo valet cognoſcere naturaliter certò futura libera in lineis manui à natura impreſſis; cum ad ſummum admitti poſsit, quod ex prædictis lineis cognoſcat homo (vt ſi difficiliter) alterius hominis, vel ſui temperamentum, necnon inclinationem ad ipſum temperamentum ſecutam; ex cuius inclinationis cognitione tantùm coniecturaliter cognoſci poteſt aliquid de futuris operibus ipſiuſmet hominis; dum tamèn non ſit ex operibus futuris provenientibus præciſsè à cauſis liberis, quia talia futura, nec coniectari poſſunt per lineas manui impreſſas.

Secundò ex D. Gregorio Magno.

P. Corderius.

36 Secundò arguitur; Futura libera non ſupperant vim naturalem cognoſcitivam Angeli: ergo poſſunt ab ipſo cognoſci naturaliter certò. Probatur antecedens primò: Futura libera non ſupperant vim naturalem cognoſcitiuam animæ hominis; ſed quod non ſupperat vim naturalem cognoſcitivam animæ hominis, non ſupperat vim naturalem cognoſcitiuam Angeli (vt eſt innegabile) ergo futura libera non ſupperant vim naturalem cognoſcitivã Angeli. Prob. maiorem: Tum ex Magno Parente Auguſtino lib. 12. ſuper *Geneſ. ad literam*, cap. 13. Ex Angelico Præceptore 1.p.q.86.artic.4.ad 2. & 2.2.q.172.art.1.in ſolutione ad 1. Et ex Caietano etiam ibi.

Arguitur 2.

Probatur antecedens primò.

S. Auguſtinus.

S. Thomas.

Card. Caietanus.

Qui quidèm aſſerunt, quod anima hominis, cum abſtrahitur à ſenſibilibus, poteſt præuidere futura, vt evenire ſolet in freneticis, & dormientibus. Tùm ex quodã exẽplo adducto à D.Greg.Magn. lib.4.Dialogorũ, cap.26. cuiuſdã Advocati, qui Romæ, iam morti proximus, prædixit ſepeliendũ eſſe apud Sanctum Sixtum; & licèt aliud erat diſpoſitum, contingit, ſicut ipſe di-

D. Gregorius.

Digitized by Google

dixerat;ſed hoc erat quoddam futurum liberum : ergo
futura libera non ſupperant vim naturalem cognoſciti-
vam animæ hominis.

Secundò.

37 Secundò probatur antecedens: Si futu-
ra libera ſupperarent vim naturalem cognoſcitivam An
geli, non cognoſcerentur à Dœmone (cum in Dœ-
mone non ſit vlla cognitio ſupperans ſuam vim natura-
lem cognoſcitiuam) ſed futura libera cognoſcuntur à
Dœmone, vt probari ſolet ; tùm ex varijs prædictioni-
bus talium futurorum ; tùm etiam ex alijs futuris præ-
dictis ab hominibus ex ſugeſtione Diaboli : ergo futura
libera non ſupperant vim naturalem cognoſcitivam
Angeli.

Roboratur difficultas primò.

38 Roboratur hæc difficultas primò : Vir-
tus cognoſcitiua,quæ competit Deo,vt Authori natu-
ræ,poteſt participari ab Angelis;ſed Deo,vt Authori na
turæ competit virtus cognoſcitiua naturaliter certò fu-
turorum(cum Deus,vt Author naturæ cognoſcat natu-
raliter certò futura contingentia libera) ergo ab Angelis
poteſt participari prædicta virtus;& conſequenter po-
terit Angelus cognoſcere naturaliter certò futura li-
bera.

Secundò. *S.Thomas.*

39 Secundò;Divinare per ſortes continge-
re ſolet de futuris liberis,vt colligitur ex Divo Thoma,
tùm 2.2. quæſt.95.artic.8.tùm opuſculo 25. capite 3.&
4. ſed ſic divinare poteſt eſſe licitum (iuxta illud Pſal-
mi 30. *In manibus tuis ſortes meæ*) ergo poteſt conveni-
re Angelis.

Pſalm. 30. v. 16.

Tertiò.

40 Tertiò:Pars Aſtrologiæ, quæ appella-
tur *Divinatoria,& Iudiciaria*,ſcientia laudabilis eſt ; qua-
tenus extenditur ad pronoſticandum de effectibus futu-
ris provenientibus ex cauſis naturalibus impedibilibus,
vt ventorum,pluviarum , ſerenitatis, tempeſtatum , &
fructuum;vt teſtantur Doct. Angelicus 2.2.quæſt.95.art.
5.& Sixtus Quintus in ſuo motu proprio incipiente:*Cœ-
li,& terræ creator Deus* ; ſed prædicta Aſtrologiæ pars
attingit effectus futuros contingentes caſuales,aut for-
tuitos:ergo Angeli,vtentes tali Aſtrologiæ parte , poſ-
ſunt naturaliter ſcientificè,ſiue certò cognoſcere dicta
futura.

S.Thomas.

Sixtus Quintus.

Cæte-

Digitized by Google

41 Cæterùm, nec hoc argumentum eſt vrgentius, quàm primum, & ad illud eſt reſpondendum nagando maiorem, ad cuius primam probationem dicatur: Auguſtinum; Præceptorem Angelicum; & Caietanum locutos fuiſſe, prout ipſos dicebat; & ſic quando dicebant, quod: *Anima hominis dum a ſenſibilibus abſtrahitur, prævidet futura*: non loquebantur de futuris provenientibus dumtaxat à cauſis liberis; ſed præciſe de futuris efficiendis à cauſis naturalibus: quæ quidèm futura poſſunt coniecturaliter (& ſi non certo) cognoſci ab anima, quando ipſa eſt abſtracta à ſenſibilibus, vel a ſenſibus alienata. Vnde dum frenitici, dormientes, & morti proximi aliqua futura prænuntiant, eſt quia illa præcognoſcunt coniecturaliter, & per quandam leuem ſuſpicionem; neutiquàm verò, quia illa attingunt naturaliter certo, & per cognitionem infallibilem.

Reſpondetur huic argumento.

Declaratur ſenſus, ſecundùm quem *S. Auguſtinus, S. Thomas, & Card. Caietanus* loquebantur vbi citantur in argumento.

Proximi morti prænuntiant futura in quantu præcognoſcunt illa coniecturaliter.

42 Si ſcire deſideres, cur hoc conveniat animabus humanis abſtractis à ſenſibilibus? Vt illud percipias, animadverte: quod, qnando Cœli inclinant homines ad hoc, vt poſtea efficiant aliquem effectum, imprimunt phantaſiæ ipſiuſmet hominis quaſdam diſpoſitiones excitantes phantaſiam ad hoc, vt inveniat idolà, ſeù phantaſmata explicantia illum effectum, ad cuius productionem inclinant hominem, Cœli influentię; & hoc ita evenit (vt benè notat Magiſter Serna in hoc eodem dubio) quia cum naturale ſit, quod phantaſia formet Idolà, quibus explicetur illud, ad quod inclinat eius diſpoſitio (vt obſervandum ſe offert: Tùm in phantaſia hominis timidi formante Idolà tali homini terribilia: Tùm in phantaſia hominis venerei formante Idolà venerea) Ideò homo diſpoſitus per influentias Cœleſtes, format Idolà proportionata ad repræſentandum eos effectus, ad quorum efficientiam inclinatur ipſe homo ex Cœli influentia. Quo ſuppoſito, iam eſt in promptu, quare anima hominis, à ſenſibilibus abſtracta, cognoſcit futura à cauſis naturalibus oriunda; quia ſcilicèt, cum prædictus homo, tunc non diſtrahatur ad res ſenſibiles. eſt in ſtatu magis apto ad percipiendas influentias Cœleſtes, & formanda phantaſmata dictis influentijs correſpondentia, in quibus phantaſmatibus, po-

M. Serna: Phantaſia format Idolà, quibus explicetur illud, ad quod inclinat eius diſpoſitio.

Dum homo nõ diſtrahitur ad res ſenſibiles, eſt in ſtatu magis apto ad recipiẽdas influẽtias Cœleſtes.

Digitized by Google

poteſt cognoſcere illos effectus ad quos Cœli ipſum inclinant.

43 Quapropter clarum apparet: nihil officere aſſertioni noſtræ hanc primã maioris probationẽ, quia ex eo, quod ex Cœleſti influentia cognoſcantur futura provenientia à cauſis naturalibus, neutiquam colligi poteſt, quod poſsint ex tali influentia cognoſci futura præciſsè à cauſis liberis oriunda: ac proinde nec frenetici, nec dormientes, nec morti proximi valent vlla via, aut cognitione attingere futura dependentia vnicè à cauſis liberis; licèt prædicti homines percipiant in tali ſtatu, ex Cœlorum influentia, in phantaſmatibus huic influentiæ conſonis futura dependentia, vel tantùm à cauſis naturalibus, ab alijs cauſis naturalibus impedibilibus, vel à cauſis naturalibus etiam ſi talia futura ſimul proveniant à cauſis liberis: licet animadverti debeat, quod nec tunc talia futura poſſunt niſi coniecturaliter cognoſci, vt dicebamus ſupra.

Et ſi ex Cœleſti influẽtia cognoſcantur coniecturaliter futura aliqua; at nequeunt ex illa ſic cognoſci ea futura, quæ vnicè dependent à cauſis liberis.

44 Et ex hoc fit ſatis ad ſecundam probationem maioris deſumptam ex illo exemplo adducto à D. Gregorio Magno. Quia ille Advocatus, qui prædixit ſepeliendum fore apud Sanctum Sixtum; & non apud Sanctum Ianuarium, vbi funus Corporis erat diſpoſitum: cum eſſet morti proximus ex Cœleſti influentia, tunc maximè aquoſa, formavit idola, ſeu phantaſmata magnæ pluviæ, ex quibus coniecturavit nõ fore ſepeliendum apud Sanctum Ianuarium; quia pluvia ventura impeditura erat, quod duceretur ſuum corpus apud dictum locum. Cæterum hoc (vt diximus) præciſsè coniecturavit prædictus homo: quia licet expectanda eſſet ad illud funus exequendum diſpoſitio cauſarum naturalium, ſerenitas videlicet &c: at cum homines, qui illum erant executuri, cauſæ liberæ eſſent, poterant operari contra talem diſpoſitionem cauſarum naturalium non determinantem, aut neceſsitantem hominum arbitrium; ſed illud purè diſpoſitivè inclinantem; ac proinde ita ſe habentem, vt dicta diſpoſitio dominari poſſet à talibus hominibus, de quibus titulo agentium liberorum verificatur, quod: *ſapiens dominabitur aſtris*: pro qua

Reſpondetur ad exemplum de Advocato adductum à *D. Gregorio Magno*.

Sapiens dominatur aſtris.

Digitized by Google

qua doctrina conſulatur Div. Albert. Mag. tomo 21. libro de aprehenſione 6. part. *Sanct. Albertus Magn.*

45 Ad ſecundam probationem antecedentis negatur minor. Quin obſtet, quæ pro eo opponuntur ex prædictionibus futurorum liberorum, tum tactis immediate à dęmone, tum ab hominibus ex ipſius dœmonis ſugeſtione; quia vel illa prædicuntur ex cognitione, quam dœmones habent ex revelatione ipſis mediatè facta, vt aliqua ipſis revelari teſtantur Divus Auguſtinus, tum libro 2. ad *Simplicianum* quæſt. 3. tum libro 2. ſuper *Geneſ.* ad *litteram*, cap. 17. & Doctor Angelicus tam 2. 2. quæſt. 172. art. 6. ad 1. quàm quæſt. 16. de *Malo* art. 7. ad 1. & tunc non dubitatur, quod illa futura certò non cognoſcantur (vt iam ſupposuimus in numero 2.) ac proinde nec quod tunc illa vt infallibiliter futura enuntientur ſivè à dœmone, ſivè ab hominibus ex illius ſugeſtione. Vel dœmones, aut homines, ex illorum ſugeſtione, prædicunt talia futura libera eſſe poſtea extitura, præcognoſcentes illa non ex aliqua ſuperna revelatione, ſed præciſſe in inclinationibus hominum, à quibus ſunt elicienda, ſeu operanda prædicta futura, & tunc cum ea non cognoſcant certò, ſed purè conjecturaliter, (quia inclinatio afficiens homines ad hoc vt operentur hæc vel illa futura, non determinat, aut neceſsitat eos: eò, quod licet ſtultorum hominum ſequentium ſuas pravas diſpoſitiones infinitus ſit numerus, & exiguus numerus ſapientium aſtris dominantium; at omnes homines ſivè ſapientes ſint, ſivè ſint ſtulti, poſſunt operari oppoſitum eius, ad quod prava inclinatio illos incitat) non prædicunt illa infallibiliter, ſed tantùm conjecturaliter, vtentibus tamen verbis ęquivocis, vt eveniat quidquid eveniat nunquàm poſsint falſitatis argui, cuius pulchra exempla affert Divus Hieronymus ſup. 41. Iſaiæ vbi adducit, & illud dictum Pyrro Epirotarum Regi; & illud aliud Cræſſo dictum

Reſpondetur ad 2. probationem antecedẽtis.

S. Auguſtinus.

S. Thomas.

Inclinatio afficiens homines ad hoc vt operentur hæc, vel illa futura libera non determinat aut neceſsitat illos.

D. Hieronymus.

Ad

Reſpōdetur ad primam roborationem.

46 Ad primam difficultatis roborationem poſitam in numero 38. negetur maior, quæ ibi ſupponitur, & non probatur: non enim poſſunt naturaliter participari à creatura, quæcumque competunt Deo, vt authori naturæ. Quia ita nequeunt à creatura participari ea, quæ ſunt propria ipſius Dei: vt ſunt *virtus creatiua, immenſitas, æternitas, &c.* & cum cognoſcere Deum, vt Authorem naturæ, futura libera, ita eveniat, quia ea in ſua æternitate cognoſcit, hæc cognitio eſt propria Dei implicans communicari naturaliter creaturis, cum eis nequeat naturaliter communicari æternitas, in qua ipſæ poſſent cognoſcere talia futura.

Non poſſunt participari à creatura, quæcumque competunt Deo, vt authori naturæ.

Ad ſecundam

47 Ad ſecundam reſpondetur, quod divinare per ſortes de futuris liberis in duplici ſenſu accipitur, in quorum vno eſt illicitum; in alio verò poteſt eſſe licitum. Quia ſi per ſortes inquiratur in cauſis Cœleſtibus, vel naturalibus, àn eveniat aliquod futurum liberum? Illicitè fit; quia hic ſortium vſus eſt vanus, & ſuperſtitioſus; eò, quod in cauſis, indeterminatis ad hoc, vt ſit poſtea futurum liberum, intendatur comparare per ſortes iudicium certum de eo, an eventurum ſit tale futurum?

Divinare per ſortes de futuris liberis in vno ſenſu poteſt eſſe licitum, in alio eſt illicitū.

48 Si tamèn per ſortes non inquiratur in cauſis naturalibus an res ſit, vel non ſit futura? Sed præciſsè expectetur a Deo quid eventurum ſit (iuxta illud Proverbiorum 16. *Sortes mittuntur in ſinum, ſed a Domino temperātur*: & de quo etiam docemur à 6. Iudicum: vbi Gedeon quæſiuit à Domino, ſi per manus eius populus Iſraelis eſſet ſalvandus, petens ſignum in vellere) hic ſortium vſus ex genere ſuo non eſt illicitus; ſed poteſt fieri iuxta regulas morum, ſi cōcurrant quatuor conditiones aſsignatæ à D. Tho. 2. 2. q. 95. art. 8. & opuſc. 25. cap. 5. Prima, ſcilicèt, quod ad hoc non recurratur ad ſortes ſine neceſsitate (quia recurrere ad Deum ſine neceſsitate videtur ad Dei tentationem pertinere) Secunda: vt cum debita Dei reverentia vtatur ſortibus. Tertia: vt non convertantur Divina oracula, per ſortes conſulta, ad terrena negotia. Quarta, & vltima: nè fiat vſus ſortium in electionibus Eccleſiaſticis, quæ ex

Proverb. 16. v. 33.
Judic. 6. à v. 36.

Quatuor conditiones concurrunt, vt vſus ſortium ſit iuxta regulas morum.

Digitized by Google

ex Spiritus Sancti inſpiratione fieri debent.

49 Vnde optimè, poteſt Angelus divinare per ſortes de futuris liberis vtendo ſortibus conformiter ad hunc ſecundum ſenſum. Et conſequenter ad hoc reſpondendum eſt diſtinguendo maiorem: *Diuinare per ſortes* contingere ſolet de futuris liberis: *Modo licito, vel illicito*: concedatur maior: *Semper modo licito*; negetur maior, & diſtinguatur minor: Sed *ſic divinare* poteſt eſſe licitum: *Si expectetur à Deo quid eventurum ſit, & cum conditionibus aſsignatis à Divo Thoma*: conceditur minor: *Si hoc expectetur à cauſis naturalibus, vel aliundè, quam à Deo*, negetur minor, & ſimili diſtinctione eſt diſtinguendum conſequens, negando quod: *Semper diuinare per ſortes ſit licitum* omnibus Angelis: licèt fatendum ſit, quod Angeli nunc beati non poſſunt, niſi licitè, divinare.

Et his concurrentibus poteſt Angelus divinare per ſortes de futuris liberis.

50 Ad tertiam, & vltimam eſt dicendum eſſe duplicem partem Aſtrologiæ divinatoriæ: vna, quæ pronoſticatur futura neceſſaria; hoc eſt futura habentia, neceſſariam connexionem cum ſuis cauſis naturalibus, vel vt in plurimum evenientibus: alia verò, quæ etiam tranſit ex talibus cauſis naturalibus ad pronoſticandum de effectibus futuris liberis, inter quas Aſtrologiæ iudiciariæ partes eſt notabilis differentia, conſiſtens in hoc, quod prima eſt verè ſcientia naturalis, & laudabiliter exercetur, ideoquè excepta fuit, vtpotè licita, à Sixto Quinto in illo motu proprio oppoſito in numero 40. & de illa. vt ſic accepta loqnebatur, etiam eam approbans Divus Thomas in teſtimonio ibi etiam relato.

Ad tertiam roborationem.

Duplex eſt pars Aſtrologiæ divinatoriæ.

Quarum prima eſt verè ſcientia naturalis.

Sixtus Quintus.
S. Thomas.

51 At ſecunda pars prædictę Aſtrologiæ non eſt ſcientia naturalis; ſed eſt quid vanum, & ſuperſtitioſum, & prout tale damnatum à Sixto Quinto in iam ſupra citato motu proprio, vt illum legenti conſtabit; & impugnatum fuit a Divo Thoma 2.2. quæſt. 95. art. 5. Vnde eſt reſpondendum diſtinguendo maiorem: Pars Aſtrologiæ ſcientia laudabilis eſt quatenus extenditur ad pronoſticandum de effectibus futuris provenientibus ex cauſis naturalibus &c. *vt in plurimum evenientibus*, concedatur maior: *Non vt in plurimum evenientibus*

Secunda verò eſt quid vanũ, & ſuperſtitioſum.

tibus, negetur maior, & negata minori, negetur conſequentia.

Arguitur tertiò. 52 Tertiò Arguitur: Angelus poteſt cognoſcere naturaliter certò omne id, cuius habet ſpeciem repræſentatiuam, vt naturaliter certò eventuri; ſed Angelus habet ab initio ſuæ conditionis ſpeciem repræſentatiuam futuri liberi, vt naturaliter certò eventuri: ergo Angelus poteſt cognoſcere naturaliter certò futura libera. Probatur minor: Si ſpecies inditæ Angelo ab initio ſuæ conditionis, non eſſent repræſentatiuæ futuri liberi, vt naturaliter certò eventuri, eſſet quia non poſſent ſic illud repræſentare; ſed ſpecies inditæ Angelo ab initio ſuæ conditionis, poſſunt repræſentare futurum liberum, vt naturaliter certò eventurum: ergo Angelus habet ab initio ſuæ conditionis ſpeciem repræſentativam futuri liberi, vt naturaliter certò eventuri.

Minor probatur primò. 53 Probatur minor primò: Species viſibilis poteſt repræſentare obiectum in quacumque diſtantia locali ipſum exiſtat: ergo ſpecies intelligibiles inditæ Angelo ab initio ſuæ conditionis, poſſunt repræſentare futurum liberum, vt naturaliter certò eventurum. Conſequentia à paritate videtur clara; & antecedens probatur. Deus poteſt facere, vt ſpecies viſibilis repræſentet obiectum in quacumque diſtantia locali ipſum exiſtat: ergo ſpecies viſibilis poteſt repræſentare obiectum in quacumque diſtantia locali ipſum exiſtat.

Secundò. 54 Secundò: Si ſpecies inditæ Angelo ab initio ſuæ conditionis poſſent repræſentare Angelo futurum liberum, vt coexiſtens in æternitate, poſſent illud repræſentare, vt naturaliter certò eventurum; ſed ſpecies inditæ Angelo ab initio ſuæ conditionis poſſunt repræſentare Angelo futurum liberum, vt coexiſtens in æternitate: ergo ſpecies inditæ Angelo ab initio ſuę conditionis poſſunt repræſentare futurum, vt naturaliter certò eventurum. Probatur minor: Deus cognoſcit futurum liberum, vt coexiſtens in æternitate; ſed Deus poteſt elevare ſpecies inditas Angelo ab initio ſuæ conditionis ad hoc, vt ita repræſentet Angelo futurum liberum: ergo

Digitized by Google

go ſpeceis inditæ Angelo ab initio ſuæ conditionis poſſunt repræſentare Angelo futurum liberum, vt naturaliter certò eventurum.

55 Tertiò: Idea Divina repræſentat futurum liberum, vt naturaliter certò eventurum. ergo, & illud repræſenrabit Angelo ſpecies ei indita. Probatur conſequentia: Species indita Angelo participat modum repræſentandi ideæ divinæ (cum ſit ab illa exemplificata) ergo ſi idea Divina repræſentat futurum liberum, vt naturaliter certò eventurum, & illud repræſentabit Angelo ſpecies ei indita. Tertiò.

56 Quartò: Species indita Angelo repræſentat ei naturaliter certò quidquid ei, vt præſens repræſentat naturaliter certò; ſed ei repræſentat naturaliter certo, vt præſens, quodlibet futurum: ergo ſpecies indita Angelo, repræſentat Angelo naturaliter certò futurum liberum. Probatur minor: Species, menſurata ævo, repræſentat, vt præſens, quidquid in ſuo tempore erit; ſed ſpecies indita Angelo menſuratur ævo, & quodlibet futurum ſuo tempore erit: ergo ſpecies indita Augelo ei repræſentat, vt præſens quodlibet futurum: ergo ſi repræſentet ei naturaliter certò quidquid eſt præſens, repræſentabit ei naturaliter certò quodlibet futurum. Quartò.

57 Quintò: Quando fnturum incipit exiſtere non comparat Angelus ſpeciem repræſentativam futuri: ergo illam habet ab initio ſuæ conditionis. Probatur antecedens: Angelus non habet ſecundùm temporis ſucceſsionem ſpecies repræſentativas obiectorum in quovis tempore exiſtentium: ergo non expectat, vt futurum incipiat exiſtere ad hoc, vt habeat ſpeciem repræſentativam futuri: ergo quando futurum incipit exiſtere, non comparat Angelus ſpeciem repræſentatiuam futuri. Quintò.

58 Tandèm vrgetur hoc: Si ſpecies repræſentatiua futuri non repræſentaret illud antequam exiſteret, eſſet quia ſub alia ratione repræſentaret hominem futurum, ac hominem exiſtentem; ſed ſpecies indita Angelo, non alia ratione repræſentat ho- Vrgetur.

hominem futurum, ac hominem exiſtentem: ergo ſpecies indita Angelo ei naturaliter repræſentat futura. Probatur minor: Species indita Angelo repræſentat hominem futurum, & præſentem præciſiè ſub ratione animalis: ergo non eſt alia ratio ſub qua ſpecies repręſentat hominem futurum, ac hominem exiſtentem.

59 Hoc quidèm argumentum eſt ſatis difficile; ei tamèn eſt occurrendum, conceſſa maiori, & negata minori, ad cuius probationem etiam negatur minor, & ad huius probationem admiſſo antecedenti, negatur conſequentia. Quin pro illa militet paritas ex antecedenti deprompta; ſtat enim benè, quod ſpecies viſibilis poſſet repræſentare obiectum, in quacumque diſtantia locali ipſum exiſtat; & quod ſpecies intelligibilis indita Angelo ab initio ſuæ conditionis non valeat repræſentare res in quacumque duratione exiſtentes, & conſequenter nequeat actu repræſentare futurum liberum.

60 Quod vt clariùs percipiatur: debet obſervari ad eſſe notabilem differentiam inter diſtantiam loci reſpectu obiecti viſibilis, & inter diſtantiam temporis reſpectu obiecti intelligibilis; & conſiſtit in hoc, quod ad illam menſuram, qua ocularis menſuratur viſio, habet ſe applicatio obiecti viſibilis tanquàm conditio, quam Deus poteſt ſupplere; at verò ad cognitionem habet ſe præſentia obiecti cogniti, ſiue in ſe, ſiue in determinatione producta à ſe, vel ab aliquo gerēte vicem illius tanquàm ratio formalis, vt tale obiectum ex parte ſua dicatur cognoſcibile, quantum ad eſſe. Quapropter ſiue obiectum ſit præteritum, ſiue ſit futurum, nullo modo eſt cognoſcibile, quoad eſſe, ex parte ſua, ſub illa ratione præteritionis, vel futuritionis; ſed ſub ratione actualitatis præſentis, quam reliquit ipſum obiectum; vel ſub ratione actualitatis præſentis, in qua continetur tanquàm in principio.

61 At verò non obſtante, quod, ex ſe, illud obiectum non ſit cognoſcibile, poteſt trahi à Deo ad cognoſcibilitatem, ſub qua continetur in ſpecie in eſſe intelli-

Argumentum hoc eſt difficile.

Reſpōdetur ad primam probationem minoris.

Licèt ſpecies viſibilis poſſit repræſētare obiectum in quacumque diſtātia locali, ſtat quod ſpecies intelligibilis non valeat repræſentare illud, in quavis duratione obiecti.

Cuius diverſitatis aſsignatur ratio.

Digitized by Google

telligibili; & tanquàm ad proprium principium, in quo continetur actualiter in eſſe intelligibili, & potente facere, vt talis ſpecies exeat in actum cognitionis: & ſic licèt deficiat ratio formalis cognoſcibilitatis ex parte rei cognitæ, non tamèn deficit ratio formalis ex parte cognoſcētis; quia nec deficit cognoſcibilitas obiecti, vt contenta in ſpecie, nec vt contenta in verbo producto media ſpecie; in præſenti tamèn ad cognitionem alicuius rei in ſe ipſa requiritur tanquàm ratio formalis, tàm ex parte cognoſcentis, quàm ex parte rei cognitæ actualis proportio inter vtrumque ſecundùm actualem coexiſtentiam. Et cum hæc non detur inter ſpecies inditas Angelo ab initio ſuæ conditionis, & inter futura libera, prout manentia in ſtatu futuritionis, hinc provenit, quod tales ſpecies actu non repræſentent talia futura.

Ad cognitionē rei in ſe ipſa requiritur tanquàm ratio formalis, tam ex parte cognoſcentis, quàm ex parte rei cognitę actualis proportio inter vtrumque ſecundū actualē coexiſtentiam.

62 Ad ſecundam probationem reſpondeatur negando minorem, & ad eius probationem etiam negetur minor: quia nequit ſpecies indita Angelo habere pro menſura ſuæ repræſentationis ęternitatem; ac proindè nec elevari ad hoc, vt repręſentet Angelo futura libera pręſentia in ęternitate; licèt ipſa futura ſic cognoſcantur a Deo, cuius propria duratio eſt æternitas: cuius ratio eſt; quia non poteſt talis ſpecies quoad ſui repræſentationem menſurari ęternitate.

Reſpōdetur ad ſecundum.

Quin obſtet, quod prædicta ſpecies eſt in ęternitate, ac proindè videatur, quod debeat menſurari æternitate; non enim hoc obſtat, quia aliud eſt actionem aliquam temporalem eſſe in æternitate; aliud verò, quod talis actio menſuretur ęternitate. Res enim, etiam ſi ſuccesſiuæ ſint, ſunt in æternitate, non tamèn modo proprio, & ſuccesſivo; ſed ſecundùm indiviſibilem rationem; & ſic dicuntur eſſe in æternitate tanquàm in menſura ſuperiori: nihilominùs conſideratis eiſdem rebus ſecundùm ſuum eſſe ſuccesſivum implicat, quod menſurentur ęternitate. Igitur repræſentatio ſpeciei Angelicę defacto invenitur in ęternitate; non tamèn poteſt menſurari ęternitate, nec poteſt adduci ad participationem talis menſurę,

Aliud eſt, quod aliqua actio tēporalis ſit in ęternitate: aliud quod menſuretur ęternitate.

quatenus actualitas temporalis eſt; & ideo non poteſt rem futuram habere præſentem.

Reſpondetur ad tertiam.

63 Ad 3. reſpondetur conceſſo antecedenti, negando conſequentiam: ad cuius probationem diſting. antecedens: ſpecies indita Angelo participat modum repræſentandi ideæ Divinæ: *participat quoad illud, quod eſt participabile*: conceditur antecedens: *quoad illud, quod eſt imparticipabile*: negatur antecedens; & etiam cōſequentia: eſt enim ſpecies indita Angelo exemplificata, ſeu derivata ab idea Divina, participando ab ipſa modum repræſentandi ſibi poſsibilem; & cum ei repugnet modus repræſentandi futura, prout præſentia in æternitate, vt in immediato numero dicebamus, nequit participare ab idea Divina talem modum repræſentandi futura.

Species indita Angelo, participat ab idea divina modum repræſentandi ſibi poſsibilem.

Ad quartam.

64 Ad 4. concedatur maior, & negetur minor: ad cuius probationem eſt reſpondendum negando maiorem: ſtat enim benè quod ſpecies intelligibilis indita Angelo menſuretur ævo, & tamen, quod eius repræſentatio non menſuretur ęvo, ſed præciſſe menſuretur tēpore: ac proinde; quod talis ſpecies non repræſentet, vt nūc præſens, quidquid in ſuo tempore erit poſtea; & conſequenter, quod non repræſentet quodlibet futurum: cuius ratio eſt, quia ſpecies intelligibilis non repræſentat, vt obiectum præſens, quod à cognitione Angeli nequit attingi, vt præſens, & cum nequeat a cognitione Angeli attingi, vt præſens futurum contingens; hinc eſt, quod ſpecies intelligibilis Angelo indita non poteſt repræſentare, vt præſens, prædictum futurum ſeu non poteſt illud repræſentare, vt coexiſtens ipſi Angelo in ſua duratione, ſeu in ſuo ævo.

Rectè cohæret quod ſpecies Angelo infuſa menſuretur ævo; & quod eius repræſentatio non menſuretur ævo.

Quin obſtet apparere inintelligibile, quod ſpecies intelligibilis indita Angelo menſuretur ævo, & quod eius repræſentatio etiam non menſuretur ævo. Non enim hoc obſtat; quia ad menſuram repræſentationis ſpeciei intelligibilis eſt conſideranda menſura cognitionis Angelicæ; & cum menſura congnitionis Angelicæ attingentis futura contingentia non ſit ævum, ex hoc provenit, quod nec ſit ævum menſura repræſentationis ſpeciei Angelo inditæ. Ad menſuram verò ſpeciei intelligi-

Cuius redditur ratio.

Ad menſuram repręſentationis ſpeciei Angelo infuſſæ, eſt conſideranda menſura cognitionis Angelicæ.

gibilis Angelo inditæ,ſecundùm ſuum eſſe inſpectæ, attenditur menſura eſſe ipſius Angeli; & cum hæc ſit æuum,ideo valet menſurari æuo talis ſpecies ſecundùm ſuum eſſe conſiderata, licet illo non menſuretur prædicta ſpecies quoad ſui repræſentationem.

Reſpondetur ad quintam.

65 Ad quintam reſpondetur: conceſſo antecedenti,diſtinguẽdo conſequens: ergo Angelus habet ab initio ſuæ conditionis ſpeciem repræſentatiuam futuri: *repræſentatiuam in actu primo*: concedatur conſequentia; *repræſentatiuam in actu ſecundo*:negatur conſequentia.Igitur ſpecies indita Angelo, vt ei repræſentet animal,v.g.(& idem eſt dicendum de ſpecie cuiuſcumque alterius obiecti repræſentatiua) non repræſentat animal,vtcumque,ſed animal vt in re realiter exiſtens determinatum ſpecificè, & indiuidualiter determinatione iam expoſita in numero 41.dubio 4. diſputationis primæ: vnde et ſi talis ſpecies ſit in actu primo repræſentatiua,ſeu ſit potens repræſentare, quando in rerum natura exiſtat hoc,vel illud animal nunc futurum, at non repræſentat illud *actu*,& exercite antequàm actu exiſtat.

Angelus habet ab initio ſuę conditionis ſpeciẽ repræſentatiuã futuri; non repræſentatiuam in actu ſecundo,ſed præciſsè in actu primo.

Si dicas.

66 Si dicas: ſequi ex hoc, eſſe immutandam repræſentationem prędictæ ſpeciei, quando incipiat exiſtere illud animal, quod nunc eſt futurum: cum nunc non repræſentet illud, & poſtea illud repræſentet;quod quidem abſque variatione in repræſentatione ſpeciei videtur, quod non poteſt contingere.

Satisfiet.

Satisfaciemus dicendo:non eſſe ex hoc immutandam repræſentationem formalem ſpeciei,cuius terminus formalis eſt *animal, vt in re realiter exiſtens*, quod quidem nunc non deficit,et ſi nunc non detur, vt actu exiſtens, animal futurum; vnde ſuppoſita hac repræſentatione ſpeciei, formaliter attingente, vt ſuum terminum formalem, animal, vt in re realiter exiſtens, de materiali ſe habet, quod talis ſpecies extendatur ad repræſentandum hoc vel illud animal; quod nunc actu non repræſentat,quia non eſt præſens nunc, ſed purè futurum.

Repræſentatio formalis ſpeciei Angelo inditę non immutatur, ex hoc quod cras, & non hodie repræſentet animal cras incipiens exiſtere.

Digitized by Google

Pro qua doctrina ſunt plura exempla.

67 Cuius ſunt quàm multa exempla in formis, ſeu denominationibus connotatiuis, quę quidèm non immutantur formaliter, dũ nõ immutatur terminus formalis, aut connotatũ formale ipſarum. Vt videri eſt: tùm in relatione ſimilitudinis albi A, quæ quidèm relatio ſemel exiſtens, & terminata ad aliud album ab albo A, vt in re realiter exiſtens, non immutatur ex eo, quod incipiat terminari ad album B, vel ad album C; in quibus reperitur tanquàm immaterialibus ſubſtractis ratio albi in re realiter exiſtentis, terminantiſquè (tanquàm terminus formalis) relationem ſimilitudinis albi A.

Inter quæ eſt, & illud de relatione ſimilitudinis vnius albi ad aliud album de novo adveniens.

Sic ſimiliter relatio Paternitatis terminatur, vel deficit terminari ad ſecundum filium, quin vlla immutatio interveniat in ipſa relatione; quia ſuppoſito termino formali prædictæ relationis (qui quidèm eſt filius, vt ſic) hic, vel ille filius eſt terminus materialis; cuius variatio de materiali ſe habet ad relationem Paternitatis, & ſic manet immutata; & ſi talis terminus de novo adſit, vel de novo deficiat. Super quæ recolantur dicta à nobis in libro de *Iudicio indifferenti*, diſputatione 2. dubio 3. numero 53. Vbi egimus, tùm de denominationibus connotatiuis, & tùm de modo, quo tales denominationes immutantur.

Et illud de relatione Paternitatis ad ſecundum filium.

68 Ex quibus ſatis clarè colligitur, qualiter maneat omnino in variata repræſentatio formalis ſpecierum Angelo infuſſarum a ſui initio, & ſi de nouo ſe extendat ad hoc, vel illud obiectum, ad quod antea non ſe extendebat; quia ſe extendit de nouo ad prædicta obiecta, tanquàm ad obiecta purè materialia, ſeu tanquàm ad terminum materialem, cuius defectus, vel adventus neutiquàm variat reſpectum formalem talium ſpecierum.

Adventus termini purè materialis, non variat reſpectum formalem.

69 Ad vrgentiam obiectam in numero 53. eſt ſatisfaciendum negando ſuppoſitum maioris, ſcilicèt, quod ſub aliqua ratione repræſentet ſpecies Angelo indita hominem futurum, vt futurum; quia vt ſupra immediatè dicebamus, terminus formalis repræſentationis ſpeciei Angelicæ repræſẽtatiuę animalis, vel hominis nec

Reſpõdetur ad vrgentiam.

nec eſt animal vt cumquè, nec eſt homo vt cumquè; ſed vel eſt animal, *vt in re realiter exiſtens*, vel eſt homo *vt in re realiter exiſtens*: Vnde ſub ratione formali talis repræſentationis non comprehenditur aliud animal, niſi animal exiſtens; nec alius homo, niſi homo exiſtens: Nec mirum! Cum omnis ſpecies indita Angelis ſit participatio ideæ divinæ practicæ actu cauſantis ſuos effectus, & conſequenter habeat ex ſuo conceptu repræſentare illos effectus actu cauſatos, & non alios; ac proindè habeat repræſentare effectus exiſtentes, & non alios effectus.

Sub ratione formali repræſentationis ſpeciei animalis Angelo infuſę, non comprehenditur aliud animal, quā quod ſit in re realiter exiſtens.

70 Ex quo percipi valet: Quare excluditur futurum (in eſſe futuri manens) ab eſſe termini actu repræſentati per ſpeciem intelligibilem Angelicam; quia, vt ſic, deficit ei exiſtentia, per quam proportionatur, tanqnàm per conditionem indiſpenſabilem ad hoc, vt actu, & exercitè repræſentetur per talem ſpeciem, & antequàm quod præciſsè per illam repræſentatur in actu primò; ad hunc tamèn ſenſum, quod prædicta ſpeciei repræſentatio habet vim ſe extendendi ad illud, quod nunc eſt futurum, caſu quo tranſeat de ſtatu futuritionis ad ſtatum exiſtentiæ: quod quidèm obſervari debet, vt nunqnàm in alio ſenſu concedatur, quod ſpecies Angelis indita eſt in actu primo repræſentativa futurorum; vnde non eſt admittendus ſenſus, ſecundùm quem dicatur, quod & ſi hæc ſpecies defacto exercitè non repræſentet futura, vt talia, at poteſt illa exercitè repræſentare, vt futura, quia ſic loquendo nunquam poteſt prædicta ſpecies repræſentare futura.

Et ideò futurum, in eſſe futuri manens, excluditur ab eſſe termini actu repræſētati per ſpeciem intelligibilem Angelicam.

Species intelligibilis Angelo infuſſa eſt repræſentatiua in actu primo futurorum, ſed nunquàm repręſentabit illa *vt futura*.

71 Sed dices: Quod ſi doctrina data pro ſolutione huius vrgentiæ teneret: ſequeretur, quod ſpecies Angelis infuſſæ non repræſentarent eis præterita; cum tàm præterita, quàm futura conveniant in hoc, quod eſt non eſſe nunc actu exiſtentia: quod quidèm iuxta ſolutionem requiritur ad hoc, vt aliquod obiectum actu repræſentetur per ſpeciem Angelicam; cuius oppoſitum videtur verum: aliàs Angelus non poſſet cognoſcere actu præterita, ſicut nos dicimus, quod non poteſt cognoſcere futura.

Sed dices.

Ad quod reſpondetur.

Declaratur diſparitas inter prçterita, & futura: ratione cuius poſsint aliqua prçterita actu reprçſentari per ſpeciē Angelis infuſſam: quin vlla futura repræſētari poſsint.

72 Ad quod dicimus: Eſſe diſparem rationem inter præterita, & futura; ratione cuius poſſunt aliqua prçterita repræſentari per ſpeciem inditam Angelis, licèt per illam nullum futurum repræſentari valeat. Et diſparitas conſiſtit in hoc, quod ſunt aliqua prçterita, quorum manet aliquod veſtigium: at nullius futuri manet aliquid ex ipſo futuro nunc relictum; cum nequeat relinqui aliquid nunc ex illo, quod vſque nunc non fuit, nec nunc eſt, vt eſt omne futurum; & illud cuius eſt aliquod veſtigium nunc, poteſt nunc repræſentari per ſpeciem Angelicam, tantùm repræſentatiuam obiecti præſentis; quia licèt illud non ſit præſens nunc in ſe, at eſt præſens in ſui veſtigio, quod quidèm ſufficit (vt cuiuis conſtabit) ad hoc, quod vt præſens reprçſentetur. Quæ quidèm repræſentabilitas per dictam ſpeciem non conuenit nunc futuro, vt tali; quia nunc, nec futurum eſt præſens in ſe, nec eſt prçſens in aliquo veſtigio ex ſe relicto (vt iam ſupra diximus) ſicut ſunt prçſentia aliqua prçterita.

Quæ doctrina non extenditur ad omnia prçterita.

73 Conſultò tamèn dicimus, vt *ſunt præſentia aliqua præterita*, & non dicimus abſolutè, *vt præterita, ſunt præſentia*; quia non omnia præterita ſunt ſic prçſentia; ſed tantùm illa, quæ aliquod ſui veſtigium reliquerunt, vel in memoria manent. Pro cuius doctrinæ intelligentia eſt valdè notandum: eſſe aliqua præterita, quæ nec aliquod ſui veſtigium reliquerunt, nec aliquando fuerunt cognita ab Angelo: alia verò præterita, vel aliquod ſui veſtigium reliquerunt, vel quando ſuo tempore fuerunt præſentia, cognita fuerunt ab Angelo; inter quæ præterita eſt hæc differentia, quod prima excedunt vim naturalem cognoſcitiuam Angeli, non minùs, ac illam ſupperant futura libera: eò, quod tam eſt ſignum diuinitatis noſcere naturaliter certò dicta prçterita, quàm attingere ſimili cognitione futura libera.

Quia aliqua ſunt prçterita non minùs in cognoſcibilia ab Angelo, quā futura libera.

74 Vnde Sacra Scriptura æquè videtur excludere ab eſſe cogniti per prçdictam cognitionem Angeli iſta prçterita, ac præfata futura, vt habetur ex illo Iſaiæ 41. *Accedant, & nuntient nobis quæcumque ventura ſunt: priora, quæ fuerunt*

Iſai. 41. v. 22.

runt nuntiate, & ponemus cor noſtrum &c. Super quem textum ita loquitur Divus Hieronymus: *Vicißim nobis, vel præterita, vel futura, & ex illorum eventibus veſtram potentiam demonſtrate.* Quapropter Angelicus Magiſter prima parte, quæſt. 57. artic. 3. ad 3. non aliter iudicat in ordine ad repræſentabilitatem per ſpecies Angelicas de prædictis præteritis, ac iudicat de futuris liberis; cum iudicans de iſtis præteritis; de dictis futuris; & de præſentibus: dicat de præſentibus ad illorum diſtinctionem: *Præſentia, præterita, & futura, non æqualiter ſe habent ad rationes, quia ea, quæ præſentia ſunt habent naturam, per quam aſsimilantur ſpeciebus, quæ ſunt in mente Angeli, & ſic per ea cognoſci poſſunt.*

S. Hieronymus.

S. Thom. non aliter iudicat in ordine ad repræſentabilitatem per ſpecies intelligibiles Angelicas de aliquibus præteritis, ac de futuris liberis.

Et ideò hæc ſententia eſt cõmunior inter Theologos iuxta tradita à P. Suarez libro 2. de Angelis, capite 12. illam defenſante ibi contra P. Vazquez, & fundatur in eo, quod in num. 72. dicebamus, videlicèt, quod illud, quod nec in ſe, nec in alio ſui veſtigio, ſigno, aut effectu eſt nunc præſens, non poteſt nunc actu repræſentari per ſpeciem inditam Angelis, participantem ab idea practica Dei eſſe repræſentativam illorum tantùm, quæ in aliquo verò ſenſu ſint præſentia: & cum præterita, quorum nullum nunc manet veſtigium, vel effectus, nec vllum aliud ſignum, quia nunquam fuerunt ab Angelo cognita, non ſint nunc dicto modo præſentia; ideò ſunt nunc in repræſentabilia per ſpecies intelligibiles Angelicas ob eandem rationem, ac ſunt nunc naturaliter in repræſentabilia futura libera.

Quod eſt iuxta communiorē ſententiā Theologorum.
P. Suarez.
P. Vazquez.

75 Præterita autem, quorum nunc adeſt aliquod veſtigium, ſeu effectus, vel aliqua determinatio ſpeciei intelligibilis repræſentantis prędicta præterita; tunc, quando fuerunt ab Angelo cognita, ſunt quoad repræſentari de genere præſentium; quia etſi non ſint nunc præſentia in ſe ipſis at ſunt nunc præſentia, vel in ſui veſtigio, aut effectu ex ſe ipſis relicto, vel in determinatione ſpeciei intelligibilis eas repræſentantis, dum erant præſentia; quia *ſi nos* poſſumus cognoſcere

Quædam prę terita ſunt, quæ quoad reprę ſētari ſunt de genere pręſentiū.

Digitized by Google

ſimilia præterita,vt cognoſcimus tranſitũ præteritum hominis per aliquã viam ex veſtigio pedum ipſiuſmet hominis impreſſo in via , vel Petrum locutum fuiſſe; quia ipſum fuiſſe loquutum eſt nunc præſens in memoria,quam habemus ipſiuſmet locutionis,cur hoc negabimus Angelis,ita excedentibus homines in lumine , & accumine intellectuali?

Si inquiras, quid ſit determinatio ſpeciei,ratione cuius repræſentat aliqua pręterita?

76 Si inquiras,quid ſit illa determinatio ſpeciei intelligibilis;ratione cuius eſt præſens nunc Angelo illud præteritum antea ab ipſo cognitum, & cuius nunc non manet aliquod veſtigium,ſeu effectus ex ipſo relictus.

Dicunt aliqui eſſe quandam modificationem.

Dicunt aliqui: Eſſe prædictam determinationem quandam modificationem ſpeciei intelligibilis Angelicæ ipſam afficientem ex illo tunc,in quo Angelus cognouit præteritum , vt in ſe præſens;quia tunc reſultavit in ipſa ſpecie aliquis modus intentionalis ipſam modificans,& faciens præſens præteritum pro quocumque tempore.

Alij dicunt eſſe ipſam ſpeciem intelligibilẽ, vt connotantem pręſentiam pręteriti pro tempore , quo fuit præſens.

77 Alij verò dicunt hanc determinationem eſſe ipſam ſpeciem intelligibilem obiecti heri præſentis, & nunc præteriti,vt connotantem præſentiam obiecti pro tempore quo fuit præſens. Et ſecundùm hos nihil intrinſecum advenit ſpeciei per prædictam determinationem,cum nihil aliud dicat, quàm quod hæc ſpecies ex eo,quod ſuo tempore ita repræſentavit , vt præſens illud,quod in ſe nunc non eſt præſens , ſed purè præteritum ; maneat determinata ad cauſandam in Angelo cognitionem, quaſi rememorativam obiecti præteriti, quod vt præſens fuit ſuo tempore ab Angelo cognitum(dicimus *quaſi rememorativam* ; quia non eſt in Angelo cognitio proprie rememoratiua, cum in eo non ſit propriè memoria) quod exemplificari ſolet ſimili potentiæ generatiuæ hominis, quę, vt connotans præteritam generationem, determinata manet ad fundandam relationem Paternitatis ad Filium genitum.

In Angelis non eſt propriè memoria.

Magis placet ſecunda reſponſio.

78 Ex quibus reſponſionibus magis placet nobis hæc ſecunda ; quia prima apparet ſatis difficilis;eò,quod ponere determinationem ſpeciei intelligibilis Angelicæ in præfata modificatione à modo ſuperaddito

Digitized by Google

addito præſtita, eſt innumerabiliter multiplicare modos afficientes prædictam ſpeciem Angelicam; quia ſi ex cognitione cuiuslibet ſingularis repræſentati per ſpeciem animalis (v.g.) Angelo infuſam reſultat modus in tali ſpecie, vt poſtea, quando hoc ſingulare ſit præteritum, poſsit ipſa ſpecies illud repręſentare, eſſent innumerabiles modi reſultantes decurſu temporis in dicta ſpecie. Quapropter facilius videtur ſatisfieri interrogationi propoſitæ; conſtituendo hanc determinationem ſpeciei Angelicæ, vt nunc repræſentet præteritum, in ipſa ſpecie, vt connotante cognitionem præteritam habitam de obiecto, nunc præterito, vt de tunc præſenti.

Quia prima apparet difficilis.

79 Ad quod debet ſupponi, quod Angelus fuerit vſus aliquando prædicta ſpecie ad cognoſcendum, vt in ſe præſens, illud obiectum, quod nunc eſt prę teritum, & quod per talem ſpeciem nunc repræſentatur vt antea cognitum; quia ſi illa non fuit vſus, non erit ipſa determinata ex cognitione præterita obiecti nunc præteriti, & antea prę ſentis, vt ſecundùm hanc doctrinam prætenditur. Et vltra eſt notandum, quod quando hac ſpecie, vt ſic determinata, cognoſcit Angelus præteritum, non cognoſcit illud, vt in ſe, niſi abſtractivè; & ſi in ſuo ſigno (ſcilicèt in prædicta ſpeciei determinatione) illud intuitiuè cognoſcat, cum illud cognoſcat, vt præſens in tali ſigno; licèt non diffiteamur hoc magis eſſe cognoſcere intuitiuè ſignum dicti præteriti, quã ipſum præteritum intuitiuè attingere.

Sed vt defendatur ſecunda, eſt neceſſaria quędam ſuppoſitio.

80 Dices reſtare adhuc non levem difficultatem in explicando quomodò repræſentantur per ſpeciem Angelicam vlla præterita; quia qualecumque ſit præteritum, non eſt nunc in ſe præſens (vt à nobis ſupponitur) & conſequenter non eſt de rebus huius vniverſi (cum quęvis vniverſi res, vt nunc talis, debeat eſſe nunc in ſe prę ſens) quod neceſſariò exigitur ad hoc, vt aliquod obiectum repræſentetur per ſpeciem Angelicam.

Dices.

Verum hoc facilimè ſolvitur: dicendo ſufficere ad hoc, vt aliquod obiectum repræſentetur nunc per ſpeciem Angelicam, fuiſſe aliquando de pertinentibus ad

At ſatisfit: declarando quomodò obiectũ de-

Digitized by Google

debet eſſe de pertinentibus ad hoc vniverſum, vt repræſentetur per ſpeciem intelligibilem Angelicam.

ad hoc vniverſum; & quod cum tali obiecto connectatur aliquid nunc actu ſpectans ad hoc vniverſum: & cum hoc reperiatur in præteritis, de quibus nunc loquimur (eo, quod aliquando fuerunt de ſpectantibus ad hoc vniverſum: & vltra hoc ſit cum ipſis connexa determinatio nunc actu pertinens ad hoc vniverſum, vt pote nunc manens in ſpecie Angelica ad illud ſpectāte, ex eo, quod aliquando cognouit Angelus per illā ſpeciē talia obiecta) ideò habent illam proportionem requiſitam ad hoc, vt repræſententur nunc per prædictam ſpeciem, Angelo inditam, vt cognoſcat tantum illa, quæ ad hoc vniverſum ſpectant.

§. IV.

Aliqua Corollaria.

Primum corollarium.

81 PRimum eſt: Quod ſi eſſet nunc aliquid cognitum ab Angelo naturaliter certò; & infallibiliter connexum cum futuro libero, poſſet illud cognoſci ab ipſo Angelo naturaliter certò. Nam ideò propugnavimus, dum concluſionem ſtatuebamus, non attingi nunc prædictum futurum per cognitionem Angeli naturalem certam; quia in ſe nunc nihil eſt, & alias quidquid infert futurum liberum, & cognoſcitur nunc ab Angelo naturaliter certò, indifferenter ſe habet ad poſitionem, vel non poſitionem futuri liberi (quapropter fundavimus, quod tale futurum, nec eſt cognoſcibile in ſe ipſo naturaliter certò, nec eſt ita cognoſcibile in vlla cauſa creata) ergo ſi modò daretur aliquid naturaliter certò cognitum ab Angelo; & infallibiliter connexum cum futuro libero, abſque dubio hoc cognoſceretur naturaliter certò ab ipſo Angelo.

Si eſſet nunc aliquid cognitū ab Angelo naturaliter certò; & infallibiliter connexum cum futuro libero, poſſet illud cognoſci ab Angelo naturaliter certò.

Si dicas.

82 Si dicas: Quod, cum decretum divinum, & exiſtentia craſtina rei liberæ nunc futuræ inferant infallibiliter, quod talis res ſit nunc futura: & aliàs per aliqua ſigna, ſeù obiecta ex cognitis naturaliter certò nunc ab Angelo, poſſint illi manifeſtari decretum divinum, & exiſtentia craſtina prædictę rei nunc futuræ (ad modum, quo manifeſtarentur Prophetis) videtur non ſuaderi: Angelum non cognoſcere

cere naturaliter certò futura libera, dum non oſtendatur, quod per obiecta, aut ſigna ab ipſo naturaliter certò cognita, nec manifeſtatur decretum divinum de re libera futura cras extitura, nec exiſtentia craſtina talis rei nunc futurę.

Et vrgeas.

83 Præſertim, cum ſit difficilius cognoſcere futura libera in ſe ipſis, quàm in ſignis illa manifeſtantibus, & nihilominùs intellectus humanus Chriſti Domini cognoſcebat in ſe ipſis futura libera.

Reſpōdebitur.

84 Eſt reſpondendum, quod licèt obiecta ab Angelo naturaliter certò cognita poſsint eſſe ſigna, per quæ manifeſtentur ipſi decretum divinum de re libera extitura cras, & exiſtentia craſtina talis rei; at non poſſunt eſſe talia ſigna, niſi interveniat divina revelatio manifeſtans Angelo per prædicta obiecta determinationem extrinſecam rei cras extituræ conſiſtentem, vel in divino decreto, vel in eius exiſtentia craſtina. Quod quidem non negatur à nobis poſſe defacto contingere; ſed potiùs ſuppoſuimus in numero 1. vbi notavimus non moueri hanc quæſtionem ſuper cognitionem certam futurorum liberorum habitam beneficio divinæ revelationis; ſed ſuper cognitionem, qua Angelus naturaliter, ſeu per vires naturæ, & abſque interventu divinæ revelationis certò cognoſcat præfata futura.

Per ſigna manifeſtari poſſunt decretum divinum de re libera cras extitura, & eius exiſtentia craſtina; ſed mediante divina revelatione.

Pręcluditur quędam inſtantia.

85 Quamquàm (vt quędam pręoccupatur inſtantia) animadverti debeat, quod hæc revelatio, ſeu manifeſtatio futurorum liberorum facta per ſigna, nō eſt naturaliter debita Angelis, ſed eſt gratia gratis data; vt non intendatur (ex non recta huius intelligētia) quod Angelus cognoſcens naturaliter certò quidquid ſibi eſt naturaliter debitū, cognoſcat nunc naturaliter certo prædictā revelationem de decreto divino, vel de exiſtentia craſtina rei liberę nunc futurę.

Reſpōdetur ad vrgentiam: Intellectus humanus Chriſti D. cognouit futura libera certò, non cognitione naturali, ſed ſupernaturali.

86 Ad vrgentiā dicatur: Intellectum humanū Chriſti D. cognoſ. iſe futura libera in ſe ipſis cognitione certa, non naturali, ſed ſupernaturali ſciētię per ſe infuſſę, qua intellectus humanus Chriſti D. cognovit omnia, quę per revelationē hominibus innoteſcunt, vt docuit Pręcept. Angel. 3. p. q. 11. art. 1. & in qua ſupperàvit Angelos, vt conſtat ex traditis diſp. 1. dub. 4. num. 11. & 19.

S. Thomas.

Ex

Secundũ corollarium.

Etiam ſuadetur eſſe in cognoſcibile naturaliter certò ab Angelo futurũ liberũ, ex eo, quod decretũ divinum de tali futuro eſt Angelo in cognoſcibile naturaliter certò.

87 Ex quibus venit colligendum: Inferri etiam in cognoſcibilitatem futuri liberi per cognitionem naturalem certam ab Angelo elicitam ex eo, quod Angelus non cognoſcit naturaliter certò, & ſecluſa Dei reuelatione, Divinum decretum de vllo futuro libero; quia nequit prędictum decretum cognoſci titulo actus liberi Dei in ipſo Deo occulti: & ſi Angelus nunc cognoſceret naturaliter certò futurum liberum, eſſet pręciſsè, quia cognoſceret nunc naturaliter certò decretum divinum de tali futuro, cum non poſsit illud cognoſcere naturaliter certò, quia cognoſcat illud in ſe ipſo; vel quia illud cognoſcat in cauſa creata prędicti futuri (cum quęlibet cauſa creata futuri liberi non ſit medium, ex quo poſsit cognoſci naturaliter certò ipſum futurum liberum) vnde reſtat, quod vt poſsit cognoſci naturaliter certò futurũ liberum, debeat ſic cognoſci ex cognitione naturali certa decreti Divini de ipſo futuro libero; igitur cum dictum decretum ſit in cognoſcibile ab Angelo naturaliter certò, & ſecluſa revelatione Dei, hinc infertur, quod nequeat vllo modo cognoſci naturaliter certò ab ipſo Angelo futurum liberum.

Tertium corollarium.

Eſſe futurum liberum in cognoſcibile ab Angelo naturaliter certò, non eſt perfectio in ipſo futuro libero.

88 Tertiò eſt obſervandum (nè attribuatur perfectioni futuri liberi, quod ipſum ſit in cognoſcibile ab Angelo naturaliter certò) eſſe prędictum futurum impotens cognoſci ab Angelo naturaliter certò præciſsè ob ſuam improportionem; quia ideò nequit cognoſci ab Angelo naturaliter certò; quia, in ſtatu futuri manens, eſt de rebus in pertinentibus ad hoc vniverſum; & alias obiectum proportionatum cognitionis naturalis Angeli, eſt hoc vniverſum, & quidquid ſub hoc vniverſo cadit. Ex quo colligitur non eſſe hanc perfectionem in futuro libero; Tum quia improportio non ſuadet perfectionem ex parte rei improportionatę ex terminis improportionis; Tum quia obiectum exiſtens, vt exiſtens, ex hoc titulo habet excedere in perfectione quodvis futurum, & obiectum in re exiſtens, eſt cognoſcibile ab Angelo naturaliter certò.

Quartum corollarium.

89 Etiamquè eſt colligendum: quod quando

dò dicitur futurum liberum eſſe coniecturaliter cognoſcibile ab Angelo (licèt non ſit ab eo cognoſcibile naturaliter certò) eſt loquendum cum diſtinctione. Quia ſi futurum liberum ſit de illis futuris raro evenientibus, non poteſt coniecturaliter cognoſci ab Angelo, vt habetur ex doctrina Præceptoris Angelici relata in numero 4. & vltra conſtat ex eo, quod non ſunt coniecturæ ſuadentes futuritionem rei raro eventuræ. Si verò futurum liberum ſit de illis futuris æquè evenientibus, vel non evenientibus, tunc (cum coniecturæ æquè ſuadeant futuritionem, & non futuritionem talis futuri) prædictum futurum æquè poteſt dici coniecturaliter cognoſcibile, vel nō. Vnde ſolùm quādo coniecturæ, prout in plurimùm ſuadent futuritionem talis futuri, poteſt abſolutè dici de illo, quod eſt cognoſcibile coniecturaliter ab Angelo, vt ipſe coniecturaliter cognoſcit hominem, proclivem ad hoc, vel illud vitium, eſſe lapſurum in materia prædicti vitij ſi vrgeat tentatio; cum frequenter, & prout in plurimùm ſoleat dictus homo incidere in actiones talis vitij.

Quando dicitur, quod futurum liberū eſt coniecturaliter cognoſcibile ab Angelo, eſt loquendum cū diſtinctione.

90 Quintò deducitur: Æquè eſſe in cognoſcibile ab Angelo cognitione naturali certa futurum vnde quaque liberum, & futurum, quod & ſi ab aliquibus cauſis non liberis dependeat, at nequit poni in re ſine concurſu alicuius cauſæ liberæ; quia eo ipſo, quod futurum dependeat à cauſa creata libera, deficit nunc in cauſa creata illa determinatio, ex cuius naturali certa cognitione inferatur exiſtentia prædicti futuri, & quod cognitio ipſius naturalis, ſit cognitio certa.

Quintū corollarium.
Æquè eſt cognoſcibile ab Angelo naturaliter certò omne futurum liberum.

91 Deniquè collige: Nedum eſſe occulta cognitioni naturali certæ ab Angelo elicitæ futura libera abſoluta; verùm, & futura libera conditionata, inſpecta, vt præciſsè dependentia à conditione non neceſſario inferente conditionatum; ſed comungibili tàm cum conditionato, quàm cum conditionati carentia; vt ſunt hæc futura; *Si voceris ab*

Sextum corollarium.
Dubij reſolutio extenditur ad aliqua futura conditionata libera.

Digitized by Google

ab amico ad ludendum, conſenties: Si Petrus invitetur à Paulo ad convivium, renuet admittere: & alia ſimilia.

Ad illa, ſcilicet, quæ ex cõditione non inferuntur neceſſariò neceſsitate conſequentiæ.

In quibus futuris ſpectata tantùm hac conditione nihil eſt, quod non ſit indifferens ad conditionati exiſtentiam, & ad conditionati carentiã; vnde, cum in principio indifferenti, vt indifferenti (vt iam ſupponitur in numero 10.) nequeat cognoſci effectus determinatus, non poteſt Angelus cognoſcere naturaliter certò exiſtentiam conditionatam talium futurorum ex vi præfatæ conditionis præciſsè. Licet illa poſsit cognoſcere coniecturaliter, & probabiliter conformiter ad dicta de futuris contingentibus abſolutis in numero 1.

Non verò ad ea, quę tali neceſsitate ex cõditione inferuntur.

Si tamen conditio ſit ex inferentibus conditionatum neceſſario neceſsitate conſequentiæ, vt eſt phyſica prædeterminatio Thomiſtica: tunc, cum ex illa inferatur infallibiliter conditionatum; etiam cognoſcetur ab Angelo in vi illius cognitione naturali certa; immò, & cognitione infallibili, metaphiſicèque certa, & hæc de hoc dubio applicando, tùm lib. 1, diſt. Magiſtri diſt. 38. in quo de eo Doct. Angelicus in artic. 5. tùm lib. 2. tam diſt. 3. vbi Durandus, quæſt. 7. Capreolus quæſt, 2. artic. 3. ad 1. Gregorij contra *tertiam concluſionem*, & Malonius diſput. 15. quæſt. 8. quàm diſt. 7. vbi de illo Sanct. Thomas quæſt. 2. artic. 2. Sanct. Bonaventura part. 2. artic. 1. quæſt. 3. Durandus quæſt. 3. & cum alijs multis P. Ripalda ibi quæſt. 6.

S. Thomas. S. Bonaventura. Durandus. Capreolus. Malonius. P. Ripalda.

DV-

DVBIVM II.

Vtrùm Angelus cognoſcat naturaliter certò ſecreta cordium?

§. I.

Notantur Aliqua.

1 PRimò præſupponendum eſt: Nomine ſecreti cordium intelligi, hic, actus internos liberos hominis, vel etiam Angeli: quia liberum arbitrium ſe habet in vita morali, ſicut cor, quod eſt principium vitæ animalis; & ideò quilibet actus liber, ſiue ſit elicitus immediatè à libero arbitrio, ſiue ſit elicitus à quavis potentia, & à libero arbitrio imperatus, dum maneat ſecretus intra ipſum, vel hominem, vel Angelum, appellatur ſecretum cordis, hoc eſt actus liber, vel hominis, vel Angeli occultus intra ipſummet ſuppoſitum eliciens, & de hoc genere actus ſecreti diſputamus in præſenti.

Primum notabile.
Explicatur quid intelligitur hic ſub nomine *ſecreti cordis.*

2 Et præcipuè procedit prædicta dubitatio de actibus liberis merè internis, ideſt nullatenus manifeſtatis per aliquod ſignum externum, puta, per locutionẽ elicientis talem actum, vel per quid aliud ſimile; quia actus liber, aliqualiter per ſignum externum manifeſtatus, non cadit ſub ratione ſecreti cordium, de cuius conceptu eſt eſſe omni modò intra limites elicientis clauſum.

Secundum notabile.
Procedit dubium de actibus liberis purè internis.

3 Et de actibus internis præciſè diſputamus; quia de his dumtaxat poteſt exagitari dubium, an pertineāt ad ordinem vniuerſi? quod; vt iam diximus in præſenti dubio, ſufficit ad hoc, quod Angelus attingat aliquod obiectum naturaliter certò: cum ideò aſſerebamus excludi ab eius cognitione naturali certa futurum liberum; quia tale futurum eſt extra vniverſi ordinem. At actus liber manifeſtatus, vel

Quia de his tantùm poteſt exagitari: an pertineāt ad ordinẽ vniverſi?

Digitized by Google

vel per loquutionem ſubiecti elicientis talem actum, vel per quodvis aliud ſignum, eſt de rebus pertinentibus ad hoc vniuerſum, vt ſatis clarum apparebit hoc meditanti.

Tertium notabile.
Eſt hæc quæſtio de cognitione naturali certa, non de alia cognitione ab hac perfectione deficiente.

4. Vltrà quod eſt notandum: non eſſe difficile in hoc quæſito, quod Angelus cognoſcat conjecturaliter, vel alio modo deficiente à perfectione cognitionis naturalis certæ ſecretorū cordium: eò, quod pluries ex aliquibus ſignis externis probabiliter conjecturet eſſe in nobis aliquos effectus liberos, vel *triſtitiæ*, vel *iræ*, *&c.* Quod quidèm non eſt mirandum! Si enim hoc cognoſcunt, illo modo cognitionis Medici, inferentes ex pulſu, vel ex vultu hominis aliquas ipſius affectiones merè internas, cur hoc negabimus Angelis, qui ſubtiliores ſunt in intelligendo, quàm perſpicatior homo? Vnde tota præſens difficultas devoluitur ad cognitionem naturalem certam ſecretorum cordium, ſeu affectus interni liberi hominis, vel Angeli: inquirendo an Angelus naturaliter certò cognoſcat prædictos actus internos liberos, ſeu ſecreta cordium?

Quartum notabile.
Nec controvertitur nunc de ſecretis cordium revelatis à Deo illa cognoſcenti.

5. Tandèm eſt prænotandum: non intelligi præſentem diſputationem de ſecretis cordium revelatis à Deo homini, vel Angelo illa cognoſcenti, quia in hac quæſtione procedimus conformiter, & iuxta eadem principia, ac in præcedenti quæſtione. Vnde ſicut ibi non diſputabamus de futuris liberis manifeſtatis Angelo, vel homini media Dei revelatione; ita nec hic controvertimus, an ſecreta cordium per Dei revelationem manifeſtata homini, vel Angelo poſsit ea cognoſcere homo, vel Angelus? Sed tantùm loquimur nunc de cognitione naturali certa prædictorum ſecretorum, ad quod non deſideramus vllam Dei revelationem de prædictis ſecretis.

Quintum notabile.
Sicut nec de illis ſecretis, quorū notitia permittitur ab eliciente talia ſecreta.

6. Et circa hoc dubium adhùc reſtat obſervari: Tùm, quod dumtaxat exagitatur de actibus illis liberis internis hominis, vel Angeli, quorum notitiam non conſentit ſuppoſitum creatum eos eliciens, vt habeatur ab alio ſuppoſito creato à ſe ipſo diſtincto; quia licèt præſertim moveatur lis propoſita ſuper actus liberos internos non manifeſtatos per verba, aut per ali-

aliquod aliud ſignum externum (vt in numero 2. notabamus) at ex hoc non infertur, quod verſetur erga omnes actus liberos noſtros merè internos, cum inter hos ſint plures non manifeſtati per ſignum aliquod externum, qui tamen ab Angelis cognoſcuntur ex permiſſione hominis illos elicientis, conſentientiſquè, vt Angelus ipſos cognoſcat. Tum etiam, quia non diſquirit de actu ſecreto libero, vel ſupernaturali, vel futuro, aut poſsibili (vt benè notat Pater Alarcon, tractatu 6. *de Angelis*, diſput. 3. cap. 10.) eò, quod cum de his ſit ſpecialis difficultas (partim enodata iam in præcedenti dubio, & partim in ſequenti reſolvenda) non eſt cum præſenti confundenda, in qua præciſè dubitatur de actu ſecreto libero, & modò exiſtente.

Nec tand ē eſt propoſitum dubium de actu ſe, creto libero vel ſupernaturali, vel futuro, vel poſsibili.
P. Alarcon.

7 Duæ ſunt præcipuè ſententiæ circa hanc controverſiam. Quarum prima affirmat: *Angelum poſſe abſolutè cognoſcere cogitationes, ſeu ſecreta cordium, cognitione naturali certa; licèt tales cogitationes, quoad aliquem ſuum modum ſint Angelo naturaliter occultæ.* Quæ quidèm, & non diſplicuit Durando in 2. diſt. 3. quæſt. 7. & 8. & propugnatur ab Hervæo in eadem diſt. quæſt. 3. Henrico, quodſibeto 5. quæſt. 13. Argentina in 2. diſt. 7. quæſt. 1. artic. 2. & Ægidio tàm quæſt. 2. artic. 2. quàm in tractatu de *Cognitione Angelorum*, quæſt. 2.

Prima ſentētia affirmatiua. Nam diſplicuit *Durando*, & pro eo ſunt.
Herværs.
Henricus.
Argentina.
Ægidius.

Qui AA. & ſi in concluſione conveniant, diverſificantur valdè in explicando modum, quo prædicta ſecreta naturaliter occultantur Angelis. Indicante Hervæo: *Eſſe gradum intenſionis, vel remiſsionis, quo actus ſecretus fertur in obiectum.* Henrico: *Eſſe ordinationem, & tendentiam actualem talis ſecreti in finem particularem operantis,* Ægidio, & Argentina: *Eſſe in actu intellectus ſecreto, modum affirmationis, vel negationis; in actu verò ſecreto voluntatis. modum proſecutionis, aut fugæ.*

Qui & ſi in cōcluſione conveniant, diverſificantur in explicando illam.

Et pro hac ſententia (vt aſſerente: *Angelum poſſe cognoſcere* naturaliter certò ſecreta cordis, ſiue alterius Angeli, ſiue hominis, dum non ſint futura) ſtat Subtilis Doctor in 2. diſt. 9. quæſt. 2. 3. & verſ. *Ad argumenta ſecun-*

Scotus.

eundæ quæſtionis: vbi nedùm concedit Angelis bonis poſſe cognoſcere talia ſecreta cum communi Dei influentia, ſi ſint ſecreta ordinis naturalis; verùm, & quod defacto illa cognoſcant. Vnde hoc idem debent ſentire Scotiſtæ, iuxta ea, quæ contra Magiſtrum Rada (cui adheret Magiſter Delgadillo cap. 4. de Angelis difficult. 4. numero 24.) animadvertit Magiſt. Maſtrius in 2. ſent. diſp. 2. numero 237.

M. Rada. Delgadillo. Maſtrius.

Quin oppoſitum iudicaſſet Doctor Subtilis in 4. diſp. 10. quæſt. 8. ad 3. negans ibi: Angelum defacto cognoſcere ſecreta cordium: quia tantùm loquebatur de Angelo malo; qui (ſecundùm Scoti principia) impeditur ab eorum cognitione per ſubſtractionem concurſus generalis, licet ſervet virtutem ad illa cognoſcenda; quapropter opinio Doctoris Subtilis vniverſaliter de omni Angelo (ſivè bono, ſivè malo) cenſet Angelum ſuaptè natura cognoſcere ſecreta cordium, cùm non ſint futura, (quia hæc non poſſe cognoſci ab Angelo eſt mens Scoti in 4. diſt. 45. quæſt. 4. in ſolutione ad 2. *teſtim. ſcrip.*) & illi, vt ſic loquenti, ſubſcribunt omnes ſui diſcipuli cum Nominalibus; & ex D D. Societatis P. Theophilus, Raynaudus *in Theologia naturali* diſtinctione 4. quæſtione 1.

P. Raynaudus.

8 Secunda ſententia omninò negat: *poſſe Angelum cognoſcere naturaliter certò ſecreta cordis, ſivè hominis, ſivè alterius Angeli*, ſi non interveniat conſenſus ſuppoſiti elicientis prædicata ſecreta (licet P. Quiros cum PP. Molina, Vazquez, & Torres, iudicet 1. part. tract. 8. diſp. 60. ſect. 2. quod nec etiam in caſu, quo ſuppoſitum eliciens actum aliquem ſecretum liberum conſentiat in hoc, quòd talis actus cognoſcatur ab alio ſuppoſito creato à ſe ipſo diſtincto, poteſt ſecretum cordis cognoſci naturalitèr certò ab alio ſuppoſito creato, quàm ab ipſo eliciente) ita Doctor Angelicus tum 1. part. quæſt. 57. art. 4. tum in quæſt. 16. de *Malo* art. 8. tum in quæſt. 8. de *Veritate* art. 13. tum 3. *Contra Gentes* cap. 154. tum in 2. diſt. 3. diſt. 8. quæſt. 1. art. 5. ad 5. necnon in eadem diſt. ad *Anibaldum* art. 4. tum denique 1. *Ad Corinth.* cap. 2. lect. 12. D. Bo-

Secunda ſentētia negativa eſt *PP. Molina, Vazquez, Torres, Quiros.*

Pro qua ſunt *Sanct. Thomas.*

Bonaventura, Ricardus, & alij quàm plures Scholaſtici in 2. diſt. 7. & ſequentibus. S. Bonaventura, Richardus, & alij quàm plures Scholaſtici.

Inter quos Pater Suarez libro 2. de Angelis cap. 21. num. 3. opinatur eſſe aſſertionem de fide: *Quod Angelus non poteſt naturaliter actum, ſeù conſenſum liberum voluntatis creatæ in ſe certò, ac evidenter cognoſcere, niſi ab habente talem liberum affectum alteri manifeſtetur*: cui cum alijs ſubſcripſit Pater Arriaga diſp. 9. de Angelis ſect. 6. & quem, quoad notam ex hoc dicto impoſitam ſententiæ oppoſitæ, ſeverè iudicat Magiſter Delgadillo cap. 4. de Angelis difficult. 4. numero 21. 30. & 32. ſuntque etiam pro hac 2. ſententia multi SS. PP. infra referendi. P. Suarez. P. Arriaga. M. Delgadillo.

§. II.

CONCLVSIO NOSTRA NEGATIVA.

Angelus non poteſt cognoſcere naturaliter certò ſecreta cordium.

Concluſio probatur primò ex Sacra Scriptura.

9 QVàm maximè fundant Sacræ Scripturæ teſtimonia a DD. Secundæ ſententiæ adducta. Vnde probatur tum ex illo 1. Reg. cap. 16. *Homo enim videt ea, quæ parent. Dominus autem intuetur cor.* Tum ex illo 3. Reg. cap. 8. *Tu noſti ſolus cor omnium filiorum hominum.* Et ex illo 2. Paralipomenon. cap. 6. *Tu enim ſolus noſti corda filiorum hominum.* Tum ex illo Pſalmi 7. *Scrutans corda, & renes Deus.* Et ex illo Pſalmi 43. *Ipſe enim novit abſcondita cordis* (cui conſonant dicta in 1. *Sapient.* in 1. *Act.* in 8. *Ad Romanos*, & in 4. *Ad Hebræos*, vbi de Verbo Dei dicitur, quod eſt: *Diſcretor cogitationum, & intentionum Cordis*) tum ex illo Ieremiæ 17. *Pravum eſt cor omnium, & inſcrutabile: quis cognoſcet illud? Ego Dominus ſcrutans cor.* Tum denique ex illo 1. ad Corinth. 14. *Si autem omnes prophetent intret autem*

1. Reg. 16. v. 7. 3. Reg. 8. v. 35. 2. Paralip. 6. v. 30. Pſalm. 7. v. 10. Pſalm. 43. v. 22. Sap. 1. v. 6. Act. 1. v. 24. Ad Rom. 8. v. 27. Ad Hebr. 4. v. 12. Hierem. 17. v. 9. 1. Ad Chorinth. 14. v. 24. & 25.

Digitized by Google

autem quis infidelis, vel idiota, conuincitur ab omnibus, diiudicatur ab omnibus: occulta cordis eius manifeſta fiunt, & ita cadens in faciem adorabit Deum, pronuntians, quod verè Deus in vobis ſit. Vbi Apoſtolus ex cognitione ſecretorum cordis docet haberi teſtimonium veri Dei. In quibus (necnon in alijs ſimilibus) adſcribitur Deo tanquàm ipſi propria certa notitia ſecretorum cordium.

Secundò ex Patribus.
Origenes.
SS. Athanaſius.
Baſilius.
Chryſoſtomus.
Cyrillus.
Damaſcenus.
Beda.
Auguſtinus.
Hieronymus.
Ambroſius.
Thomas.
Bonauentura.
M. Bañez.
P. Suarez.

10. Quapropter PP. id ipſum docuerunt, vt Origenes lib. 1. in *Iob*, ſuper illa verba: *Circuiui terram.* SS. Athanaſius, quæſt. 27. ad *Antioch.* Baſilius lib. 3. *contra Eunom.* Chriſoſtomus homil. 13. & 30. in *Math.* Cyrillus lib. 2. in *Ioann.* cap. 19. & lib. 3. cap. 3. Damaſcenus 2. *de Fide*, cap. 3. Beda lib. 2. in *Lucam*, cap. 17. Auguſtinus, tùm tract. 32. in in *Ioann.* tùm in 2. *Retract.* cap. 30. tùm lib. 10. *Confeſ.* cap. 2. Tumquè ſuper *Pſalm.* 7. 41. & 141. Hieronymus in cap. 9. *Math.*; & in Epiſt. 40. Ambroſius in illud 1. ad *Corinth.* 3. *Spiritus omnia ſcrutatur.* Petrus Chryſol. ſerm. 50. Thomas noſter; Bonauentura; vbi relati fuerunt ſupra in numero 8. nec non alij adducti à Mag. Bañez 1. part. quæſt. 57. artic. 4. & à P. Suarez lib. 2. de *Angelis* à numero 5. Qui omnes vnanimiter tenent eſſe proprium Dei cognoſcere cogitationes, ſeu ſecreta cordis; & ideò ex ipſis habetur non poſſe Angelum ſuaptè natura cognoſcere certò talia ſecreta.

Primæ ſolutio AA. primæ ſententiæ.

11. AA. tamèn primę ſententię (nè Scripturæ, & PP. ſe opponant) connantur varijs ſolutionibus ſatisfacere teſtimonijs hic propoſitis. Et primò eſt dicendo: Senſum Scripturæ, & PP. eſſe, quod ſolus Deus cognoſcit naturaliter certò ſecreta cordis *accepta vniverſaliter pro præſentibus, præteritis, & futuris*; non verò præciſsè pro *præſentibus*, & *præteritis*; quia hæc poſſunt cognoſci ab Angelo naturaliter certò.

Sed impugnatur.

12. Contra quam eſt: Tùm quia eſſe ſecretū cordis incognoſcibile naturaliter certò ab intellectu creato, ſi ſit liberum futurum, eſt quid commune ad omne liberum futurum: & quando hic ex Scriptura, & PP. appropria-

priatur ſoli Deo cognitio ſecretorum cordis, aliquid ſpeciale dicitur. Tum quia in prædictis textibus non loquuntur Scriptura, & PP. cum limitatione de ſecretis cordium, ſed abſolutè; Tum quia ſunt plura teſtimonia, in quibus indicatur, vt ſignum certum Divinitatis Chriſti Domini, quod ipſe cognoſcebat ſecreta cordis præſentia (vt ſunt illa Math.9. v.4. & cap.12. v.25. Marci 2. v.8. & Lucæ 11. v.17.) Vnde ex eis probant PP. contra Arrianos Chriſti Divinitatem, vt eruditè obſervat P. Cornelius Alapide ſupra v. 4. Math.9. Igitur, vt proprium Dei eſt habendum cognoſcere occultas cogitationes cordium, nè dum futuras, verùm, & præteritas, & præſentes.

Math.9.& 12; Marci 2: Lucæ 11. P. Alapide.

13 Aliæ ſolutiones intendunt ſalvare mentem Scripturæ, & PP. explicando in ſecretis cordium aliquem modum ſoli Deo notum; quia ſic iudicant ſufficienter verificari ſecreta cordium eſſe occulta omni intellectui creato: & ita ſentiunt DD. (relati in numero 7.) dicentes eſſe talē modum, vel *gradum intenſionis, aut remiſſionis actus*; vel *ordinationem actualem ipſius in finem particularem operantis*; vel *modum affirmationis, aut negationis; proſecutionis, aut fugæ.*

Aliæ ſolutiones.

14 Sed etiam impugnantur, & omnes ſimul: Tum ex eo, quod Scriptura, & PP. abſolutè, & vniverſaliter docent: Secreta cordium eſſe innota omni intellectui creato; quin vllam exceptionem in ſecretis faciant. Tumquè: quia vel eſt concedendum: Secretum cordis, tam quoad *ſubſtantiam*, quàm quoad *modum* inſpectum, eſſe cognoſcibile ab Angelo naturaliter certò; vel eſt negandum eſſe ſit cognoſcibilem ſubſtantiam talis ſecreti, ſicut negatur eſſe cognoſcibilem ipſiuſmet modum (eo, quod ideò iuxta has ſolutiones, eſt ita cognoſcibilis ab Angelo ſubſtantia ſecreti cordis, quia eſt ordinis naturalis (cum hic ſit ſermo de actibus ſecretis in ſua entitate naturalibus) & omnia ordinis naturalis ſunt cognoſcibilia ab Angelo naturalirer certò, quæ ratio æque probat de modo prædicto ſecreti cordis, cum etiam hic modus ſit ordinis naturalis. Et ideò eſt innotus Angelo modus talis ſecreti; quia Authoritas Scripturæ, & PP. dicit: Secretum cordis non cog-

Quæ impugnatur.

noſci, niſi à ſolo Deo, quæ locutio, vtpotè indefinita, omnia ſecreta cordis comprehendit) vnde cum primum renuant dictę ſolutiones, videtur ipſorum Patronos ad ſecundum teneri.

Alia ſolutio.
Scotus.

15 Deniquè Doctor Subtilis in 4. diſt. 45. q. 4. ad 2. ſentit: eſſe proprium Dei cognoſcere ſecreta cordis, vt iudicem vniverſalem occultorum; & hunc modum cognoſcendi prædicta ſecreta eſſe negandum Angelis; non verò ſimplicem illorum cognitionem. Quapropter Magiſter Maſtrius in 2. ſentent. diſp. 2. num. 233. & 234. ait, quod in textibus ſacris pro hoc aſſerto a nobis allatis, & in ſimilibus, non eſt ſermo de ſimplici, & nuda ſecretorum cognitione, ſed de cognitione iudiciaria, quæ ſolius Dei propria eſt.

M. Maſtrius.

Et etiam impugnatur hæc ſolutio.

16 Sed contra hanc ſolutionem eſt primò; ſi ſolùm negatur Angelis in propoſitis, & in ſimilibus textibus modus cognoſcendi ſecreta per modum iudicis vniverſalis (præmiando bona deſideria; & puniendo mala) ergo hic non negatur Angelis poſſe cognoſcere (cognitione ſimplici, & non iudiciaria) futura ſecreta cordis. Antecedens eſt certum, & conſequentia opponitur Doctori Subtili in loco adducto pro ſolutione, vt patebit ipſùm conſulenti. Et ſecundò: quia Scriptura, & PP. commendant in præcitatis teſtimonijs *vim cognoſcendi, non excellentiam iudicandi*; cum non dicant, quod: *Deus ſolus iudicat*: ſed quod: *Deus ſolus noſcit ſecreta*: ergo hic negant Angelis ſimplicem, & nudam cognitionem ſecretorum cordis.

Scotus.

Alia denique ſolutio.
Scotus.

17 Vltra reſpondet loco citato Doct. Subtilis doceri in textibus pro ſentẽtia negatiua oppoſitis: eſſe propriũ Dei cognoſcere ſecreta cordis, ita perfectè, vt à nemine poſſit impediri, quod non convenit Angelis.

Prædicta impugnatur ſolutio.

18 Et hoc impugnatur: ex eo, quod hic aliquid ſpeciale tribuitur Deo *quoad cognoſcere ſecreta cordium*, quod non tribuitur *quoad cognoſcere formicam* (vt videtur clariſſimum) ſed cognoſcere ſecreta cordium ita perfectè, vt à nemine impediri poſſit, non eſt aliquid ſpeciale, quod etiam non tribuatur Deo *quoad cognoſcere formicã* (circa cuius cognitionẽ etiam intellectus Angelicus impediri poteſt, ſi Deus nolit cõcurrere) ergo aliud intendunt

Digitized by Google

dunt ſacri textus, quàm quod hæc ſolutio indicat.

§. III.

Probatur à ratione noſtra concluſio.

19 QVanquàm P. Vazquez 1. p. diſp. 209. cap. 10. dicat: non poſſe reddi rationem huius concluſionis: plures adduci ſolent ad illam ſtabiliendam; inter quas ſatis firma eſt, tradita à Præceptore Angelico 1. p. quæſt. 57. art. 4. vbi ex profeſsò de hoc tractat, & eam expendemus, vt ſic (non aliter, ac P. Arriaga tract. de *Angelis*, diſp. 9. num. 40.) Vazquez aſſertionem impugnemus. *P. Vazquez. S. Thomas. P. Arriaga.*

20 Actus creati liberi, & omninò occulti, tantùm ſubduntur Deo, & ſuppoſito creato illos elicienti; ſed ſi prædicti actus, vt occulti, poſſent cognoſci naturaliter certò à ſuppoſito creato eos non eliciente, tales actus non tantũ ſubderentur Deo, & ſuppoſito creato illos elicienti: ergo Angelus non poteſt cognoſcere naturaliter certò actus liberos omninò ocultos à ſe non elicitos. Probatur minor: Si Angelus poſſet cognoſcere naturaliter certò prædictos actus liberos occultos, ipſi actus ſubderentur, nedùm Deo, & ſuppoſito creato illos elicienti; verùm etiam cuiuis Angelo à tali ſuppoſito diſtincto: ergo ſi actus creati liberi, & omninò occulti poſsent cognoſci naturaliter certò à ſuppoſito creato illos non eliciente, tales actus non tantùm ſubderētur Deo, & ſuppoſito creato illos elicienti. Probatur antecedens: Si Angelus poſſet cognoſcere naturaliter certò actus liberos occultos à ſe non elicitos, haberet ex natura ſua quoddam genus dominij ſupra tales actus; ſed ſi Angelus ex natura ſua prædictum dominium haberet ſupra actus creatos liberos a ſe non elicitos, tales actus ſubderentur, nedùm Deo, & ſuppoſito creato illos elicienti, verùm etiam cuiuis Angelo à tali ſuppoſito diſtincto: ergo ſi Angelus poſſet cognoſcere naturaliter certò prædictos actus liberos occultos, ipſi actus ſubderentur, nedùm Deo, & ſuppoſito creato illos elicienti, verùm etiam cuivis Angelo à tali ſuppoſito diſtincto.

Probatur concluſio à ratione.

Si Angelus poſſet cognoſcere naturaliter certò actus liberos omnino occultos à ſe non elicitos; tales actus non tantùm ſubderentur Deo, & ſuppoſito creato illos elicienti.

Probatur maior.

Probatur maior: Si Angelus poſſet cognoſcere naturaliter certò actus liberos occultos a ſe non elicitos, haberet poteſtatem cognoſcendi pro ſuo libito cognitione naturali certa actus liberos occultos à ſe non elicitos; ſed habere poteſtatem cognoſcendi pro ſuo libito actus liberos occultos à ſe non elicitos, eſt quoddam genus dominij ſupra tales actus: ergo ſi Angelus poſſet cognoſcere naturaliter certò actus liberos occultos à ſe non elicitos, haberet ex natura ſua quoddam genus dominij ſupra tales actus. Probatur minor: habere poteſtatem videndi pro ſuo libito bona occulta in aliqua domo eſt quoddam genus dominij ſupra talia bona (vt videtur clarum) ergo habere poteſtatem cognoſcendi pro ſuo libito cognitione naturali certa actus liberos occultos à ſe non elicitos, eſt quoddam genus dominij ſupra tales actus.

Habere poteſtatem cognoſcendi pro ſuo libito actus liberos occultos à ſe non elicitos, eſt quoddã genus dominii ſupra tales actus.

Vrgetur.

21 Vrgetur. Quod eſt proprium Dei, non poteſt attribui alicui ſuppoſito creato; ſed habere poteſtatem cognoſcendi naturaliter certò actus liberos occultos ab alio ſuppoſito elicitos, eſt proprium Dei: ergo non poteſt attribui Angelo poteſtas cognoſcendi naturaliter certò actus liberos occultos a ſe non elicitos. Probatur minor: in prima parte, quæſtione 8. artic. 3. ſuadetur præſentia Dei in omnibus rebus, tanquam Dei propria, ex hoc principio, quod Deus poteſt cognoſcere naturaliter certò, etiam actus liberos occultos elicitos à ſuppoſito creato: ergo habere poteſtatem cognoſcendi naturaliter certò actus liberos occultos elicitos ab alio ſuppoſito eſt proprium Dei.

Eſt proprium Dei habere poteſtatem cognoſcendi naturaliter certò actus liberos occultos ab alio ſuppoſito elicitos.

Efficaciùs.

22 Efficaciùs roboratur hoc: Poſſe cognoſcere pro ſuo libito actum liberum occultum à ſe non elicitum ſuadet ſubiectionem in tali actu reſpectu cognoſcentis illum: ergo poſſe cognoſcere pro ſuo libito actum liberum occultum à ſe non elicitum, eſt quoddam genus dominij ſupra talem actum. Probatur antecedens: Poſſe cognoſcere pro ſuo libito actum liberum occultum à ſe non elicitum, minuit dominium, & poteſtatem liberam elicientis talem actum; ſed minuere dominium, & poteſtatem liberam elicientis actum

Poſſe cognoſcere pro ſuo libito actum liberum occultum à ſe non eli-

Digitized by Google

tum liberum occultum à ſe non elicitum, ſuadet ſubiectionem in tali actu reſpectu cognoſcentis illum: ergo poſſe cognoſcere pro ſuo libito actum liberum occultum à ſe non elicitũ, ſuadet ſubiectionem in tali actu reſpectu cognoſcentis illũ. Probatur maior: Poſſe cognoſcere pro ſuo libito actum liberum occultum à ſe non elicitum, impedit, quod eliciens talem actum exerceat dominium, & poteſtatem liberam, quam habet ad occultandum in ſe talem actum: ergo poſſe pro ſuo libito cognoſcere actum liberum occultum à ſe non elicitum, minuit dominium, & poteſtatem liberam elicientis talem actum. Conſequentia conſtat: Cum non alio modo aptiùs minuatur libertas, quàm impediendo, quod exerceatur circa illud erga quod eſt libertas. Et antecedeus etiam apparet certum: quia cognoſcere pro ſuo libito rem ab alio occultatam impedit in tali alio illud dominium, & poteſtatem liberam, quam habebat a d talem rem occultandam.

elicitum, minuit dominiũ, & libertatem elicientis talem actum.

23 Dices huic argumento communi ſolutione: non præiudicari libertatem actus creati interni liberi, per hoc, quod valeat naturaliter cognoſci à ſuppoſito illum non eliciente: eò, quod talis actus liber non conſiſtit in libertate à cognitione habita a ſuppoſito creato eum non eliciente, ſed in ibertate tùm à coactione, & tùm à dependentia à cauſis naturalibus operantibus naturaliter cum determinatione ad vnum. Vnde ſalvum manebit dominium, quod habet ſuppoſitũ creatum liberum eliciens prædictum actum, & ſi talis actus, abſque ipſius elicientis conſenſu cognoſcatur ab alio ſuppoſito creato, v.g. ab Angelo.

Dices.

24 Sed contra ſic obijcitur: & ſi præciſa libertas à coactione, & a dependentia à cauſis naturalibus naturaliter operantibus cum determinatione ad vnum, ſuadeat, quod ſuppoſitum creatum eliciens actum internum liberum tali libertate gaudentem, habeat dominium ſupra prædictum actum; at ipſa ſola non probat in dicto ſuppoſito illud dominium perfectum, quod Deus illi communicavit ſupra talem actum: ergo præiudicanda erit poteſtas libera perfecta ſuppoſiti creati elicientis aliquem actum internum liberum, ſi talis actus

Sed contra.

Sola libertas à coactione, & à dependentia à cauſis naturalibus naturaliter operantibus cũ determinatione ad vnum, pro-

Digitized by Google

actus non ſit liber à cognitione naturali habita à ſuppoſito creato eum non eliciente abſque conſenſu ipſius elicientis. Probatur antecedens quoad illud, quod in ſecunda parte dicitur, ſcilicet Deum communicaviſſe ſuppoſito creato dominium perfectum ſupra ſuum actum internum liberum: tale dominium perfectum ſupra ſuum actum internum liberum, non repugnat ſuppoſito creato (eò, quod eius repugnantia demoſtrari nō valet) ſed data hac non repugnantia, & ſimul conceſſo (vt conceditur ab authoribus noſtræ ſententiæ) eſſe firmam doctrinam, quod actus creatus internus liber à ſolo Deo, & à ſuppoſito illos eliciente naturaliter cognoſci poteſt, eſt nimis probabile, quod Deus de facto communicavit cuivis ſuppoſito creato libero ita perfectum dominium ſupra ſuum actum internum liberum, vt abſque conſenſu ipſius elientis non poſsit ſubiici cognitioni naturali ſuppoſiti creati illum non elicientis: ergo Deus communicavit ſuppoſito creato libero dominium perfectum ſupra ſuum actum internum liberum.

non probat in ſuppoſito, illa gaudente, illud dominium perfectum; quod Deus communicavit ei ſupra ſuum actum liberum occultum.

25 Vrgetur primò: ſi actus interni liberi, non eſſent liberi à cognitione ſuppoſiti creati eos non elicientis (ſecluſa ipſorum manifeſtatione facta per ſuppoſitum eos eliciens) non eſſet vllum diſcrimen inter tales actus, & inter actus liberos externos; vel internos iam manifeſtatos, quoad hoc quod eſt poſſe cognoſci a ſuppoſito creato, ſed hoc videtur oppoſitum communi apprehenſioni, iuxta quam etiam Angelis dirigimus noſtros actus internos liberos quaſi eos proportionando media hac directione, vt ab ipſis cognoſci valeant: ergo actus interni liberi nè dum ſunt liberi a coactione, & à dependentia à cauſis naturalibus operantibus naturaliter cum determinatione ad vnum; verùm etiam ſunt liberi à cognitione cuiuſcumque alterius ſuppoſiti creati a ſuppoto illos eliciente diſtincti.

Vrgetur primò

Actus interni liberi nedùm ſunt liberi à coactione, & à neceſſitate, verùm, & à cognitione ſuppoſiti creati illos non elicientis.

Secundò vrgetur.

26 Secundò: Non eſt ponenda fruſtra loquutio inter Angelos, qua ad invicèm ipſi Angeli manifeſtent ſibi ipſis ſuas proprias cogitationes, & conceptus; ſed ſi actus interni liberi eliciti à ſuppoſito creato, non eſſent liberi à cognitione ſuppoſiti creati illos non elicientis, fruſtra eſſet loquutio in Angelis: ergo actus creati

Non eſt ponenda fruſtra locutio inter Ange-

Digitized by Google

ti interni liberi de facto ſunt liberi à cognitione cuiuſcumque ſuppoſiti creati illos non elicientis. Maior conſtat ex doctrina Div. Thomæ prima parte quæſtione 107. & minor probatur: Si actus interni liberi poſsēt cognoſci à ſuppoſito illos nō eliciente independenter à libera manifeſtatione ipſius elicientis, fruſtra eſſet locutio in Angelis: (vt videtur certiſsimum) ſed ſi actus interni liberi non eſſent liberi à cognitione ſuppoſiti creati illos non elicientis poſſent cognoſci à tali ſuppoſito independenter à libera manifeſtatione ipſius elicientis: ergo ſi actus interni liberi, non eſſent liberi à cognitione ſuppoſiti creati illos non elicientis, fruſtra eſſet locutio in Angelis.

los; vt eſſet ſi actus internus liber vnius non eſt liber a cognitione alterius

S, Thomas.

27 Dices: non eſſe fruſtraneam locutionem inter Angelos, etiam ſi ſecretum vnius ſit naturaliter cognoſcibile ab altero; eò quod locutio ſalvatur per hoc, quod vnus Angelus dirigat ſuum conceptum internum ad alium Angelum, quin ſit neceſſarium, quod talis conceptus differat manifeſtari vſque ad tempus, in quo ſit locutio, cum poſsit eſſe manifeſtus prædictus conceptus Angelo audienti ante quàm ad ipſum dirigatur per locutionem loquentis.

Dices.

28 In contra eſt primò: dum dicimus fruſtra eſſe locutionem inter Angelos, ſi actus internus liber vnius poſſet alteri naturaliter manifeſtari, non interveniente locutione elicientis talem actum internum liberum, loquimur de locutione acepta ſecundùm ſuum primarium finem; ſed fruſtra eſſet inter Angelos locutio, acepta ſecundùm ſuum primarium finem, ſi actus internus liber vnius poſſet ab altero cognoſci naturalitèr certò: ergo fruſtra eſſet locutio inter Angelos, ſi vnus cognoſceret, aut poſſet cognoſcere actum internum liberum alterius independenter ab alterius manifeſtatione. Probatur minor: locutio inter Angelos, accepta ſecundùm ſuum primarium finem, eſt manifeſtatio conceptus interni liberi. Tùm quia ſic accipitur locutio inter homines ſecundùm primarium locutionis finem, ex quorum locutione (vt pote nobis magis nota) deducimus qualiter ſe habeat locutio inter Angelos, quæ à noſtris ſenſibus eſt valdè remota.

In contra opponitur primò

Fruſtra eſſet locutio inter Angelos ſecundùm ſuum primarium finem ſi actus internus liber vnius poſſet ab altero cognoſci naturaliter certò.

Tùm

S. Thomas.

Tùm, & præcipuè: quia Angelicus Doctor, prima parte, quæſtione 107. artic. primo; Satis expreſsè docet: locutionem intellectualem conſiſtere in manifeſtatione conceptus interni liberi, occulti inter homines tàm voluntate hominis talem actum elicientis, volentiſquè illum occultare alteri homini, vel etiam Angelo, quàm groſitie corporis, qua vnus homo occultat alteri homini, quemlibet ſuum actum ſecretum; & velati inter Angelos obſtaculo voluntatis prædictum actum elicientis, nolentiſquè, vt aliud intelligens creatum ſuum percipiat ſecretum independenter à ſui conſenſu (quæ Sancti Doctoris ſententia inſpiciebat locutionem accep tam ſecundùm ſuum primarium finem; cum hoc non pertineat ad alium finem, niſi ad primarium, vt cuiuis meditanti patebit) tunc ſic pergit argumentum, ſed fruſtra eſſet locutio inter Angelos accepta ſecundùm ſuum primarium finem, per hoc, quod eſt manifeſtare vnum Angelum alteri Angelo ſuum actum internum liberum, ſi actus internus liber vnius poſſet ab altero cognoſci naturaliter certò: ergo fruſtra eſſet locutio inter Angelos accepta ſecundùm ſuum primarium finem, ſi actus internus liber vnius poſſet cognoſci ab altero naturaliter certò.

Secundũ ſuam doctrinam locutio intellectualis conſiſtit in manifeſtatione conceptus interni liberi, occulti inter homines tam libito elicientis, quàm groſitie corporis; & inter Angelos obſtaculò voluntatis elicientis talem actum, volentiſquè, vt aliud intelligens creatũ non percipiat ſuum ſecretum.

Secũdò impugnatur ſolutio.

29 Secundò impugnatur ſolutio: Si locutio, qua vnus Angelus alteri Angelo liberè dicit ſuum actum iuternum liberum, non eſſet neceſſaria ad hoc, vt vnus Angelus cognoſceret naturaliter certò actum internum liberum alterius Angeli (vel etiam hominis) eſſet quia nullus Angelus poſſet ita interiùs retinere ſuũ actum internum liberum, vt non niſi ex ſua ordinatione poſſet talis actus cognoſci ab alio Angelo (vt clarum videtur) ſed hoc eſt falſum, vt conſtabit legenti Sanctum Thomam in prima parte in dicta quæſtione 107. artic. 1. in ſolutione ad primum. Vbi aſsignat, vt proprium Dei hoc, quod eſt cognoſcere conceptum internum liberum cuiuſcumque creaturæ, quin hæc valeat ita interiùs retinere ſuum actum internum liberum, vt non niſi ex ſua ordinatione poſsit talis actus à Deo cognoſci: ergo antequàm intercedat locutio inter ipſos Angelos non poteſt vnus Angelus cognoſ-

Angelus poteſt ita interiùs retinere ſuum actum internum liberum, vt non niſi ex ſua ordinatione poſsit talis actus cognoſci naturaliter ab alio Angelo.

S. Thomas.

noſcere actum internum liberum ab alio habitum.

30 Roboratur hoc: Aliter vnus Angelus dicit media ſua locutione alteri Angelo ſuum actum internum liberum, quàm talem actum dicat Deo (vt videri poteſt in Doctore Angelico loco immediatè allato) ſed Angelus dicit Deo media ſua locutione ſuum actum internum liberum, non illum manifeſtando (cum antequàm Deo loquatur, iam ſit Deo notus ſuus actus internus liber) ergo vnus Angelus dicit alteri Angelo media ſua locutione ſuum actum internum liberum, illum ipſi manifeſtando. Patet hæc conſequentia: Quia ſuppoſita alietate inter has locutiones, in nullo alio talis alietas ſtare poteſt (attenta D. Thomæ doctrina) niſi in hoc, quod vna locutio ſit manifeſtativa, & alia non ſit manifeſtativa; ſed tantùm deprecativa, vt eſt locutio, qua Angelus, vel homo loquitur Deo.

Roboratur.

S. Thomas.

Aliter dicit vnus Angelus media ſua locutione alteri Angelo ſuum actum internum liberum, ac Deo.

31 Et vrgentiùs; benè arguitur: Loquutio, qua Angelus A, dicit ſuum actum internum liberum Angelo B, eſt neceſſaria ad hoc, vt Angelus B, cognoſcat actum internum liberum Angeli A: ergo locutio, qua de tali actu loquitur Angelo B, Angelus A, non ſalvatur in Angelo A, quin habeat manifeſtare Angelo B, actum internum liberum Angeli A, (ſicut per oppoſitum, quia non eſt neceſſaria noſtra locutio de noſtris actibus internis liberis, vt Deus illos cognoſcat, eſt in nobis talis locutio, quin manifeſter, aut poſsit manifeſtatare Deo noſtros actus internos liberos) ſed locutio, qua Angelus A, dicit ſuum actum internum liberum Angelo B, eſt neceſſaria ad hoc, vt Angelus B, cognoſcat actum internum liberum Angeli A: ergo locutio, qua de tali actu loquitur Angelo B, Angelus A, non ſalvatur in Angelo A, quin habeat manifeſtare Angelo B, actum internum liberum Angeli A: ergo antequàm ponatur talis locutio non eſt manifeſtus Angelo B, actus internus liber Angeli A. Minor (quæ ſola probatione eget) habetur ex Divo Thoma in quæſtione 9. de Veritate, artic. 4. ad 11. Vbi agens de modo diuerſo, quo vnus Angelus cognoſcit cogitationem, ſeu actum internum liberum alterius Angeli, ac ens naturale, ſeu naturam

Vrgentiùs.

Locutio, qua vnus Angelus manifeſtat alteri Angelo ſuũ actum internũ liberum, eſt neceſſaria adhoc, vt Angelus audiens cognoſcat talem actũ Angeli loquutis.

S. Thomas.

Digitized by Google

ram alterius Angeli, ita ait: *Et hoc quidem* (loquitur de cognitione cogitationis) *dependet ex voluntate Angeli, ſed cognoſcibilitas naturæ Angelicæ non dependet ex voluntate Angeli; & ideò non requiritur locutio in Angelis ad cognoſcendum naturam, ſed ad cognoſcendum cogitationem tantum.*

Vltra impugnatur ſolutio.

32 Tandèm impugnatur ſolutio: Loquutio de actu interno libero eſt in Angelis exercitium dominij perfecti, ſeu pleni competentis ipſis reſpectu talis actus: ergo eſt manifeſtatio prædicti actus. Conſequentia (ſuppoſito antecedenti) a nullo negabitur, & antecedens probatur: loquutio de actu interno libero eſt in Angelis exercitium dominij competentis ipſis reſpectu talis actus; ſed non eſt exercitium dominij non pleni: ergo eſt exercitium dominij pleni. Probatur minor (quia maior habetur, vt certa) exercitium dominij non pleni reſpectu actus interni liberi, eſt illum liberè elicere, vel conſervare; ſed locutio de actu interno libero non eſt in Angelis exercitium conſiſtens in elicere, vel in conſervare naturalem actum (vt eſt clariſſimum) ergo loquutio de actu interno libero non eſt in Angelis exercitium dominij non pleni competentis ipſis reſpectu talis actus.

Locutio de actu interno libero eſt in Angelis exercitium dominij competentis ipſis reſpectu talis actus.

Declaratur hoc.

33 Declaratur hoc: Exercitium dominij pleni competentis Angelis reſpectu ſui actus interni liberi, eſt illud exercitium ad quod extenditur ipſorum dominium ſupra talem actum tranſcendendo terminos dominij elicitivi, & conſervativi prædicti actus, ſicut exercitium ipſorum dominij non pleni (quoad præſens) non tranſcendit terminos liberæ elicientiæ, & conſervationis prædicti actus; ſed loquutio de actu interno libero eſt in Angelis exercitium dominij ipſorum ſupra talem actum tranſcendens terminos dominij elicitivi, & conſervativi prædicti actus (cum ſit exercitium dominij ſe extendentis ad hoc, quod eſt libere non occultare actum alias liberè elicitum, & liberè conſervatum) ergo locutio de actu interno libero eſt in Angelis exercitium dominij pleni, & perfecti competentis ipſis reſpectu talis actus.

Exercitium dominij pleni competentis Angelis reſpectu ſui actus interni liberi, eſt exercitium dominij tranſcendentis terminos dominij elicitiui, & conſervativi talis actus.

Si dicas.

34 Si dicas; Poſſe rectè conciliari, quod ſit

ſit locutio de actu interno libero in Angelis exercitium dominij elicientis talem actum ſupra hoc, quod eſt occultare, vel non occultare illum cum hoc, quod eſt eſſe hunc actum non occultum independenter à locutione Angeli illum elicientis: quia iſte actus, poteſt conſiderari dupliciter; vel in ſui prima elicientia, vel poſtquàm iam eſt elicitus, & poteſt eſſe manifeſtus omnibus Angelis, dum primò elicitur à ſuo eliciente, & ſi poſt ſuam primam elicientiam, poſſit alijs Angelis occultari pro Angeli elicientis placito.

35 Opponemus: quod licèt hæc cohæreant; at nequit intelligi, quod in ſuppoſito habente dominium plenum ſupra ſuum actum internum liberum, & hoc, etiam dùm talis actus primò elicitur, ſit prædictus actus in prima ſui elicientia manifeſtus ſuppoſito creato illum non elicienti (vt non negabit ſolutio) ſed quodlibet intelligens creatum habet plenum dominium ſupra ſuum actum internum liberum, etiam dùm talis actus primò elicitur: ergo nequit prædictus actus non eſſe in prima ſui elicientia ſub ſui elicientis dominio, quoad hoc, quod eſt manifeſtari ſuppoſito creato illum non elicienti. Probatur minor: Actus internus liber cuiuſlibet intelligentis creati eſt perfectè liber dùm primò elicitur. Sed hoc ita non eſſet, ſi intelligens eliciens illum, non haberet plenum dominium ſupra ipſum actum internum liberum, etiam dùm talis actus primò elicitur (cum non poſſit actus eſſe perfectè liber, *vt perfectè liber*, hic accipitur, quin eliciens illum, habeat ſupra ipſum plenum dominium) ergo quodlibet intelligēs creatum habet plenum dominium ſupra ſuum actum internum liberum, etiam dùm talis actus primò elicitur.

Opponemus.

Nequit actus internus liber non eſſe in prima ſui elicientia ſub ſui elicientis dominio quoadhoc, quod eſt manifeſtari, vel non intelligēti creato illum non elicienti.

Probatur maior: Eſſe actum creatum internum liberum perfectè liberum, eſt tantùm ſubijci Deo, & ſuo elicienti in eſſe, & in naturaliter cognoſci; ſed actus internus liber cuiuſlibet intelligentis creati habet in prima ſui elicientia hoc, quod eſt tantùm ſubijci Deo, & ſuo elicienti in eſſe, & in naturaliter cognoſci: ergo actus internus liber

Eſſe actū creatum internum liberum perfectè liberum eſt tantùm ſubijci Deo & ſuo elicienti,

Digitized by Google

liber cuiuſlibet intelligentis creati eſt perfectè liber, dum primo elicitur. Probatur minor: Prædictus actus creatus internus liber, aliquando habet hoc, quod eſt tantùm ſubijci Deo, & ſuo elicienti in eſſe, & in naturaliter cognoſci (vt admittitur à ſolutionis Authoribus) ſed hoc ſuppoſito, non eſt cur hoc non habeat in prima ſui elicientia: ergo actus internus liber cuiuſlibet intelligentis creati habet in prima ſui elicienria hoc, quod eſt tantùm ſubijci Deo, & ſuo elicienti in eſſe, & in naturaliter cognoſci.

Vrgetur impugnatio.

36 Vrgetur impugnatio: Iuxta ſolutionem, intelligens creatum habet dominium ſupra hoc, quod eſt manifeſtare ſuum actum internum liberũ poſt primam elicientiam prædicti actus: ergo in prima ſui elicientia non erat talis actus actus manifeſtus alijs intelligentibus creatis ipſum actum non elicientibus. Probatur conſequentia: Habere dominium ad manifeſtandam aliquam rem, dicit de præſuppoſito talem rem eſſe occultam (quia fruſtraneum eſſet dominium ad manifeſtandam rem iam manifeſtam) ergo ſi intelligens creatum habet dominium ſupra hoc, quod eſt manifeſtare ſuum actum internum liberum poſt primam elicientiam prædicti actus, talis actus erat ante hoc occultus. Tũc ſic; ſed ante hoc erat prædictus actus, dũm erat in prima ſui elicientia: ergo in prima ſui elicientia erat occultus intelligentibus creatis illum non elicientibus: ergo in prima ſui elicientia, non erat talis actus manifeſtus alijs intelligentibus creatis ipſum actum non elicientibus.

Habere dominium ad manifeſtandum aliquam rem, dicit de præſuppoſito talem rem eſſe occultum.

Et efficaciùs.

37 Et efficaciùs: Ideò cadit ſub dominio intelligentis creati, manifeſtare, vel non manifeſtare ſuum actum internum liberum poſt primam elicientiam talis actus; quia illum manifeſtare, vel non manifeſtare, eſt quod Dominus talis actus vtatur prædicto actu pro ſuo placito ſine iniuria alterius (eo, quod dominium ſupra aliquam rem, eſt facultas libera vtendi tali re, prout habens dominium ſupra ipſam rem voluerit abſque alterius iniuria) ſed etiam manifeſtare, vel non manifeſtare actum internum liberum in prima ſui elicientia, eſt quod Dominus talis actus vtatur prædicto ac-

Manifeſtari, vel non manifeſtari à ſuo eliciente actus internus liber, eſt quod Dominus talis actus vtatur eo pro ſuo placito.

actu pro ſuo placito ſine iniuria alterius: ergo ſicut poſt elicientiam actus interni liberi habet intelligens, illum eliciens, poſſe manifeſtare, vel non manifeſtare talem actum alijs intelligentibus creatis illum non elicientibus; ita, & hoc habet, dùm talis actus primò elicitur.

38 Vrgetur ampliùs: Si actus internus liber poſſet naturaliter cognoſci ab Angelo, illum non eliciente, ſine iniuria illum elicientis, eſſet quia Angelus haberet ius cognoſcendi naturaliter actum internum liberum creatum à ſe non elicitum; ſed Angelus non habet hoc ius: ergo actus internus liber elicitus ab aliquo Angelo, eſt ſub elicientis dominio pro quocumque tempore quoad hoc, quod eſt manifeſtari intelligenti creato illum non elicienti. Probatur minor: Si Angelus haberet ius cognoſcendi naturaliter actum internum liberum à ſe non elicitum, non poſſet talis actus illi occultari, etiam ſi voluerit illum occultare intelligens creatum illum eliciens (vt videtur clarum) ſed hoc eſt contra ſolutionis doctrinam, ſupponentem, quod aliquando poteſt intelligens creatum occultare actum internum liberum, elicitum à ſe, alteri intelligenti creato illum non elicienti: ergo Angelus non habet ius cognoſcendi naturaliter actum internum liberum à ſe non elicitum.

Vrgetur ampliùs.

Angelus non habet ius cognoſcendi naturaliter actum internum liberum creatum à ſe non elicitum.

39 Sed dices: Angelum habere ius ad hoc, vt ab alio agente creato non poſsit impediri, vt cognoſcat, ſaltèm pro aliquo tempore obiectum ſibi proportionatum (nè fruſtra ſit in ipſo virtus naturalis ad cognoſcendum tale obiectum; vt eſſet, ſi pro omni caſu impeditur ad ſui cognitionem) & cum actus creatus internus liber à ſe non elicitus, ſit obiectum proportionatum cuicumque Angelo; etiam ſi non conſentiat, eliciens talem actum, in hoc, quod ipſe actus manifeſtetur alteri intelligenti creato (quia quod prædictum eliciens in hac manifeſtatione conſentiat, non dat vllam proportionem iſti actui; vt opinatur Pater Suarez libro 2. de *Angelis*, capite 23. numero 15.) læderetur hoc ius, quod habet Angelus erga talem actum à ſe non elicitum, ſi ex placito illum elicientis poſset impediri pro ſemper ad eius cognitionem.

Sed dices.

P. Suarez.

Contra quod opponitur.

40 Contra quod opponitur: ergo ſi actus creatus internus liber non elicitus ab Angelo, ſit obiectum ei improportionatum, dùm non conſentit illum eliciens, in hoc, vt manifeſtetur Angelo; Angelus nõ habebit ius à ſolutione prætenſum. Tùm ſic; ſed actus creatus internus liber non elicitus ab Angelo, eſt obiectum ei improportionatum, dùm non conſentit illum eliciens in hoc, vt manifeſtetur Angelo: ergo Angelus nullum habet ius, ad hoc, vt aliquando non valeat impediri ad cognitionem actus interni liberi à ſe nõ eliciti ex placito elicientis prædictum actum. Probatur minor: Actus creatus internus liber non elicitus ab Angelo, non eſt obiectum ei proportionatum cum præiudicio libertatis ipſiuſmet actus (vt non negabitur) ſed ſi eſſet obiectum ei proportionatum, dùm non conſentiret illum eliciens in hoc, vt manifeſtaretur Angelo illum non elicienti, eſſet prædictus actus obiectum proportionatum tali Angelo cum præiudicio libertatis ipſiuſmet actus: ergo actus creatus internus liber non elicitus ab Angelo, eſt obiectum ei improportionatum, dùm non conſentit illum eliciens, in hoc, vt manifeſtetur Angelo.

Actus creatus internus liber non elicitus ab Angelo, eſt obiectum ei improportionatũ, dùm non conſentit illum elicitus in hoc, vt manifeſtetur Angelo.

Probatur minor: Si actus creatus internus liber nõ elicitus ab Angelo eſſet obiectum ei proportionatum, dum non conſentiret illum eliciens in hoc, vt manifeſtaretur Angelo, illum non elicienti, eſſet obiectum proportionatum tali Angelo, licèt ipſe actus, non eſſet ex natura ſua liber à cognitione prædicti Angeli (vt eſt indubitatum) ſed hoc eſſet eſſe obiectum proportionatũ tali Angelo cum præiudicio libertatis ipſiuſmet actus (vt conſtat ex dictis numero 24.) ergo ſi actus creatus internus liber non elicitus ab Angelo, eſſet obiectum ei proportionatum, dũ non conſentiret illum eliciens, in hoc, vt manifeſtaretur Angelo illum non elicienti, eſſet prædictus actus obiectum proportionatum tali Angelo, cum præiudicio libertatis ipſiuſmet actus.

Aliter impugnatio ſolutio.

41 Sed quia ſolutio ad ſtabiliendam ſuam doctrinã fundatur in eo, quod iudicat, quod cõſenſus elicientis aliquem actum internum liberum, non valet illum reddere obiectum proportionatum reſpectu Angeli eum non elicientis; connabimur probare huius oppoſitum:

Con-

Digitized by Google

Conſenſus elicientis aliquem actum internum liberum poteſt reddere illud obiectum proportionatum reſpectu Angeli eum non elicientis;ergo benè poteſt tranſire de obiecto improportionato in obiectum proportionatum reſpectu Angeli,actus internus liber ex conſenſu ipſum elicientis.Probatur antecedens:Si conſenſus elicientis actum aliquem internum liberum,non poſſet reddere illud obiectum proportionatum reſpectu Angeli eum non elicientis,eſſet quia talis conſenſus, nō poſſet immutare prædictum actum in eſſe obiecti (vt colligitur ex fundamento adducto à P.Suarez in loco pro ſolutione citato) ſed conſenſus elicientis aliquem actum internum liberum,poteſt immutare prædictum actum in eſſe obiecti:ergo conſenſus elicientis aliquem actum internum liberum,poteſt reddere illud obiectum proportionatũ reſpectu Angeli eum non elicientis.

Conſenſus elicientis aliquẽ actum internũ liberum,poteſt immutari prædictum actum in eſſe obiecti.

P.Suarez.

Probatur minor: Conſenſus elicientis aliquem actum internum liberum , poteſt immutare moraliter prædictum actum in eſſe obiecti:ergo conſenſus elicientis aliquem actum internum liberum , poteſt immutare prædictum actum in eſſe obiecti. Patet conſequentia: quia ad hoc,vt verificetur immutari aliquod obiectum in eſſe obiecti,non requiritur, quod immutetur phyſicè,ſed habetur,vt ſufficiens,quod immutetur moraliter. Et antecedens probatur:Poſſe conſenſum elicientis aliquem actum internum liberum,immutare talem actum in eſſe obiecti ſubijcibilis cognitioni alterius,eſt poſſe illũ immutare moraliter in eſſe obiecti ; ſed conſenſus elicientis aliquem actum internum liberum , poteſt immutare talem actum in eſſe obiecti ſubijcibilis cognitioni alterius(quod quidèm non negat P.Suarez, & ſi procedens ex alijs principijs,quàm nos,quia ſentit,quod poſito tali conſenſu redditur prædictus actus internus liber,potens ſubijci cognitioni alterius , cui cognitioni non poterat ſubijci talis actus ante præfatum conſenſum) ergo conſenſus elicientis aliquem actum internum liberum , poteſt illum immutare moraliter in eſſe obiecti.

Eò,quod,vt verificetur aliquod obiectũ immutari in eſſe obiecti, non requiritur, quod immutetur phyſicè,ſed ſufficit , quod immutetur moraliter.

P.Suarez.

***

§. IIII.

Solvuntur Argumenta.

42 CONtra hanc rationem pro noſtra concluſione propoſitam (licèt pro poſſe noſtro fundatam) adhuc reſtant aliqua argumenta, quorum dificultatem vrgebimus, vt poſtea ex eorum ſolutione vis prædictæ rationis conſolidetur magis, & primum ſubſequenti procedit forma.

Arguitur primo.

Actus internus liber ſemel elicitus ab aliquo ſuppoſito creato, non manet ampliùs ſub poteſtate, & dominio prædicti elicientis: ergo poterit talis actus naturaliter certò cognoſci ab alio ſuppoſito creato illum non eliciente. Patet conſequentia: Cum ideò huius oppoſitum propugnetur in ratione noſtra, quia actus internus liber eſt ſub dominio elicientis, ipſum etiam quoad hoc, quod eſt manifeſtari, vel non manifeſtari alijs. Et antecedens probatur: Poſita elicientia actus interni liberi, finitum fuit iam exercitium facultatis liberę elicientis talem actum ſupra ipſum actũ: ergo actus internus liber ſemel elicitus ab aliquo ſuppoſito creato, non manet ampliùs ſub poteſtate, & dominio prædicti elicientis.

Confirmatur.

43 Confirmatur: Salva libertate, & dominio elicientis aliquem actum externum liberum, poteſt talis actus cognoſci naturaliter ab alio intelligente creato illum non eliciente, etiam ſi prædictũ eliciens non det ſuum conſenſum, vt cognoſcatur talis actus ab alio intelligente creato: ergo, quin lædatur libertas, & dominuim elicientis aliquem actum internum liberum, poterit talis actus cognoſci naturaliter ab alio intelligente creato, etiam ſi in hoc, non conſentiat eliciens prædictum actum. Conſequentia, & conſtat apparitate: quia ſicut actus interni liberi eliciti à ſuppoſito creato, ſunt ſolùm ſub dominio Dei, & ſuppoſiti creati illos elicientis; ita ſunt actus externi liberi

Digitized by Google

44 Et vltra probatur conſequentia à ratione. Ideò etſi agens liberum creatum non det ſuum conſenſum, vt eius actus externi liberi cognoſcantur, ab alio ſuppoſito creato, poſſunt ab iſto naturaliter cognoſci; quia licèt tales actus ſint liberi, repræſentantur per ſpecies intelligibiles, vel congenitas Angelis, vel cauſatas in homine; ſed etiam actus interni liberi repræſentantur per has ſpecies: ergo eo ipſo, quod exiſtant actus interni liberi; non minùs poterunt cognoſci ab Angelis, quàm actus liberi externi poſſunt ab Angelis, & hominibus cognoſci: ergo quin lædatur libertas, & dominium elicientis aliquem actum internum liberum, poterit talis actus cognoſci naturaliter ab alio intelligente creato, etiam ſi in hoc non conſentiat eliciens prædictum actum. Vltra probatur conſequentia immediate obiecta.

45 Vrgetur: Non poteſt lædi dominium elicientis aliquem actum internum liberum per hoc, quod Angelus poſsit cognoſcere talem actum independenter ab illum eliciente, ſi talis actus ſit obiectum proportionatum Angelo independenter ab illum eliciente; ſed actus creatus internus liber, non elicitus ab Angelo, eſt obiectum ſibi proportionatum independenter ab eliciente talem actum: ergo quin Angelus expectet conſenſum elicientis talem actum, poteſt illum cognoſcere. Probatur minor: Quodlibet obiectum creatum naturale hoc ipſo, quod ſit naturale, eſt obiectum proportionatum Angelo independenter ab omni alio creato; ſed actus creatus internus liber, non elicitus ab Angelo, eſt obiectum creatum naturale (vt habetur ex numero 6.) ergo actus creatus internus liber non elicitus ab Angelo eſt obiectum ſibi proportionatum independenter ab eliciente talem actum. Conſequentia conſtat ſuppoſitis præmiſsis, cum eliciens actum talem ſit quid creatum. Vrgetur.

45 Et maior probatur primò: Quodlibet obiectum creatum naturale, hoc ipſo, quod naturale eſt, poteſt cognoſci naturaliter ab Angelo independenter ab omni alio creato; ſed illud obiectum, quod naturaliter poteſt cognoſci ab Angelo independenter ab omni alio creato, eſt obiectum Angelo proportionatum independenter- Probrtur vltima maior primò.

 de-

Digitized by Google

dependenter ab omni alio creato: ergo quodlibet obiectum creatum naturale, hoc ipſo, quod naturale eſt, eſt obiectum proportionatum Angelo independenter ab omni alio creato.

Secundò.

47 Secundò probatur maior: Si obiectum creatum naturale, hoc ipſo, quod naturale eſt, non eſſet obiectum proportionatum Angelo independenter ab omni alio creato, eſſet quia tale obiectum, non eſſet actu exiſtens; ſed hic loquimur de obiecto creato naturali actu exiſtente; Tùm quia ſic conſtat ex notabilibus; & tùm quia loquimur de obiecto actu creato, ſeu in hoc vniverſo poſito: ergo quodlibet obiectum creatum naturale (prout hic accipitur) hoc ipſo, quod ſit naturale, eſt obiectum proportionatum Angelo independenter ab omni alio creato. *Sola* maior eget explicatione, & explicatur in futuris liberis, quæ, licèt ſint entia naturalia, quia tamèn pro ſtatu futuritionis actu non ſunt, non ſunt obiectum proportionatum Angelo, niſi dependenter ab exiſtentia creata extrahente dicta futura de eſſe futurorum ad eſſe actu exiſtentium, vt habetur ſatis ex præcedenti dubio.

Vltra roboratur.

48 Vltra roboratur: Quod actus creatus internus liber, non elicitus ab Angelo, ſit obiectum ipſi proportionatum independenter ab eliciente talem actum. Si actus internus liber eliciatur ab Angelo inferiori, nequit talis actus non eſſe obiectum proportionatum intellectui Angeli ſuperioris; & tamèn actus elicitus ab Angelo inferiori, non elicitur ab Angelo ſuperiori (vt eſt notiſſimum) ergo actus creatus internus liber non elicitus ab Angelo, eſt obiectum ipſi proportionatum independenter ab eliciente talem actum. Probatur maior: Si actus internus liber eliciatur ab Angelo inferiori, nequit talis actus non eſſe obiectũ proportionatum intellectui Angeli inferioris; ſed actus internus liber, qui eſt obiectum proportionatũ intellectui Angeli inferioris, etiã eſt obiectum proportionatum intellectui Angeli ſuperioris: ergo ſi actus inrernus liber eliciatur ab Angelo inferiori, nequit talis actus nõ eſſe obiectum proportionatum intellectui Angeli ſuperioris.

Pro-

Probatur minor: Obiectum non excedens intellectum Angeli inferioris, nequit excedere intellectum Angeli ſuperioris; ſed actus internus liber, qui eſt obiectum proportionatum intellectui Angeli inferioris, eſt obiectum ei proportionatum, in quantùm eſt obiectum non excedens intellectum Angeli inferioris (eò, quod omnis improportio inter obiectum, & intellectū provenit, vel ex excellentia obiecti, vel ex defectu luminis in intellectu. Vnde illud obiectum, quod nec habet excellentiam reſpectu intellectus Angeli inferioris, & ad cuius attingentiam, non deficit lumen in intellectu inferioris, non poteſt eſſe improportionatum intellectui Angeli ſuperioris, qui nequit excedi ab obiecto non excedente intellectum Angeli inferioris, & habet lumen maius, quàm intellectus inferioris) ergo actus internus liber, qui eſt obiectum proportionatum intellectui Angeli inferioris, etiam eſt obiectum proportionatum intellectui Angeli ſuperioris. *Probatur minor.*

49 Et efficaciùs: Maiorem excellentiam habet voluntas Angeli inferioris, quàm eius actus internus liber: ſed voluntas Angeli inferioris eſt obiectum proportionatum intellectui Angeli ſuperioris independenter à conſenſu Angeli inferioris (vt nos non negabimus) ergo, & actus internus liber elicitus à voluntate Angeli inferioris, erit obiectum proportionatum intellectui Angeli ſuperioris independenter à conſenſu Angeli inferioris. *Efficaciùs.*

50 Quod argumentum non difficiliter ſolvitur & erit reſpondendo ad primum, negando antecedens, ad cuius probationem etiam eſt negandum antecedens: quia agens liberum creatum exercet ſuum dominium, & poteſtatem liberam ſupra ſuum actum internum liberum; non ſolùm quando illum elicit, ſed, & quando illum continuat (ſeu conſervat) & etiam quando illum manifeſtat alicui creaturæ. Vnde triplex exercitium prædicti dominij eſt in ipſo conſiderandum: primum habet, quando elicit, vel non elicit talem actum. Secundum, quando illum continuat, vel non continuat. Tertium deniquè: quando illum occultat, vel non occultat, ſed alteri intelligenti crea- *Reſpondetur primo argumēto.* *Dominium elicientis actum internum liberum habet triplex exercitium.*

Primum, quoad *elicere*, vel *non elicere* talē actum.

Secundum, quoad *continuare*, vel *non continuare* illum.

Tertium, quoad *occultare*, vel *non occultare* prędictum actum.

creato manifeſtat. Ex quibus exercitijs; ſecundum, & tertium non admittuntur ab arguente, cum tantùm concedat agenti creato libero dominium ſupra hoc, quod eſt elicere, vel non elicere ſuum actum internum liberum. Cæterùm non eſſe neganda omnia hæc exercitia agenti creato libero ſupra ſuum actum internum liberum, durantem (vt plures durant) pluſquam per vnum inſtans eſt frequens Theologorum opinio.

Cum adhuc illi, qui tenent, quod actus creatus internus liber, non eſt verè occultus intelligenti non elicienti illum, fatentur, quod pro aliquo nunc poteſt prædictus actus pro placito eum elicientis occultari intelligenti non elicienti illum. Quapropter concedunt præfato elicienti, & exercitium dominij ſupra elicere, vel non elicere talem actum, & exercitium dominij ſupra continuare, vel non continuare illum: & tandèm exercitium dominij ſupra manifeſtare, vel non manifeſtare prædictum actum. Ex quo fit clarum non finiri (vt arguens intendebat) exercitium facultatis liberæ elicientis talem actum ſupra ipſum actum, eo ipſo, quod talis actus elicitur; cum poſt exercitium dominij in eliciendo prædictum actum, reſtent, & exercitium dominij in continuando hunc actum, & exercitium dominij in manifeſtando illum.

Vnde non finitur exercitium facultatis liberę elicientis aliquem actum internum liberū, eo ipſo, quod talis actus elicitur.

Reſpondetur ad confirmationem.

51 Ad confirmationem reſpondetur concesso antecedenti, & negando conſequentiā: quin obſtēt probationes pro ipſa propoſitæ; quia non obſtat illa, quæ à paritate deſumitur ex hoc, quod actus liberi externi ex ſe ſunt manifeſti cuilibet intelligenti, cuius ſignum eſt, quod natura (ſemper abhorrens ſuperfluum) non providet de medijs ad manifeſtandum actus liberos externos, quod quidèm ita non eveniret, ſi prædicti actus non eſſent ex ſe manifeſti: at ipſa natura diſpoſuit de medijs; quibus manifeſtari poſſint actus interni liberi, cum ipſi actus externi liberi ſint media, quibus agens liberum manifeſtat ſuos actus internos liberos (vt nullus dubitat) ex quibus iam percipitur diſparitas inter actus externos liberos, & actus internos liberos, ratione cuius agens liberum creatum exerceat ſuum do-

Natura nō providet de medijs ad manifeſtandum actus externos liberos.

dominium ſupra actum internum liberum manifeſtando, vel non manifeſtando illum, & ſimile dominium non exerceat ſupra actum externum liberum; quia videlicèt, non poteſt agens creatum liberum habere dominiũ manifeſtandi illud, quod ex ſe eſt manifeſtum (vt ſunt actus externi liberi) licèt benè poſsit habere dominium manifeſtandi illud; quod ex ſe non eſt manifeſtum, vt non ſunt manifeſti actus interni liberi, quod colligitur ex hoc, quod quotidie illos manifeſtamus per actus externos liberos.

52 Si inquiras: Cur ſicut actus interni liberi manifeſtantur per actus externos liberos, non datur aliquid, per quod manifeſtentur actus externi liberi? Eſt in promptu ſolutio deprompta ex ipſo, quod ſupponit interrogatio, ſcilicèt, quod actus externi liberi manifeſtant actus internos liberos; quia, hoc ſuppoſito, habetur, & quod actus interni liberi ſint actus occulti (quia non occultum non eget manifeſtari, vt dicebamus ſupra) & quod actus externi liberi ſint per ſe manifeſti (nè ponamus manifeſtari actus internos liberos per aliquid egẽs manifeſtari, vt eſt, quod non eſt per ſe manifeſtum) & cum illud, quod eſt per ſe manifeſtum, nõ indigeat alio, per quod manifeſtetur, aliàs daretur proceſſus in infinitum, hinc eſt, quod actus externi, titulo per ſe manifeſtorum, non habent aliquid, per quod manifeſtentur, ſicut habent actus interni liberi. Si inquiras. Satisfiet. Actus externi liberi ſunt per ſe manifeſti.

53 Dices tamèn: Poſſe actus externos liberos eſſe manifeſtativos actuum internorum liberorum, quin illi ſint per ſe manifeſti; eò, quod, vt ſint manifeſtativi actuum internorum liberorum, ſufficit, quod ſint manifeſti alteri homini, cui homo velit manifeſtare ſuos actus internos liberos; non verò requiritur, quod ſint manifeſti omnibus hominibus adſtantibus (vt eſſent, ſi eſſent per ſe manifeſti) ita vt etiàm ſint manifeſti illis hominibus, quibus nollet manifeſtare prædictos actus; vt patet in loquutione Angelorum, quæ ſolùm eſt manifeſta Angelo, cui dirigitur, non tamèn omnibus alijs Angelis, quamvis ſint præſentes Angelo loquenti, vt colligitur ex D.Thom. 1.p.q. 107.art.5. Dices. S.Thomas.

54 Ad quod reſpondebimus, quod quando di- Ad quod reſpõdetur.

dicimus,quod actus externus(puta hominis) eſt per ſe manifeſtus,tantùm intendimus,quod ſit actus, qui ex ſe petat manifeſtari omnibus adſtantibus , at non præciſsè ex ratione medij manifeſtativi actuum internorum;ſed ex propria ratione talis medii,ſcilicèt,quia actus externus hominis eſt medium ſenſibile,cui competit , vt neceſſario cognoſcatur ab omnibus adſtantibus , niſi adſit aliquod impedimentum obſtans prædictæ manifeſtationi,quod quidèm eſt non manifeſtari per accidens.

Actus externus hominis eſt cognoſcibilis ab omnibus,ſi non adſit impedimentum: & ſic dicitur per ſe manifeſtus.

Ad illud verò de loquutione Angelica , dicatur, quod loquutio in Angelis eſt medium externum , non ſenſibile(vt eſt actus externus hominis) ſed merè intellectuale & appellatur medium externum ad diſtinctionem conceptus Angelici intra ipſum Angelum elicientem occulti:vnde præfata locutio tantùm eſt manifeſta illis Angelis,quibus dirigitur;non verò alijs Angelis,etiã ſi adſtent Angelo loquenti, vt facilius percipietur ex immediatè dicendis.

Locutio Angelica eſt medium externum , ad manifeſtandum actum liberum internum ; ſed non mediũ ſenſibile.

55 Ad probationem conſequentiæ poſitam in numero 44.eſt reſpondendum , negando minorem. Vt tamèn diſparitas,in probatione prætenſa , omninò diſcernatur:debet notari differentia , quæ eſt inter actus liberos externos ab homine factos(de quibus agitur in argumento) & inter actus internos liberos : quæ quidèm differentia ſiſtit in hoc,quod actus externi liberi non obijciuntur ſenſibus,quin ſint præſentes,& proportionati;eò , quod ſenſus nunquam actuatur ſpecie obiecti,niſi tale obiectum ſit præſens , & proportionatum;quia recipit ſpecies ab obiecto , & obiectum non mittit ſpeciem,niſi ſit præſens proportionatum,& ſubiectum ſenſationi;& licèt Angelus cognoſcat actus externos liberos ab homine factos , quin illos cognoſcat media ſpecie ſenſibili;at prædicti actus(quia per ſe manifeſti)ſunt obiectum proportionatum ſpeciei inditæ Angelis.Cũ verò actus interni liberi ex ſe nõ obijciantur sẽſibus,nõ habẽt hoc ſignũ,ex quo dignoſcatur ipſos eſſe obiectum proportionatũ intellectus;& conſequẽter, quod defacto repræſententur per ſpecies intelligibiles in probatione obiectas. Cum quo tamèn componitur, quod poſſint repræſentari in actu primo per ſpecies congenitas

Reſpõdetur ad probationẽ cõſequentiæ poſitam in numero 44.

Declaratur diſparitas reperta inter actus externos liberos ab homine factos,& inter actus internos liberos.

tas Angelis; quamvis Angeli differant cognoſcere illos vſque ad tempus, in quo ſint obiecta proportionata media manifeſtatione ſubiecti elicientis prædictos actus.

Reſpondetur ad vrgentiam.

56 Ad vrgentiam reſpondetur negando minorem, & ad eius primam probationem diſtinguatur maior, quodlibet obiectum creatum naturale, hoc ipſo, quod ſit naturale eſt obiectum proportionatum Angelo independenter ab omni alio creato: Hoc ipſo *quod ſit naturale*: id eſt hoc ipſo, quod *ſit ens neceſſarium, vel liberum manifeſtatum*: concedatur maior: hoc ipſo *quod ſit naturale, prout naturale contraponitur ſupernaturali*: negetur maior; & conceſſa minori (iuxta ſenſum in diſtinctione traditum) negetur conſequentia. Quando enim dicitur, quod ens naturale, in quantùm tale, eſt obiectum proportionatum intellectui Angelico, hoc non intelligitur loquendo de ente naturali in ea latitudine ſecundùm quàm appellatur ens naturale, quodcumque ens non ſupernaturale (aliàs conſenſus liber naturalis Petri cras exiturus eſſet nunc obiectum proportionatum intellectui Angeli, quod quidem non concedit arguens) ſed tantùm accipitur pro ente naturali, illud ens natuaale, quod actu exiſtit in rerum natura, & eſt cognoſcibile naturaliter abſque præiuditio libertatis creatæ. Eò quod non eſt ſtatuendum prædictum obiectum proportionatum in ruinam libertatis creatæ; & cum actus creatus internus liber, dùm non manifeſtatur à ſuo eliciente (etiam ſi ſit ens naturale, prout naturale ſupernaturali opponitur, & ſit actu exiſtens) non ſit cognoſcibile naturaliter ab intelligente creato non eliciente illum, quin patiatur libertas ſubiecti elicientis prædictum actum; ideo talis actus non eſt numerandus inter obiecta proportionata intellectui Angelico.

Quando dicitur, quod ens naturale eſt obiectum proportionatum intellectus Angelici non accipitur ens pro quocumque ente non ſupernaturali.

57 Et ex hac doctrina colligitur non eſſe ſolam rationem improportionis alicuius obiecti, cum intellectu Angelico, quod ipſum obiectum non ſit actu exiſtẽs (vt iudicatur in 2. probatione maioris propoſita in numero 47.) quia licèt hæc ſit ratio ſufficiens, vt cõſtat ex præcedenti dubio (vbi ob illam excluſimus futura libera ab eſſe obiecti proportionati intellectui Angelico) at præter eam eſt alia deſumpta ex dominio

Non eſt ſola ratio improportionis alicuius obiecti cum intellectu Angelico, quod ipſum obiectum non ſit actu exiſtens. Licet hæc ſit ratio ſufficiens.

Digitized by Google

minio agentis liberi elicientis aliquem actum internum liberum, quod titulo præfati dominij impedit, vt prædictus actus internus liber ſit obiectum proportionatum alij intellectui creato, dum prædictum eliciens non manifeſtat illum actum.

Reſpōdetur ad roborationem argumenti.

58 Ad roborationem obiectam in numero 48. reſpondeatur negando maiorem, ad cuius probationem negetur minor, & ad eius probationem, diſtinguatur maior: Obiectum non excedens intellectum Angeli inferioris, nequit excedere intellectum ſuperioris: *Nequit excedere propter perfectionem, quam habet in eſſe obiecti*, conceditur maior: *Nequit excedere propter defectum alicuius conditionis requiſitæ ad hoc, vt obijciatur intellectui Angeli ſuperioris*: negatur maior, & diſtinguatur minor: Sed actus creatus internus liber, qui eſt obiectum proportionatum intellectui Angeli inferioris, eſt ei proportionatum, *in quantum eſt obiectum non excedens intellectum Angeli inferioris, in quantum eſt obiectum non excedens præciſè propter perfectionem, quam habet in eſſe obiecti*, negatur minor: *Ob hunc non exceſſum, & ſimul, quia ei non deficit vlla conditio requiſita, vt obijciatur intellectui Angeli inferioris*: concedatur minor, & negetur conſequentia.

Vt obiectū aliquod ſit proportionatum, non ſufficit, quod non excedat in perfectione illum intellectum, cui proportionatur; ſed vltra requiritur, vt adſint ex parte obiecti omnes cōditiones requiſitæ ad hoc, vt obijciatur præfato intellectui.

Ad hoc enim, vt aliquod obiectum ſit proportionatum, non ſufficit, quod non excedat in perfectione illum intellectum, cui proportionatur; ſed vltra requiritur, vt adſint ex parte talis obiecti omnes conditiones requiſitæ ad hoc, vt obijciatur præfato intellectui: inter quas conditiones numeratur, quod non præiudicet libertatem creatam, per hoc, quod obijciatur tali intellectui; vt iam ſatis fundavimus. Vnde, etſi fateamur, quod obiectum non excedens ob ſuam perfectionem intellectum Angeli inferioris, non excedit ratione talis perfectionis intellectum Angeli ſuperioris; At ſimul cum hoc iudicamus poſſe contingere, & de facto evenire, quod obiectum aliquod non excedens, ſeu non ſubterfugiens cognitionem Angeli inferioris, excedat, aut ſubterfugiat cognitionem Angeli ſuperioris; ſi nimirum tale obiectum habeat omnes conditiones requiſitas ad hoc, vt obijciatur intellectui Angeli

geli inferioris,& eas non habeat,vt obijciatur intellectui Angeli ſuperioris,vt videri eſt in actu interno libero elicito ab Angelo inferiori,qui quidèm actus non ſubterfugit cognitionem Angeli inferioris,quia reſpectu illius habet poſſe obijci,quin ex hoc vllam lædat libertatem;quod tamèn non habet ſecluſa manifeſtatione elicientis ipſum,ad hoc,vt obijciatur cognitioni Angeli ſuperioris.

59 Ad vltimum reſpondetur, vel negata maiori:eò,quod eſt magis plauſibile apud Thomiſtas, quod actus ſupperat in perfectione potentiam; quod quidèm fundatur à Bergomenſi in ſua tabula dubio 53. pluribus Divi Thomæ teſtimonijs, & idem fit à quàm multis alijs Thomiſtis;& conſequenter etiam actus voluntatis excedit in perfectione voluntatem. Vnde quamvis concedamus arguenti, quod voluntas Angeli inferioris eſt nota intellectui ſuperioris, adhuc remanet difficultas circa actus voluntatis.

Reſpōdetur ad vltimum.

Magis plauſibile eſt inter Thomiſtas,quod *actus ſuperat in perfectione potentiam.*

Bergomenſis.

60 Vel etiam ad illud reſpondemus admiſſa maiori,& conceſſa minori, negando conſequentiam:quia,vt conſtat ex dictis in numero 58. ad hoc,vt aliquod obiectum ſit proportionatum alicui intellectui,non ſufficit,quod non habeat ſupperantem excellentiam obiectivam, ſeù perfectionem, ita excedentem dictum intellectum,vt ab illo nequeat attingi, ſed vltra deſideratur, quod habeat conditiones requiſitas ex parte obiecti, vt obijciatur tali intellectui: vnde, cum ex vna parte voluntas vnius Angeli, & ſi excellentior actu interno libero ab illo elicito, nec ſit obiectum,ita excedens in perfectione intellectum alterius Angeli, vt ab ipſo non valeat attingi, nec ei deficiant conditiones requiſitæ, vt poſsit obijci intellectui prædicti Angeli; & ex alia parte actus internus liber manifeſtatus ab eum eliciente(quamvis non excedat,ita in perfectione intellectum creaturæ non elicientis illum,vt ratione talis perfectionis nequeat attingi à prædicto intellectu) careat vna ex conditionibus requiſitis ad hoc, vt obijciatur alteri intellectui creato non elicienti illum,ſcilicèt,poſſe obijci ipſi intellectui abſque præiudicio libertatis ſuppoſiti eum elicientis; ideò ſtat benè, quod

Cæterùm,& ſi voluntas vnius Angeli ſit excellentior actu interno libero ab illo elicito, poteſt obijci intellectui alterius Angeli.

Et ideò ſtat benè, quod etſi voluntas Angeli inferioris ſit excellētior ſuo actu interno libero,poſsit eſſe obiectum proporportionatum

portionatum intellectui Angeli ſuperioris quin poſsit eſſe obiectum proportionatū tali intellectui actus internus liber Angeli inferioris.

quod voluntas Angeli inferioris, & ſi excellentior ſuo actu interno libero poſsit eſſe obiectum proportionatum intellectui Angeli ſuperioris, quin poſsit eſſe obiectū proportionatum tali intellectui actus internus liber Angeli inferioris.

Si dicas.

61 Si dicas: cur actui creato interno libero convenit non poſſe obijci alteri intellectui creato illum non elicienti ob defectum conditionis aſsignatæ videlicet, quia ei deficit, quod ſi tali intellectui poſſet obijci, non læderetur libertas creata, & hæc conditio non deficit voluntati elicienti, aut imperanti talem actum?

Reſpondebimus. Reddendo rationem doctrinæ ſupra datæ.

Reſpondebimus, quod quia actus internus liber eſt ſub dominio elicientis illum, nedùm *quoad eſſe*; verum, *& quoad manifeſtari* (vt iam toties diximus) cæterum voluntas eliciens talem actum, non eſt ſub vllo dominio ſubiecti, cuius eſt voluntas; cum nullus habeat dominium ſupra id, quod ei neceſſariò competit, vt cuivis habenti voluntatem convenit ſua voluntas. Vnde voluntas nec eſt ſub dominio ſuppoſiti, cuius eſt voluntas quoad primum ſui eſſe; nec quoad continuari; neque denique quoad manifeſtari, vel non manifeſtari; ſed eſt ex illis rebus per ſe Angelo manifeſtis.

Vrgebis.

62 Vrgebis: quod voluntas vnius Angeli, vt aliquando interiùs operatura liberè, ſeu vt eliciēs aliquem actum internum liberum poteſt cognoſci naturaliter ab altero Angelo, quin per hoc lædatur libertas creata: ergo, & etiam idem dicetur de hoc, vel de illo actu interno libero in particulari; & conſequenter quod habet talis actus omnes conditiones requiſitas, vt ſit obiectum proportionatum intellectui non elicienti talem actum.

Ad quod reſpōdetur. Licèt quilibet Angelus poſsit naturaliter cognoſcere: voluntatem creatam eſſe potentem, im-

63 Ad quod eſt reſpondendum: conceſſo antecedenti, negando conſequentiam; & etiam quod ex illa infertur. Quia licet ſit certum, quod quilibet Angelus poteſt naturaliter cognoſcere voluntatem creatam eſſe liberam in actu primo, aut potentem ad eliciendum aliquem actum internum liberum, vt ſic; imò, & quod ta-

talis voluntas pro aliquo nunc (quin tale nunc determinetur) defacto eliciat aliquem actum internum liberum,& hoc de qualibet voluntate creata poſsit naturaliter cognoſcere , eò quod cum cuivis voluntati creatæ debeatur , & quod poſsit operari interius liberè & quod aliquando ita operetur liberè ; Angelus, qui poteſt cognoſcere naturaliter quamlibet voluntatem creatam,poteſt etiam naturaliter cognoſcere illud,quod tali voluntati debetur:verùm cum non debeatur voluntati creatæ,quod in hoc nunc determinato,vel in illo nunc determinato eliciat determinatè hũc vel illum actum internum liberum ; ideo non eſt argumentum de vno,ad alterum.

mò, & de facto eliciturum pro aliquo nunc aliquem actum internum liberũ, non poteſt cognoſcere naturaliter,hunc , vel illum actum internum liberum determinatè , & in hoc,vel in illo nũc determinatè eſſe à volũtate eliciendum. Arguitur Secundo.

64 Secundò arguitur : omnis Angelus comprehenſivè cognoſcit intellectum , & voluntatem hominis ; & Angelus ſuperior etiam comprehenſivè cognoſcit voluntatem,& intellectum Angeli inferioris; ſed comprehenſivè cognoſcens intellectum , & voluntatem ſubiecti A , cognoſcit naturaliter ſecreta cordis talis ſubiecti.ergo omnis Angelus naturaliter cognoſcit ſecreta cordis humani,& Angelus ſuperior ſecreta cordis Angeli inferioris.Probatur minor: Comprehenſivè cognoſcens intellectum, & voluntatem ſubiecti A,cognoſcit naturaliter in tali ſubiecto , quidquid in tali ſubiecto eſt cognoſcibile;ſed ſecreta cordis talis ſubiecti ſunt in ipſo cognoſcibilia : ergo comprehenſivè cognoſcens intellectum , & voluntatem ſubiecti A , cognoſcit naturaliter ſecreta cordis talis ſubiecti. Probatur minor : Secreta cordis ſunt accidentia talis ſubiecti ; ſed accidentia ſubiecti comprehenſi , ſunt in tali ſubiecto cognoſcibilia (eò , quod cum ſubiectum comprehenditur debet cognoſci quale ſit per ſua accidentia ; quod nequit cognoſci , ſi ipſa accidentia non cognoſcantur) ergo ſecreta cordis talis ſubiecti ſunt in ipſo cognoſcibilia.

Vrgetur.

65 Vrgetur : quando Vnus Angelus comprehendit intellectum , & voluntatem alterius Angeli , cognoſcit naturaliter actus neceſſarios intellectus.& voluntatis talis Angeli: ergo etiam cognoſcet actus liberos intellectus,& voluntatis talis Angeli. Prob.

con-

Digitized by Google

conſequentia: Ideò primū contingit, quia dùm cōprehē ditur aliquod obiectū, cognoſciturſecūdū ſuam qualitatē, & Intellectus, & voluntas Angeli comprehenſi qualificantur per ſuos actus neceſſarios; ſed etiam qualificantur per ſuos actus liberos: ergo, quando vnus Angelus comprehendit intellectum, & voluntatem alterius Angeli, cognoſcit actus liberos intellectus, & voluntatis talis Angeli.

Confirmatur primò.

66 Confirmatur primò: Si aliquod intelligens creatum comprehenderet Deum, cognoſceret ſecreta ipſius Dei: ergo poſito, quod datur intelligens creatum comprehendens aliquem Angelum, vel hominem, debet de illo affirmari, quod cognoſcit ſecreta cordis talis Angeli, vel talis hominis.

Secundò.

67 Secundò: Subiectum creatum comprehendens voluntatem alicuius Angeli, cognoſcit omnes qualitates naturales in ipſa voluntate receptas; ſed cognoſcens omnes qualitates naturales receptas in voluntate alicuius Angeli, cognoſcit actus liberos talis Angeli: ergo ſubiectum creatum cōprehēdens voluntatem alicuius Angeli, cognoſcit actus liberos voluntatis prædicti Angeli. Probatur minor: Cognoſcens omnes qualitates naturales receptas in voluntate alicuius Angeli, cognoſcit phyſicam prædeterminationem receptam in voluntate talis Angeli, ad hunc actum liberum determinatè, vel ad illum actum liberum determinatè (eò, quod phyſica prædeterminatio ad actum liberum, eſt qualitas naturalis recepta in voluntate creata ſubiecti elicientis talem actum) ſed cognoſcens phyſicam prædeterminationem receptam in voluntate Angeli ad hunc actum liberū determinatè, vel ad illum actum liberum determinatè, cognoſcit naturaliter talem actum liberum determinatè (cum phyſica prædeterminatio ad hunc actum liberum determinatè, infallibiliter cōnectatur cum tali actu) ergo cognoſcens omnes qualitates naturales receptas in voluntate alicuius Angeli, cognoſcit actus liberos talis Angeli.

Tertiò.

68 Tertiò: Angelus A, comprehendens Angelum B, cognoſcit omnes res naturales exiſtentes in tali Angelo; ſed actus liberi interni exiſtentes in Angelo

gelo B,ſunt res naturales;ergo Angelus A, ſi comprehendit Angelum B,cognoſcit actus liberos internos exiſtentes in tali Angelo: Probatur minor: Actus interni liberi exiſtentes in Angelo B,ſunt eiuſdem rationis cum actibus neceſſarijs(exiſtentibus in eodem Angelo) quoad ſubſtantiam ipſorum actuum;ſed actus neceſſarij exiſtētes in Angelo B,ſunt res naturales:ergo actus interni liberi exiſtentes in Angelo B,ſunt res naturales. Probatur maior:Actus liberi interni exiſtentes in Angelo B, ſolùm diverſificantur in modo ab actibus neceſſarijs exiſtentibus in eodem Angelo:ergo actus interni liberi exiſtentes in Angelo B,ſunt eiuſdem rationis cum actibus neceſſarijs exiſtentibus in eodem Angelo,quoad ſubſtantiam ipſorum actuum.

Probatur antecedens: Actus liberi interni exiſtentes in Angelo B. Vel ſunt actus intellectus, vel ſunt actus voluntatis;ſed ſiue ſint actus intellectus, ſiue voluntatis, ſolùm diuerſificantur in modo ab actibus neceſſarijs exiſtentibus in eodem Angelo: ergo actus liberi interni exiſtentes in Angelo B, ſolùm diverſificantur in modo ab actibus neceſſarijs exiſtentibus in eodem Angelo. Probatur minor;In primis actus liberi intellectus, ſunt liberi in quantùm intellectus participat modum libertatis ex imperio voluntatis,alias actus liberi voluntatis poſſunt tranſire de liberis in neceſſarios; ſicut,& actus neceſſarij voluntatis poſſunt tranſire in liberos,quod non contingeret,ſi libertas in actibus voluntatis eſſet,pluſquàm modus ipſorum actuum; ſed actus liberi,ſiue intellectus,ſiue voluntatis,ſolùm diuerſificantur ab actibus neceſſarijs in quantùm ſunt liberi:ergo actus liberi ſiue intellectus,ſiue voluntatis exiſtentes in Angelo B,ſolùm diuerſificantur in modo ab actibus neceſſarijs exiſtentibus in eodem Angelo.

Probatur antecedens.

69 Ad quod argumentum eſt ſatisfaciendum dicendo:Stare benè,quod Angelus comprehendat intellectū, & voluntatem hominis;& Angelus ſuperior intellectū, & voluntatem Angeli inferioris,quin ex hoc cognoſcantur actus interni liberi talium intellectuum,& voluntatū. Quia comprehendens intellectum,& voluntatē,vt ſunt potentiæ naturales,tantùm debet cognoſcere actus neceſſa-

Reſpōdetur ſecundo argumēto.

Statbene,quod ab vno Angelo comprehendan-

ceſſarios prædictarum potentiarum,& Angelus non aliter comprehendit intellectum , & voluntatem hominis (& idem eſt dicendum de Angelo ſuperiori comprehẽdente intellectum,& voluntatem Angeli inferioris) niſi ſic,ſcilicèt,vt ſunt potentiæ naturales ipſiuſmet hominis;non verò,vt ſunt potentiæ liberæ. Quapropter,quando in Sacra Scriptura, *cor hominis dicitur inſcrutabile* (eò, quod tantùm à Deo eſt comprehenſibile)eſt ſenſus , loquendo,de voluntate hominis,vt eſt potentia libera(iuxta quam acceptionem appellatur cor hominis,vt colligitur ex num.1.)non tamèn,vt eſt potentia naturalis.

[Margin: dantur intellectus, & voluntas alterius, & quod actus Interni liberi talium potentiarum non comprehendantur.]

[Margin: Dices.]

70 Sed dices,videri difficile,quod comprehendatur ab Angelo voluntas hominis,vt eſt potentia naturalis, & quod non comprehendatur,vt eſt potentia libera;eò,quod in voluntate humana, & etiam in Angelica identificantur formalitates voluntatis,ſcilicèt.vt liberę, & voluntatis,vt naturæ;quæ quidèm formalitates ſunt ipſiſsimæ formalitates voluntatis,videlicèt, vt *potentiæ naturalis*, & voluntatis,vt *potentiæ liberæ*.

[Margin: Sed ſatisfit.]

71 Dicemus tamèn:non ſufficere hanc prædictarũ formalitatum identitatem,ad hoc,vt Angelus comprehendens voluntatem humanam ſecundùm formalitatem potẽtiæ naturalis,eam etiam comprehendat ſub formalitate potentiæ liberæ;ſicut non ſufficit identitas aliarum formalitatum eiuſdem voluntatis, vt Angelus comprehendens illam ſecundùm vnam formalitatem , comprehendat etiam ſecundùm aliam,vt contingit in formalitatibus potentiæ naturalis , & potentiæ obedientialis, quæ etſi identificentur in voluntate hominis(ſicut, & in voluntate Angeli)comprehenditur prima quando comprehenditur ab Angelo voluntas hominis,quin comprehendatur ſecũda.Quorum vna,& eadẽ eſt ratio,ſcilicèt, quod comprehendens aliquod obiectum ſecundùm ſua naturalia(vt Angelus comprehendit voluntatem hominis) tantũ naturaliter cognoſcit in tali obiecto, quod in eo eſt cognoſcibile naturaliter , & cum nec formalitas potentiæ obedientialis,nec formalitas potentiæ liberæ, ſint formalitates voluntatis, naturaliter cognoſcibiles (prima,quia habet terminum ſupernaturalem,ac proinde,quia cum ſit terminatiuè ſupernaturalis excedit po-

[Margin: Non ſufficit identitas formalitatũ in voluntate creata, vt Angelus cõprehendens illam ſecundùm vnam formalitatem, comprehendat ſecundùm aliam: Cuius aſsignatur ratio.]

Digitized by Google

tentiam intellectivam naturalem Angeli: ſecunda, quia ſi naturaliter cognoſceretur, vt in actu ſecundo determinatè exercita, præiudicaretur libertas ſuppoſiti, cuius ipſa eſſet voluntas libera, vt conſtat ex ſupra dictis) ideò non ſufficit prædictas formalitates eſſe identificatas ad hoc, vt comprehendens vnam comprehenſione purè naturali, comprehendat etiam, & aliam.

72 At dices: Non cohærere hæc cum dictis ad vltimum primi argumenti, vbi fuit conceſſum, quod Angelus naturaliter cognoſcit eſſe in homine voluntatem liberam in actu primo, & etiam, quod hæc voluntas aliquando in actu ſecundo operetur liberè. Sed dices.

Ad quod eſt reſpondendum, quod, vt comprehendatur voluntas, vt potentia libera, debet comprehendi nedùm, vt eſt libera in actu primo; & vt eſt libera in actu ſecundo vagè, & indeterminatè; verùm etiam, vt eſt libera in actu ſecundo determinatè, ſeu, vt ſe exercens in actu ſecundo per hunc, vel illum actum liberum determinatè (cum omnia hæc ſpectent ad conceptũ potentiæ liberæ, quæ nõ comprehenditur, dùm non cognoſcitur ſecundum omnia ſua) vnde licèt Angelus naturaliter cognoſcat potentiam liberam hominis in actu primo liberam, & etiam in actu ſecundo vagè, at nullo modo illam comprehendit, & ſic non opponuntur dicta in numero 71. dictis à numero 63.

Ad quod eſt reſpondendum

Vt comprehẽdatur voluntas, vt potentia libera, debet cõprehendi, vt ſe exercens in actu ſecundo per hunc, vel illum actum liberum determinatè.

73 Ex quibus iam facilè reſpondetur ad argumentum, diſtinguendo maiorem. Omnis Angelus comprehenſiuè cognoſcit intellectum, & voluntatem hominis, & Angelus ſuperior comprehenſiuè cognoſcit voluntatem, & intellectum Angeli inferioris: Voluntatem conſideratam *ſub conceptu naturæ, ſeu, vt eſt potentia naturalis*, conceditur maior: Conſideratam *ſub conceptu liberæ, ſeu, vt eſt potentia libera tàm in actu primo, quàm in actu ſecundo*: negatur maior, & diſtinguatur minor Sed comprehenſiuè cognoſcens intellectum, & voluntatem ſubiecti A, cognoſcit naturaliter ſecreta cordis talis ſubiecti: Voluntatem conſideratam præciſè *ſecundùm quod eſt natura, aut potentia naturalis*: negatur minor: Conſideratam, *vt eſt potentia libera*:

Ex quibus iam eſt facilis ſolutio argumenti.

Digitized by Google

concedatur minor, & negetur conſequentia. Quia ad hoc,vt naturaliter cognoſcantur actus interni liberi hominis,debet naturaliter comprehendi voluntas talis hominis,non tantùm , vt eſt natura potens elicere actus neceſſarios, & per illos ſe exercens,ſed etiam,vt eſt potentia libera potens elicere actus liberos,& ſe exercens per ipſos actus liberos determinatè acceptos.

Vt naturaliter cognoſcantur actus interni liberi hominis ab Angelo ,debet naturaliter cõprehendi volũtas talis hominis,nõ tantùm, vt natura verùm,& vt potentia libera ſe exercens per hos actus determinatè.

Reſpõdetur ad vrgentiam.

74 Ad vrgentiam reſpondetur conceſſo antecedenti,negando conſequentiam,& ad eius probationem diſtinguatur maior. Ideò,quando vnus Angelus comprehendit intellectum , & voluntatem alterius Angeli , cognoſcit naturaliter actus neceſſarios intellectus,& voluntatis talis Angeli;quia dùm comprehenditur aliquod obiectum cognoſcitur ſecundùm ſuam qualitatem,&c.*Quia dùm comprehenditur aliquod obiectum , cognoſcitur ſecundùm ſuam qualitatem neceſſariò ei conuenientem* , concedatur maior : *Secundùm ſuam qualitatem contingenter ei conuenientem* ; negatur maior , & diſtinguatur minor ; ſed etiam intellectus , & voluntas Angeli comprehenſi qualificantur per ſuos actus liberos: qualificantur , *vt per qualitatem neceſſariò eis conuenientem* : negetur minor : *Vt per qualitatem contingenter eis conuenientem* : concedatur minor,& negetur conſequentia. Quia licèt tam actus neceſſarij intellectus,& voluntatis hominis(v g,)quàm actus liberi ſint qualitates prædictarum potentiarum, & etiam ſint qualitates naturales,hoc eſt qualitates non ſupernaturales(ſuppoſito,quod hic tantũ agimus de actibus naturalibus intellectus,& voluntatis) cæterùm hoc non ſufficit,vt cognoſcantur ex vi cõprehenſionis habitæ ab Angelo de intellectu,& voluntate hominis,quia comprehendens aliquod obiectum,non debet ex vi talis comprehenſionis cognoſcere accidentia contingenter conuenientia tali obiecto:vt videri eſt in ipſomet Angelo;qui licèt comprehendat formicam , non cognoſcit omnia accidentia contingenter conuenientia formicæ, &cum pręfatæ qualitates contingenter conuenientes intellectui,& voluntati hominis,ſint accidẽtia cõtingẽter conuenientia;ideò non ſuadetur , quod cognoſcantur ab Angelo actus liberi intellectus , aut voluntatis ho-

Licèt tàm actus neceſſarij, quàm actus liberi intellectus,& voluntatis hominis ſint qualitates prædictarũ potentiarum , & etiam ſint qualitates non ſupernaturales (ſi ſint actus purè naturales) aliter conueniunt ei actus neceſſarij,vt qualitates,quàm actus liberi.

hominis; quamvis Angelus comprehendat intellectum, & voluntatem ipſiuſmet hominis: & ſi ex comprehenſione talium potentiarum optimè probetur, quod cognoſcantur earum actus neceſſarij, vtpotè qualitates, & accidentia neceſſariò eis convenientia (hoc eſt convenientia prædictis potentijs independenter à libertate ſui ſubiecti) ſicut Angelus comprehendens formicam cognoſcit omnia accidentia neceſſario convenientia formicæ, ſumpto ly *neceſſario* in ſenſu iam expoſito.

74 Ad primam confirmationem, diſtinguatur antecedens: Si aliquod intelligens creatum comprehenderet Deum, cognoſceret ſecreta ipſius Dei: cognoſceret ſecreta Dei, ex terminis comprehenſionis, negatur antecedens: arguitiuè, concedatur antecedens, & negatur conſequentia: quia intelligens creatum comprehendens aliquem Angelum, vel hominem, neque ex terminis comprehenſionis, nec arguitiuè debet cognoſcere ſecreta ſubiecti comprehenſi. Reſpōdetur ad primam confirmationem.

76 Si inquiras: Cur intelligens creatum comprehendens Deum arguitivè cognoſceret ſecreta Dei, & non ita arguitiuè cognoſceret ſecreta ſubiecti creati, intelligens creatum comprehendens tale ſubiectum? Dicemus, quod quia comprehendens Deum, eſſet Deus (eò, quod ſolùm Deus ſe ipſum adæquat, quod iuxta tradita in dubio primo, huius diſputationis neceſſariò ad comprehenſionem exigitur) & Deus cognoſcit ſua ipſa ſecreta: cum homo infinitè diſtans à Deo cognoſcat ſua propria ſecreta: at Angelus comprehendens hominem, non eſt ipſe homo comprehenſus; & ideò non debet poſſe cognoſcere pro ſuo libito ſecreta hominis, ſicut ipſe homo illa cognoſcit. Vel vltra dici poteſt, quod cognitio comprehenſiva Dei, eſt cognitio infinita, & de ratione cognitionis infinitæ eſt extendi ad omne cognoſcibile, & conſequenter etiam ad ſecreta ipſiuſmet Dei; cognitio verò habita ab Angelo, quæ ſit comprehenſiua, vel hominis, vel alterius Angeli, non eſt cognitio infinita (vt nulli dubium) quapropter non habet illud ius ad ſe extendendum ad omne cognoſcibile, & etiam ad ſecreta ſuppoſiti compre- Si inquiras. Dicemus. Et ſi intelligēs creatum comprehendens Deum, arguitivè cognoſceret ſecreta Dei; comprehendēs Angelum, vel hominem, nec arguitiuè cognoſceret talis Angeli, vel hominis ſecreta.

Digitized by Google

præhenſi ; quod competit cognitioni comprehendenti Deum:

Reſpondetur ad 2. confirmationem. Subiectū creatum comprehē dens voluntatē alicuius Angeli, non cognoſcit omnes qualitates naturales applicantes, & per ſe ordinatas ad actum liberum internum talis Angeli.

77 Ad 2. confirmationem diſtinguatur maior. Subiectum creatum comprehendens voluntatem alicuius Angeli, cognoſcit omnes qualitates naturales in ipſa voluntate receptas: *omnes qualitates naturales, nec applicantes, nec per ſe ordinatas ad actum liberum talis Angeli* concedatur maior: *omnes qualitates naturales applicantes, & per ſe ordinatas ad prædictum actum liberum ſimul cum qualitatibus naturalibus, nec applicantibus, nec per ſe ordinatis ad illum*: negetur maior. Et diſtinguatur minor. Sed cognoſcens omnes qualitates naturales receptas in voluntate alicuius Angeli cognoſcit actus liberos talis Angeli: cognoſcēs *omnes qualitates naturales, tā applicantes, & per ſe ordinatas ad actum liberū, quàm non applicantes, nec per ſe ordinatas*: Concedatur minor: *omnes qualitates naturales, præciſſe, nec applicantes, nec per ſe ordinatas ad actum liberum*: negatur minor; & etiam conſequentia.

Phyſica præter minatio ad actum liberū naturalem, eſt qualitas naturalis. *M. Palanco.* Sed quia ſe habet, vt applicatio ad ipſum a tum liberum, ſequitur leges illius quoad eſſe incognoſcibilē naturaliter ab intelligēte creato non eliciente actū ad quē ipſa applicat.

Vnde licet Phyſica prædeterminatio ad actum liberum naturalem, ſit qualitas naturalis (ſuppoſita communiori Thomiſtarum ſententia tenente, quod phyſica prædeterminatio eſt qualitas, vt iam diximus contra M. Palanco in libro de *Iudicio indifferenti* diſp. 1. dubio 2. n. 2.) quia tamèn ſe habet, vt applicatio ad ipſum actum liberum naturalem, ad quem ipſa per ſe ordinatur, ideo ſequitur leges illius actus liberi, ad quē applicat. Qua propter ſicut actus creatus internus liber, eſt naturaliter incognoſcibilis ab intelligente creato non eliciente illum; ita, & phyſica prædeterminatio ad ipſum, quæ titulo applicationis infallibiliter conexę cum tali actu, non poteſt cognoſci ab illo intelligente, à quo non poſsit cognoſci talis actus: quamvis aliæ qualitates naturales, nec applicantes, nec per ſe ordinatæ ad actum liberum, ſi ſint ex illis qualitatibus, quæ nedùm ſunt naturales in eo ſenſu, in quo non ſunt ſupernaturales (iuxta quem ſenſum etiā admiſimus in num. 72. quod ipſi actus liberi naturales, ſunt qualitates naturales, hoc eſt de ordine non ſupernaturali) verùm, & in alio ſenſu ſecundùm quem idem eſt qualitas naturalis, ac qualitas determinata ad vnum per mo-

Digitized by Google

modum naturæ, quin connotet libertatem, aut illã exigat: ſint qualitates naturaliter cognoſcibiles ab Angelo, vt conſtat ex dictis in numero 72.

78 Ad 3. & vltimam confirmationem reſpondetur concedendo maiorem, & negando minorẽ (quia nomine rerum naturalium communiter hic accipiuntur entia nõ libera, ad cuius probationẽ diſtinguatur maior: actus interni liberi exiſtentes in Angelo B, ſunt eiuſdem rationis cum actibus neceſſarijs eiuſdem Angeli quoad ipſorum ſubſtantiam, *in quantum eorum ſubſtantia nec dicit eſſe liberum, nec dicit eſſe non liberum*: conceditur maior: *in quantùm eorum ſubſtantia dicit tales actus eſſe liberos, vel eſſe non liberos*, negetur maior, & diſtinguatur minor. Sed actus neceſſarij exiſtentes in Angelo B ſunt res naturales: ſi tales actus præciſſe conſiderentur, quoad ſuam ſubſtantiam, negetur minor: ſi conſiderentur quoad ſubſtantiam, & modũ, concedatur minor: & negetur cõſeq.

Reſpõdetur ad vltimam confirmationem.

Igitur licèt non deſint, qui opinentur, quod actus liberi, eliciti à libero arbitrio creato, diſtinguũtur etiam quoad ſuam ſubſtantiam ab actibus neceſſarijs (vt iudicat Magiſter Lemos *in ſua Panoplia* tomo 3. part. 1. tractatu 2. a num. 143.) nè tamèn vis argumenti effugiatur, concedimus totum illud, in quo nititur argumentum, ſcilicet, eſſe eiuſdem rationis quoad ſuam ſubſtantiam actus liberos, & actus neceſſarios ab agente creato elicitos. Cæterum animadvertendum eſt, quod ſubſtantia talium actuum nec dicit ipſos actus eſſe liberos, nec dicit eos eſſe neceſſarios, ſeu eſſe non liberos ly *non* contrariè accepto; quia quomodo poſſunt eſſe eiuſdem rationis quoad id ſecũdùm, quod inter ſe differunt; vt differunt ratione *eſſe liberi, & eſſe non liberi*, ly *non* contrariè accepto? (licèt non negemus quod ſubſtantia talium actuum dicit ipſos actus eſſe *non liberos* ly *non* præciſiuè accepto; quia hoc eſt idem, ac quod eorum ſubſtantia præſcindat a libertate, & à neceſſitate) Vnde cum actus neceſſarij noſtri, vel etiam Angeli cognoſcantur ab altero Angelo, vt ſũt res naturales (iuxta argumẽti intẽtũ) ſeu vt ſunt entia nõ libera, ly *non* cõtrarie accepto, cognoſcuntur ratione modi neceſsitatis afficiẽtis prædictos actus; qui modus nõ afficit actus liberos, & ideo ex cognitione ne-

M. Lemos.

Actus neceſſarij, & actus liberi ab agẽte creato eliciti, ſunt eiuſdem rationis quoad ſubſtãtiam.

Licèt eorum ſubſtantia nec dicat ipſos eſſe liberos, nec ipſos eſſe non liberos, ly non cõtrariè accepto.

neceſſariorũ non eſt arguendum ad cognitionem liberorum.

Si dicas.

79 Si dicas: Quod cum admiſſo, quod actus liber elicitus à libero arbitrio creato, tantùm in modo diſtinguatur ab actibus neceſſarijs, idem actus poſsit tranſire de neceſſario in liberũ, videtur, quod Angelus cognoſcens actum liberum internum noſtrum in ſua prima elicientia neceſſarium, etiam cognoſcat illum, ſi mutetur de neceſſario in liberum, & Angelus vellit perſeverare in cognitione talis actus, cum adventus modi libertatis, non ſit potens deſtruere cognitionẽ Angeli.

Reſpondebimus.

Si actus aliquis internus neceſſarius vnius Angeli trãſiret de neceſſario in liberum, occultaretur alteri Angelo, cui non occultabatur dum erat neceſſarius.

80. Reſpondebimus, quod ſi prædictus actus tranſire de neceſſario in liberum, in ipſo nunc, in quo inciperet eſſe liber, occultaretur Angelo, ita vt deinceps, nec ſciret, an tranſiret de neceſſario in liberum, vel an ſi conſervaretur liberè à ſuo eliciente. Quod quidèm non eſt mirandum; eò, quod adveniente modo libertatis deficeret in tali actu proportio requiſita, vt obijceretur cognitioni Angelicæ; vnde per dictum tranſitum, nõ deſtrueret adventus modi libertatis cognitionem Angeli; ſed præciſsè faceret, vt non perſeveraret.

Arguitur tertio.

81 Tertiò Arguitur: Ideò exigeretur, quod Angelus A, manifeſtaret alteri Angelo ſuos actus internos liberos, vt eos poſſet cognoſcere Angelus alter, quia non interveniente hac manifeſtatione læderetur dominium competens Angelo A, ad occultandum, vel non occultandum alteri Angelo ſuos actus internos liberos; ſed Angelo A, non competit dominium ad occultandum, vel non occultandum alteri Angelo ſuos actus internos liberos: ergo quilibet Angelus poteſt cognoſcere actus internos liberos elicitos ab Angelo A, etiam ſi in hoc non conſentiat Angelus A. Probatur minor: Nulli competit dominium ad occultandum, quæ non ſunt occultabilia; ſed actus interni liberi eliciti ab Angelo A, non ſunt occultabiles alteri Angelo, ergo Angelo A, non competit dominium ad occultandum, vel non occultandum alteri Angelo ſuos actus internos liberos. Probatur minor: Inter obiecta quæ-

dam.

dam ſunt occultabilia; quædam verò non occultabilia; ſed vſque nunc non eſt declaratum, cur actus interni liberi eliciti ab Angelo A, ſint de obiectis occultabilibus, potiùs quàm de non occultabilibus alteri Angelo: ergo vſque dùm hoc probetur, actus interni liberi eliciti ab Angelo A. non ſunt occultabiles alteri Angelo.

82 Vrgetur: Si actus interni liberi eliciti ab Angelo A, eſſent occultabiles alteri Angelo pro libito Angeli A, ad illos occultandos, haberet Angelus A, hunc actum reflexum: *Volo occultare alteri Angelo meos actus internos liberos.* Sed ſi Angelus A. haberet hunc actum reflexum, haberet aliquem actum internum liberum inoccultabilem alteri Angelo, quin læderetur vllum dominium competens Angelo A, ſupra ſuos actus internos liberos: ergo, & reliqui actus interni liberi eliciti ab Angelo A, ſunt inoccultabiles alteri Angelo manente illæſo omni iure competēte tali Angelo ſupra ſuos actus internos liberos. Patet conſequentia: Cum eadem ratio, videatur militare pro vno actu libero, ac pro omnibus alijs, Et probatur minor: Hic actus: *Volo occultare alteri Angelo meos actus internos liberos*: eſt actus internus liber; ſed hic actus eſt inoccultabilis alteri Angelo, quin lædatur vllum dominium cōpetens Angelo A, ſupra ſuos actus internos liberos: ergo ſi Angelus A, haberet hunc actum reflexum: *Volo occultare alteri Angelo meos actus internos liberos*: haberet aliquem actum internum liberum inoccultabilē alteri Angelo, quin læderetur vllum dominium competens Angelo A, ſupra ſuos actus internos liberos. Probatur minor: Si hic actus: *Volo occultare, &c.* non eſſet inoccultabilis alteri Angelo, quin læderetur aliquod dominium competens Angelo A, ſupra ſuos actus internos liberos, eſſet quia eſſet occultabilis alteri Angelo per alium actum reflexum: Sed hoc non eſt dicendum, nè procedamus in infinitum (cùm ad occultandum primum actum reflexum daretur alius actus reflexus, & ad illum alius, & ſic in infinitum) ergo hic actus: *Volo occultare, &c.* eſt inoccultabilis alteri Angelo, quin lædatur vllum dominium com-

Vrgetur.

competens Angelo ſupra ſuos actus internos liberos.

Et efficaciùs.

83 Et efficaciùs: Vt ratione dominij convenientis cuicumque Angelo ſupra ſuos actus internos liberos, competeret poſſe ita illos occultare, vt abſque ſua manifeſtatione ignoti manerent alteri Angelo, etiam ei competeret poſſe illuminare illum alterum Angelo, cui ſuos actus internos manifeſtaret, ſed hoc non competit cuicumque Angelo: ergo non datur in Angelis illud dominium ſupra ſuos actus internos liberos, propter cuius ius illæſum ſervandum, non poſsint cognoſci actus interni liberi, eliciti ab vno Angelo, ab altero Angelo illos nos eliciente. Maior videtur certa: quia illuminare aliquem cum ſit illũ docere, eſt illi manifeſtare ea, quæ ipſi occultabantur, ſeu ea, quæ ipſe neſciebat; & conſequenter poſſe manifeſtare alicui rem occultam, eſt poſſe illum illuminare circa talẽ rẽ. Et minor probatur: Si cuicumque Angelo competeret poſſe illuminare alterum Angelum, etiam competeret Angelo inferiori poſſe illuminare ſuperiorem; ſed Angelo inferiori, non competit poſſe illuminare Angelum ſuperiorẽ (vt habetur ex D. Thoma 1. part. quæſt. 106. art. 3.) ergo cuicumque Angelo competit poſſe illuminare alterum Angelum.

Hoc argumentum eſt ſolvendum à multis ex impugnantibus noſtram rationem.

84 Hoc argumentum eſt ſoluendum à multis ex impugnantibus rationem noſtram, qui (vt iam notavimus in numero 50.) non negant, quod eliciens actus internos liberos, poteſt illos occultare pro aliquo nunc in telligenti creato non elicienti tales actus, quia hi Authores dicere debent, cur pro illo nunc, pro quo prædicti actus occultantur à ſuo eliciente, ſunt de obiectis occultabilibus, & non de in occultabilibus, & illud, quod ipſi reſpondeant, nos etiam reſpondebimus.

Inter obiecta viſus corporalis, quędam ſunt occultabilia, quædam non occultabilia.

Igitur iudicamus, quod ſicut viſui corporali ſunt aliqua obiecta occultabilia, *vt pecuniæ*, & alia in occultabilia, *vt agri, domus*, & plura his ſimilia, & quod ſicut ex his obiectis ſecunda, ita ſunt viſibilia a quolibet vidente (etiam ſi nullum habeat dominium ſupra ipſa obiecta) vt licèt ab illo videantur invito Titio

Titio ipſorum Domino, non læditur dominium competens Titio ſupra talia obiecta: Prima verò (vt pecuniæ) non ſunt ita viſibilia à quolibet vidente, vt ſi ab eo videantur abſque interventu conſenſus Domini ipſorum, non ſervetur illæſum huius dominium ſupra prædicta obiecta. Ita pariter, & ſunt aliqua obiecta talis conditionis, quod ſunt in cognoſcibilia ab omni non habente dominium ſupra ipſa, & quod ſi à tali non domino cognoſcantur læditur dominium competens Domino prædictorum obiectorum, & ſunt alia obiecta, quæ à quolibet poſſunt cognoſci, etiam ſuo Domino invito, quin lædatur huius dominium ſupra talia obiecta. Ex quo arguitur ad obiecta intellectus.

85 Obiecta primi generis ſunt actus creati interni liberi. Obiecta ſecundi generis ſunt actus noſtri externi liberi, qui ex ſe ſunt cuilibet intelligenti cognoſcibiles, vt dicebamus in in numero 51. Et nè actum agamus, repetendo nunc dicta pro primi argumenti ſolutione; ſi aliquis adhuc interroget, cur actus creati interni liberi annumerantur inter obiecta naturaliter in cognoſcibilia ab eorum non Domino, nè ſi ab illo naturaliter cognoſcantur lædatur dominium ſubiecti illos elicientis? Siſtendum eſt dictis in numero 24. pro noſtra firmanda ratione, ſcilicèt quia ex una parte ſcimus ex Sacra Scriptura, quod actus creati interni liberi ſunt occulti cuilibet intelligenti creato illos non elicienti; & ex altera, non eſt vlla repugnantia in hoc, quod Deus communicaverit cuilibet agenti libero dominium plenum, & perfectum ſupra ſuos actus internos liberos, conſiſtens nedùm in poſſe elicere, vel non elicere illos, verùm & in poſſe manifeſtare, vel non manifeſtare prædictos actus. Ex quibus colligimus: competere de facto cuilibet agenti creato libero præfatum plenum dominium ſupra ſuos actus internos liberos; & conſequenter, quod ſunt naturaliter in cognoſcibiles ab eorum non Domino, nè lædatur dominium elicientis tales actus liberos. Quorum aliqua ſunt occultabilia. vt *actus interni liberi* eliciti à ſubiecto diſtincto ab intelligente creato, aliqua verò ex ſe ſunt cognoſcibilia à quolibet intelligente creato, vt ſunt actus externi liberi.

86 Quapropter iam facilè reſpondebitur ad argumentum, negando minorem, & ad eius probationē etiam negatur minor; ſicut, & eſt negnda vltima mi- Iam facilè reſpondetur ad argumentum.

minor: Sufficienter enim eſt iam declaratum, cur actus interni liberi eliciti ab Angelo A, ſint computandi inter obiecta occultabilia alteri Angelo, vel alteri intelligenti creato illos non elicienti, & nullatenus inter obiecta in occultabilia.

Reſpōdetur ad vrgentiam.

Scotus.

87 Vrgentia propoſita in numero 82. videtur aliquibus Scotiſtis valdè difficilis, & id, cui fidit, deducitur ab ipſis ex Subtili Doctore in 2. diſtinctione 9. quæſtione 2. §. & vers. *Ad argumenta ſecundæ quæſtionis*. Cæterùm non multum nos præmit. Primò, quia non eſt neceſſarium ad hoc, vt Angelus (vel homo) occultet alteri intelligenti creato ſuos actus internos liberos, quod vellit per ſuum actum formalem, & expreſſum occultare tales actus; ſed ſat eſt, quod hoc vellit interpretativè non habendo volitionem, de eo, quod prædicti actus manifeſtentur alteri intelligenti creato; eò, quod (vt iam toties diximus) tales actus ex ſe ſunt occulti intelligenti creato eos non elicienti, dùm non conſentit eos eliciens in hoc, quod alterum intelligens creatum illos cognoſcat: & non conſentit in hoc illos eliciens, præciſsè, per hoc, quod eſt non habere volitionē de illos alteri manifeſtando.

Vt agens liberum creatum occultet alteri intelligēti creato ſuos actus internos liberos non requiritur, quod per ſuum actum formalem, & expreſſum vellit occultare tales actus.

88 Secundò: quia ad hoc, vt hic actus reflexus: *Volo occultare alteri meos actus internos liberos*: ſit occultus intelligenti creato ilum non elicienti, ſufficit, quod ſit actus ſe habens, tanquàm ratio formalis ad occultandum alios actus; & cum ad rationem formalem in hac materia, vel in illa non deſideretur alia ratio formalis (vt eſt metaphiſicis notum) hinc eſt, quod non eſt neceſſarius alius actus reflexus ad hoc, vt occultetur alteri Angelo ille actus elicitus ab Angelo A: *Volo*, ſcilicèt, *occultare alteri Angelo meos actus internos liberos*. Vnde vitatur proceſſus in infinitum ab vrgentia prætenſus.

Vitatur proceſſus in infinitum obiectus in vrgentia.

86 Et ideò eſt ſatisfaciendum prædictæ vrgentiæ, vel diſtinguendo maiorem, iuxta doctrinam datam in præcedenti numero (ſic diſtinguendo: Si actus interni liberi eliciti ab Angelo, eſſent occultabiles alteri Angelo pro libito Angeli A, haberet Angelus A, hunc actum reflexum: *Volo, &c.* haberet hunc actum præciſsè for-

Ex quibus ſatis fit vrgentiæ.

Digitized by Google

formalem,negetur maior: Formalem, vel interpretatiuum,concedatur maior) vel permittendo maiorem, & negando minorem,ad cuius probationem etiam negatur minor, & ad huius probationem negatur maior; quia vt habetur ex immediato numero non deſideratur alius actus reflexus ad occultandum illum actũ liberum, qui ſe habet tanquàm ratio formalis occultandi cæteros actus internos liberos;eò, quod, ſicut ſolet dici in quæſtione de *Loquutione Angelorum*,non datur alius actus liber ad manifeſtandum illum actum liberum manifeſtantem id,de quo vnus Angelus alteri Angelo loquitur; quia cum talis actus manifeſtans id, de quo vnus Angelus alteri Angelo loquitur,ſe habeat,vt ratio formalis ad manifeſtandum illud occultum,de quo fit loquutio,etiam eſt manifeſtatio ſui ipſius (vt benè notat Magiſter Ferre tomo 3. in 3. part. in medio numeri 1232.) ita etiam actus liber occultans tanquam ratio formalis actus internos liberos Angeli A,titulo ita ſe habendi,nedùm eſt occultatio reliquorum actuum liberorum,verùm,&etiam ſui ipſius, quin ad hoc munus alios actus deſiderare valeat.

Non deſideratur alius actus reflexus ad occultandum illũ actum liberũ, qui ſe habet tãquàm ratio formalis occultandi cæteros actus internos liberos.

M.Ferre.

90 Ad vltimum argumenti reſpondeatur,negando maiorem,quæ ibi tanquàm certa ſupponitur,iudicando eſſe idem,quod vnus Angelus manifeſtet alteri Angelo aliquid occultum,ac quod illum illuminet;eò,quod ſic *manifeſtare eſt idem,ac docere*, quod quidèm apud Angelos eſt *illuminare*:& cum (vt ibi rectè fundatur) Angelus inferior non poſsit illuminare Angelum ſibi ſuperiorem, videtur, quod nec ille poſsit manifeſtare ſuos actus internos liberos, ac proindè, quod non competit Angelo inferiori vllum dominium ſupra occultare Angelo ſuperiori ſuos actus internos liberos,ita vt abſque ſua manifeſtatione illos valeat cognoſcere Angelus ſuperior.

Reſpõdetur ad vltimum.

Non eſt idem, quod vnus Angelus manifeſtet alteri Angelo aliquid occultũ, & quod eum illuminet.

Verùm hoc ita non eſſe conſtabit meditanti latiùs ſe habere, quod vnus alteri manifeſtet aliquam rem occultam,ac quod illum de tali re illuminet; quia licèt omne *illuminare ſit manifeſtare occultum; non tamèn omne manifeſtare occultum eſt illuminare*;ſicut licèt omnis illuminatio in Angelis ſit loquutio, non omnis loquutio

Quia licèt *omne illuminare ſit manifeſtare occultum: non omne manifeſtare occultum, eſt illuminare.*

Digitized by Google

quutio eſt illuminatio;& horum omnium eadem eſt ratio,videlicèt,quod illuminare,nedùm dicit manifeſtare aliquam rem occultam,vel de illa loqui;ſed ita manifeſtare,& ita loqui ſcilicèt: *Docendo illum, cui fit loquutio, & manifeſtatio de prædicta re, & illi per modum magiſterij talem rem declarando.*

Illuminare nō ſalvatur per hoc, quod eſt manifeſtare rē *præciſsè, vt volitam, vel vt cognitam* ab illuminante creato; ſed per hoc, quod eſt *manifeſtare rem, vt veritas eſt.*

Card. Caietanus: Cuius redditur ratio.

91 Quod quidèm clarius percipies,ſi vltra obſerves, quod illuminare non ſalvatur per hoc, quod eſt *manifeſtare rem præciſsè, vt volitam, vel vt cognitam ab illuminante creato*;ſed per hoc,quod eſt *manifeſtare rem, vt veritas eſt*(vt animadvertit Caietanus prima parte, quæſtione 107.art.2. §.ad primum) eò, quod ad doctrinam,& inſtructionem diſcipuli, non ſpectat ſcire an illud,de quo edocetur,ſit volitum, vel ſit cognitum à ſuo creato Magiſtro;ſed an ſit,vel non ſit verum? Et ideò,ſi vnus Angelus loquitur alteri dicendo: *hanc, vel illam rem volui, vel cognovi pro meo placito*;non illuminat illum,ſed purè ei loquitur, etiam ſi hoc ante iſtam loquutionem eſſet occultum Angelo audienti.

Et ideò Angelus inferior loquitur de ſuis ſecretis cordis Angelo ſuperiori, quin illū illuminet. *S. Thomas.*

Si verò vnus Angelus loquatur alteri dicendo: *hæc res eſt ita, vel non eſt ita*;& hoc ante talem locutionem erat occultum Angelo audienti, abſque dubio illuminabitur, tunc prædictus Angelus audiens: quia tunc non manifeſtatur ei res præciſsè, vt volita, vel vt cognita ab Angelo loquente; ſed vt talis *res eſt veritas*, vt egregiè docuit Magiſter Angelicus, prima parte,quæſt.107.artic.2. Vbi diſtinguens inter manifeſtare occultum illuminando,& inter manifeſtare occultum, dumtaxat loquendò(vt ſic ſtatuat Angelum inferiorem loqui Angelo ſuperiori,eſtò non illuminet illum) ita ait: *Manifeſtatio eius,quod mente concipitur ſecundùm quod dependet à prima veritate, & locutio eſt, & illuminatio. Puta,ſi vnus homo dicit alij,Cœlum eſt à Deo creatum; vel homo eſt animal.Sed manifeſtatio eorum, quæ dependent ex voluntate intelligentis,non poteſt dici illuminatio,ſed locutio tantùm.Puta,ſi aliquis alteri dicat:Volo hoc addiſcere, volo hoc,vel illud facere.*

Vnde cuilibet ſiue Angelo,ſiue homini ſui com-

92 Ex quibus clarè deducitur nihil officere doctrina noſtra,quod in vltimo argumenti obijcitur;eò,quod cuicumque Angelo(ſiue ſit ſuperior,ſiue ſit in-

inferior) immò,& homini ſui compoti convenit poſſe manifeſtare alteri intelligenti creato ſuum actum internum liberum, ante dictam manifeſtationem tali alteri occultum: quin ex hoc inferatur, quod ei conveniat poſſe illuminare illud intelligens, cui poteſt manifeſtare ſuũ actum internum liberum, ob diſcrimen iam ſatis traditum inter vnum,& aliud: & conſequenter, quod ſtat dominium competens cuicumque agenti liberó ſupra occultare, vel non occultare alteri intelligenti creato ſuos actus internos liberos, vt in toto hoc dubio propugnavimus.

compoti convenit poſſe manifeſtare alteri intelligẽti creato ſuum actum internum liberum; non tamẽ poſſe illum illuminare.

§. V.

Deducuntur obſervatione digna.

23 PRimò eſt colligendum ex vſque nunc dictis, quod cum dicitur requiri conſenſum elicientis aliquem actum internum liberum, vt aliud intelligens creatum prædictum actum cognoſcat illæſo manente iure dominij cõpetente tali elicienti ſupra occultare ſuos actus internos liberos, hoc debet intelligi de conſenſu formali, vel interpretatiuo; quia cum prædictus conſenſus ſit formalis, quando eliciens actum internum liberum elicit aliquem actum formalem, quo vult, vt aliud intelligens creatum cognoſcat ſuum actum internum liberum, & ſit conſenſus interpretativus, quando Deus (cuius ſupremo dominio ſubditur dominium conveniens agenti libero creato ſupra occultare ſuos actus internos liberos) revelat actus creatos internos liberos, intelligenti creato non elicienti tales actus; eò, quod cum tunc Deus conſentiat in hoc, quod intelligens creatum non eliciens prædictos actus cognoſcat illos; & aliàs conſenſus primi Domini, ſit conſenſus ſecundi Domini, vt operantis cum ſubordinatione ad primum, etiam in hoc, quod eſt occultare ſuos actus internos liberos, non eſt cur non ſufficiat ad hoc, vt intelligens creatum non eliciens actum internum liberum ab alio elicitum, cognoſcat talem actum, abſque vlla

Primum corollarium.

Cum dicitur requiri conſenſum elicientis aliquem actum internum liberum, vt aliud intelligens creatum talem actumcognoſcat, hoc intelligitur de conſenſu *formali*, vel *interpretatiuo*.

læſ-

Digitized by Google

læſsione dominij ſui elicientis, quod in hoc conſentiat eliciens illum, conſenſu interpretatiuo comprehenſo in conſenſu Dei revelantis prædictum actum; licèt præfatum eliciens in hoc non conſentiat ſuo conſenſu formali, ſeu expreſſa volitione, qua dicat: *Volo, vt iſtud, vel illud intelligens creatum cognoſcat hunc, vel illum meum actum internum liberum.*

94 Sed vltra ſuadetur, quod non læditur dominium competens agenti creato libero ſupra occultare ſuos actus internos liberos, ſi quando prædictum agens, non conſentit conſenſu formali, & expreſſo in hoc, quod aliud intelligens creatum illos cognoſcat, tale intelligens cognoſcat eos ex revelatione Dei. Quia ideò tunc requireretur conſenſus formalis, & expreſſus prædicti agentis creati liberi: quia adhuc in tali caſu haberet dominium occultandi alteri intelligenti creato ſuos actus internos liberos (nè invito habente dominium ſupra occultare prædictos actus, ipſi actus non occultentur) ſed in tali caſu non haberet prædictum agens creatum, dominium occultandi alteri intelligenti creato ſuos actus internos liberos (quia nullus habet dominium occultandi in occultabile alteri, vt eſt illud, quod Deus tali alteri revelat) ergo in caſu, quo Deus revelet alicui intelligenti creato actum creatum internum liberum, non elicitum à tali intelligente creato, poterit præfatum intelligens cognoſcere talem actum, quin ad hoc requiratur, quod ſi tunc illum cognoſcat, interveniat conſenſus formalis agentis liberi elicientis prædictum actum. Vnde propter hæc ſupponebamus in numero 5. non exagitari hanc controverſiam de actibus creatis internis liberis elicitis ab vno agente creato libero, & à Deo revelatis alteri intelligenti creato.

Qui conſenſus interpretativus eſt, dùm Deus revelat vni intelligenti creato actum internum liberum ab alio elicitum.

95 Secundò colligitur: Quod etiam ſunt naturaliter incognoſcibiles Angelo actus intellectus liberi à ſe non eliciti. Et actus noſtri, tùm phantaſiæ, tùm appetitus ſenſitiui, quando imperantur à voluntate libera: propter eandem rationem, qua aſſerimus eſſe ei naturaliter ignotos actus liberos voluntatis à ſe non elicitos.

Secundũ corollarium.

Etiam ſunt naturaliter incognoſcibiles ab Angelo actus in

Eo,

Eò, quod ſi iſti, quia liberè ſunt eliciti à potentia formaliter libera, titulo libertatis, ſunt ſub dominio ſui elicientis, nedùm quoad *elici*, verùm, & quoad *manifeſtari*; & ideò ſalvo tali dominio, nequeunt cognoſci ab alio intelligente creato, ſine placito ſui elicientis: Ita pariter, cum actus liberi intellectus, vel ſint ab intellectu ex applicatione libera voluntatis, vel ſi non ſint ex applicatione illius (vt non eſt primum iudicium regulans primum actum voluntatis liberum) ſaltèm manent ad actum liberum voluntatis, & actus noſtri, tàm phantaſiæ, quàm appetitus ſenſitivi, ſi fiant ex imperio voluntatis, ſint à potentia libera, tanquàm ab imperante, eſt dicendum, quod (nè lædatur dominium potentiæ liberæ applicantis, vel imperantis) debent tales actus eſſe naturaliter occulti cuicumque intelligenti creato, cui non manifeſtentur a ſuo eliciente.

Actus interni liberi à ſe non eliciti: & actus noſtri phantaſiæ, & appetitus ſenſitiui, imperati ex volũtate libera. Quod probatur.

96 Verum oppones: & primò contra primam partem huius corollarij. Tùm, quod SS. PP. videntur ſentire. Angelos, & homines Beatos, ita inter ſe ſe habere: vt vnus ſit perſpicabilis alteri, ſicut ipſe ſibi; eò, quod nõ habent corporis obſtaculũ, ratione cuius homines viatores ſibi non ſunt perſpicui, vt ſunt in Cœlo homines beati: quod quidèm ſuadet vnum Angelum, vel vnum hominem Beatum cognoſcere actus liberos intellectus alterius. Tùm, quod Magi ex Dœmonis aſſiatu revelant arcana intellectus humani, iuxta relata à Divo Auguſtino libro 1. contra *Academ.* cap. 6. Et Dœmones, qui aſſiſtunt energumenis, cognoſcunt imperia mentalia ſibi ipſis impoſita ab exorciſtis, ex quibus habetur Dœmones cognoſcere actum liberum exiſtentem in intellectu hominis. Tùm quia eadem eſt difficultas de actu libero interno intellectus, ac de habitu interno ad dictum actum concurrente, vel per ipſum acquiſito, & Angelus cognoſcit naturaliter omnem habitum non ſupernaturalem intellectus, ſiue Angelici, ſiue humani. Tum quia cum Angelus A, (v. g.) cognoſcat naturaliter motum localem alterius Angeli, & etiam motum illum, quo Angelus mo-

Verùm oppones contra primam partem corollarij.

S. Auguſtinus.

motor mouet Cœlum, qui motus nequeunt cognoſci, quin cognoſcatur actus liber imperij intellectus Angeli, vel illo moventis Cœlum, vel illo ſe moventis localiter, cognoſcet naturaliter tale imperium intellectus, ſeu actum liberum intellectus à ſe non elicitum, & intra aliud intelligens creatum manentem.

Ad quod reſpondetur, & 1. ad primum.

97 Ad quod reſpondebimus; dicendo ad primum: SS. PP. interpretandos eſſe conformiter ad ſuam propriam mentem (de qua iam conſtat ex numero 10.) & ideò cum dicunt, vel quod: *Spiritus perſpicui ſibi ſunt*: vel quod: *Vnus homo Beatus eſt perſpicabilis alteri, ſicut ipſe ſibi*: Intelligendi ſunt iuxta dicta ex Præceptore Angelico in numero 28. Ita, vt per has locutiones tantùm intendant non eſſe in Angelis, nec in hominibus beatis illud impedimentum groſitici corporis, quod (vt diximus in dicto numero 28.) eſt ſufficiens ad impediendum, quod vnus homo viator cognoſcat cogitationes alterius hominis viatoris; licèt vltra hoc adſit aliud obſtaculum ad cognoſcendum prædictas cogitationes, vt eſt placitum elicientis illas, nollentis eas manifeſtare alteri intelligenti creato: vnde cum in Angelis, & in hominibus non deficiat hoc impedimentum, quando dicitur: quod Angeli, vel homines beati ſunt ſibi perſpicui, & vnus alteri perſpicabilis, hoc non eſt intelligendum de *perſpicuitate, & perſpicabilitate poſitiva* conſiſtente in hoc, quod vnus ex illis habeat virtutem naturalem cognoſcitivam cogitationũ alterius, ſed de purè *negativa ſufficienti (& ſi non adæquata)* accepta pro excluſione alicuius impedimenti ſufficientis (licèt non vnici) ad hoc, vt vnus non poſsit cognoſcere naturaliter cogitationes alterius. Quod ita eſſe conſtabit conſulenti SS. PP. præſertim Bedam libro 2. in *Iob*, capite 7. & Gregorium Magnum libro 18. *Moralium*, capite 27. Et hoc argumentum militat contra in cognoſcibilitatem actus interni liberi, nedùm intellectus, verùm, & voluntatis, vt conſideranti patebit.

S. Thomas.

Non eſſe in Angelis à ſe in hominibus beatis obſtaculũ groſitici corporis non ſufficit, vt vnus ſit perſpicabilis alteri poſitiuè.

V. Beda.
S. Gregorius Magnus.

Reſpõdetur ad ſecundum.

98 Ad ſecundum; quod Magi inſtructi à Dœmone interdum revelant, non ſolùm actus liberos in-

intellectus (de quibus loquitur argumentum) ſed etiam actus liberos voluntatis: Cæterùm hoc non fit, quia Dœmon cognoſcit naturaliter certò cogitationes internas hominis, cuius cogitationes divinant Magi; ſed quia eas purè coniecturaliter cognoſcit, quam cognitionem ſecretorum cordis, conceſsimus Angelis in numero 4. nè ſint in illas cognoſcendo deteriores, quam Medici, coniecturaliter cognoſcentes ex ſignis externis hominis aliquas ipſius affectiones liberas merè internas.

Magi inſtructi a Dœmone revelant ſecreta hominũ, cæterũ ducti cognitione Dœmonis purè coniecturali.

99 Ad tertium ex exorciſtis oppoſitum, dicimus: quod quãdo exorciſtæ imponunt imperia mentalia Dœmonibus aſsiſtentibus energumenis, dirigunt illa ad ipſos, per quod illa ipſis manifeſtant: qua directione, & manifeſtatione ſuppoſita, iam non ſunt occulta talia imperia prædictis Dœmonibus; & ideò poſſunt ab eis naturaliter cognoſci.

Ad tertium. Exorciſtæ manifeſtant Dœmonibus aſsiſtentibus energumenis imperia cũ talia eis impoſita.

100 Ad quartum: æquè procedens de habitu exiſtente in intellectu, ac in voluntate; eſt reſpondendũ cum diſtinctione, quia ſi loquitur arguens de habitu naturali infuſo Angelis (quem fuiſſe infuſum tàm intellectui, quàm voluntati Angeli tenet probabilis Thomiſtarum opinio, & ſi inter ipſos ſit probabilior ſententia oppoſita) eſt dicendum cognoſci hunc naturaliter ab Angelo diſtincto ab Angelo A, (v.g.) cui fuit infuſus, quin ex hoc ſuadeatur, quod actus interni liberi Angeli A, cognoſcantur a tali Angelo, quia prædictus habitus, & ſi à ſolo Deo productus, productus fuit tanquàm accidens adornans Angelum A, & ſpectans ad eius integritatem, & debitam diſpoſitionem ad operandum in genere naturali. Vnde cum vnus Angelus naturaliter cognoſcat quidquid pertinet ad cognitionem integritatis alterius Angeli in ſe; ideò habitus naturalis infuſus Angelo A, eſt naturaliter cognoſcibilis ab altero Angelo; actus verò interni liberi Angeli A, nòn ita ſe habent, & ideò manent naturaliter in cognoſcibiles ab alijs Angelis.

Ad quartum.

Probabile eſt inter Thomiſtas fuiſſe Angelis infuſſos habitus naturales; ſed probabilius eſt oppoſitum.

Sed licèt tales habitus admittantur in Angelo A, erunt naturaliter cognoſcibiles ab altero Angelo, quin ita ſint cognoſcibiles ab illo actus interni liberi Angeli A.

Non eſt in Angelis vllus habitus acquiſitus.

101 Si tamen arguens loquatur de habitu acquiſito, difficiliùs arguet, cum hic acquiratur per actus internos liberos; vnde videtur, quod iſti debent cognoſci, ſi cognoſcatur ille. Cæterùm reſpondebitur dupliciter: quantùm ad habitum acquiſitum intra intellectum, & voluntatem hominis (quia in Angelis nullus datur habitus acquiſitus, vt acutè probat contra aliquos doctos Magiſtros Magiſter Navarrete tomo 3. in 1. part. controverſia 68. 5. 3.) primò: negando, quod talis habitus ſit cognoſcibilis ab Angelo, quia eodem modo eſt diſcurrendum de prædicto habitu, ac de actibus internis liberis, per quos fuit acquiſitus.

M. Navarrete. At ille, qui eſt intra hominem acquiſitus per actus liberos purè internos, vel eſt incognoſcibilis ab Angelo, ſicut ipſi actus. Vel eſt cognoſcibilis ab Angelo, etiam ſi actus maneāt in cognoſcibiles.

Secundò: concedendo eſſe cognoſcibilem ab Angelo præfatum habitum; quin ex hoc inferatur, quod ſint ab illo cognoſcibiles actus interni liberi, per quos fuit acquiſitus. Quia non eſt argumentum ex primo ad ſecundum (iuxta doctrinam PP. Salmanticenſium tract. 7. de *Angelis*, diſput. 7. numero 98.) eò, quod actus interni liberi, per quos acquiratur prædictus habitus dependent à ſolo Deo, & à ſuo libero eliciente, tàm quoad *fieri*, quàm quoad *conſervari*; & habitus per eos acquiſitus, quò ad ſui *permanentiam*, ſeu *conſervari*, non dependet tantùm à Deo, & à ſubiecto libero illum acquirente (immò, nec quoad *acquiri* dependet ab actibus liberis talis ſubiecti, tanquàm à cauſis liberis; ſed tanquàm à cauſis naturalibus naturaliter operantibus) vnde poſſunt illi eſſe naturaliter ignoti Angelo; & ſi hic cognoſcat habitnm per ipſos acquiſitum; ſicut licèt eos non valeat naturaliter cognoſcere, cognoſcit actus externos eiuſdem hominis ab illis dependentes, quia quoad ſui *permanentiam*, non ſolùm dependent a Deo, & ab illis.

PP. Salmanticenſes.

Reſp3 detur ad quintum.

102 Ad 5. eſt dicendum: quod Angelus A, cognoſcens motum localem alterius Angeli, & motum illum, quo Angelus motor movet Cœlum, cognoſcit actum imperij liberi intellectus (& etiam actum voluntatis liberum illud præcedentem) quo

quo Angelus movetur localiter, & quo Angelus motor movet Cœlum; ſed hoc ideò evenit, quia eo ipſo, quod Angelus vult ſe movere localiter, & Angelus motor vult mouere Cœlum, eſt in Angelo ſe movente localiter, & in Angelo movente Cœlum volitio manifeſtandi tale imperium (in quo conſiſtit, & motus localis cuiuſcumque Angeli; & motus, quo Angelus motor movet Cœlum, juxta Doctorem Angelicum opuſculo 11. art. 3. vbi ait: *Angeli mouent Cælos conceptione ſui intellectus efficaci*) & conſequenter permiſſio, vt à quolibet alio Angelo prædictum cognoſcatur imperium.

Angelus A, cognoſcẽs motum localem alterius Angeli, & motũ, quo Angelus motor mouet Cœlum, cognoſcit actum imperij liberi, in quo cõſiſtit talis motus.

Sed quia prędictus actus permittitur eius cognitioni ab illum eliciente, *S. Thomas.*

103 Si inquiras: Cur motus, quo Angelus motor movet Cœlum, & quo quilibet Angelus ſe movet localiter eſt manifeſtus Angelis? Reſpondebimus, quod, quia motus, quo Angelus motor mouet Cœlũ depẽdet, provt in ſuo effectu, ab ipſo Cœlo in genere cauſæ materialis, &, vt ſic, illum exigit Cœlum per principium poſitivum inclinans per modum naturæ ad eius receptionem; & motus, quo quilibet Angelus ſe mouet localiter producit aliquem externum effectum in corpore, ad quod ſe movet Angelus; vnde tàm reſpectu iſtius, quàm reſpectu illius motus datur aliquid pertinens ad ordinem vniuerſi, per quod fiat eorum manifeſtatio.

Si inquiras.
Reſpondebimus.
Eſt aliquid pertinens ad ordinem vniverſi, per quod manifeſtetur alijs Angelis, & motus localis Angeli A, & motus, quo Angelus motor mouet Cœlum.

104 Iam oppones contra ſecundam partem corollarij; actus noſtri liberi phantaſiæ, ſeu cogitatiuæ, & appetitus ſenſitiui dependent à cauſis vniverſalibus, ſed hoc ipſo ſunt cognoſcibiles naturaliter ab Angelo (vt ab illo ſunt cognoſcibiles naturaliter motus iam exiſtentes membrorum externorum, quia dependent a cauſis vniuerſalibus) ergo non tenet, quod in hac parte corollarij dicimus.

Oppones contra 2. part. corollarij.

105 Ad quod reſpondemus, quod actus noſtri liberi phantaſiæ, & appetitus ſenſitiui, & ſi dependeant a cauſis vniverſalibus (v. g. ab influxu Cœlorum) ita dependent ab illis, quod non ſint, quia ab illis excitantur; ſed quia eliciuntur ex libero imperio voluntatis; & ideò occultantur Angelis, qui non poſſunt cognoſcere naturaliter quemlibet motum in-

Ad quod reſpõdetur.
Actus noſtri liberi phantaſiæ, & appeti-

Digitized by Google

tus ſenſitivi, et ſi dependeant à cauſis vniuerſalibus, ita dependent ab illis, quod non ſint, quia ab illis excitantur.

ternum dependentem à cauſis vniuerſalibus; ſed tantùm illum, qui ab eis dependet neceſſariò; vt dependere ſolet actus noſter phantaſiæ, & appetitus ſenſitivi (quando, ſcilicèt non eſt liber; ſed ex ſolis cauſis naturalibus excitatur) qui actus vtpotè neceſſarius, eſt ab Angelis cognoſcibilis naturaliter, ſicut cæteri actus creati neceſſarij intra ordinem naturalem.

Et ideo occultantur Angelis. Motus iàm exiſtens membrorum externorũ ſemper eſt cognoſcibilis naturaliter ab Angelo, ſed non præciſſe quia depẽdet à cauſis vniverſalibus.

106 Ad illud: quo probatur minor dicatur: quod motus iam exiſtens membrorum externorum hominis, ſemper eſt cognoſcibilis naturaliter ab Angelo, ſed non præciſſe, quia dependet à cauſis vniuerſalibus (à quibus etſi poſsit excitari neceſſariò; poteſt etiam non excitari neceſſariò; ſed eſſe ex illis, & ſimul ex imperio libero voluntatis ipſiusmet hominis determinante influxum Cœlorum ad talem motum) ſed quia eſt actus externus de cuius conceptu eſt non occultari naturaliter. Ex quo ſequitur, quod non eſt occultus actus potentiæ loco motiuæ hominis; quia licet hæc *activè* ſumpta ſit ipſa voluntas libera hominis; at *paſsivè* accepta, eſt in externis membris eiuſdem hominis. Vnde motus talis potentiæ provt in re exercitæ eſt motus externus.

Si inquiras an prædicti actus liberi *intellectus, phantaſiæ, & appetitus ſenſitivi* ſint occulti, quoad modum libertatis, vel an etiam quoad ſubſtantiam actuum?

107 Si pro complemento doctrinæ præſentis corollarij inquiras: an actus liberi intellectus à ſe non eliciti, & actus noſtri phantaſiæ, & appetitus ſenſitivi, imperati à voluntate libera ſint Angelis naturaliter occulti quoad modum libertatis præciſſe, vel an etiam quoad ſubſtantiam, & entitatem talium actuum?

Reſpondemus, quod quoad vtrumque. Quia vt quoad vtrumque ſint incogoſcibiles, ſufficit, quod ratio illorum occultationis reperiatur in modo libertatis.

108 Reſpondemus. quod quoad vtrumque; quia vt ſint occulti quoad ſubſtantiam, & modum, non requiritur, quod ratio à qua provenit, quod ipſi ſint occulti reperiatur in eorum ſubſtantia, ſeu eſſentia, & in modo libertatis ipſorum; ſed ſufficit, quod inveniatur in modo. Eo enim ipſo, quod modus libertatis ſit ratio, vt actus internus liber occultetur, totus actus occultatur, & ſi non a toto, quod ipſe eſt, habeat ocultari. Cuius ſuperſunt exempla cuivis pervia.

Dein-

109 Deinde venit obſervandum adictis in numero 19. ad eſſe fundamentum pro Concluſione noſtra, nedùm in Scriptura, & PP.(vt placuit P. Vazq. loco citato inprædicto n.) verũ, & in ratione ita efficaci, quod nec, vt à nobis propoſita, in robore minuatur (vt notum fiet eam conſideranti) & quæ ſe ſola eſt ſufficiens ad ſtabiliendum à ratione noſtrum aſſumptum. Tertium corollarium. Ratio pro noſtra concluſione eſt valdè efficax. *P. Vazquez.*

Tum: quia ipſam ſolam ad id ſufficere, inveniet illam ponderans; præcipuè ſi attendat ad ſolutionem argumentorum, quæ licet (pro poſſe noſtro) propoſita, ſatisfieri videntur (ni fallimur) doctrinis ex præfata ratione depromptis. Tum quia Præceptor Angelicus vſus fuit ad idem, quod nos ratione noſtra, vt tanquam ſe ſola ſufficiente, vt obſervabit legens SanctumDoctorem tàm in art.4. quæſt.57. primæ partis (ſi ibi ſedulò introſpiciat reſolutionem articuli, vt eam introſpexit Magiſter Ferre tomo 3. in 1. part. numero 947.) quàm in expoſitione ſuper 1. Ad *Corinthios* 2. lect.2. vbi ideò negat Angelum cognoſcere ſecreta cordis alieni; quia non illabitur tali cordi, quem illapſum (in 2. diſt, 8. quæſt. 1. art. 5. ad 5.) relegavit ab Angelis Magiſter Angelicus propter dominium, quod habet cor, vel voluntas elicientis actus internos liberos ſupra dictos ſuos actus; cum ita loquatur: *In voluntatem autem imprimere ſolius Dei eſt, quod eſt propter libertatem voluntatis, quæ eſt domina ſui actus.* Et ſe ſola ſufficit ad ſtabiliendam illam à ratione. *S. Thomas* ea fuit vſus. *Mag. Ferre.*

Tum quia ſi eſſet alia ratio in ſuplementum aſsignatæ eſſet illa valdè familiaris aliis Thomiſtis, & illuſtrata à R.R. Magiſtro Bayona in hoc eodem dubio, ſcilicèt, quod Angelus non poteſt naturaliter cognoſcere actus internos liberos à ſe non elicitos, quia non pertinent ad ordinem rerum naturalium, ſeu huius vniuerſi; ſed licet iſta ſit validiſsima (vt iam ſuppoſuimus in numero 3.) nedùm non ſuplet noſtram; verùm, & ſuas vires accipit à noſtra; quia inquirenti cur actus interni liberi non pertinent ad ordinem vniverſi? Rectè reſpondetur dicendo, quod: quia ſolùm ſunt ſub Dominio Dei, & ſubiecti elicientis illos. *RR. Bayona.* Hæc ratio dat vires alteri aliis Thomiſtis familiari.

Si dicas.

110 Si dicas: Non poſſe eſſe hanc reſponſionem ſufficientem: alias actus internus liber elicitus ab Angelo A, & directus ad Angelum B; non poſſet ab illo cognoſci; cum hic actus ſolùm dependeat ab Angelo A, & a Deo, & conſequenter, ſi quod ab his tantùm dependet, non pertinet ad ordinem vniverſi, & hoc deſideratur, vt poſsit cognoſci ab Angelo B, non erit talis actus ab illo cognoſcibilis.

Reſpondebimus.

Explicatur quid intelligitur hic per eſſe de pertinentibus ad ordinem vniuerſi.

S. Thomas.

111 Reſpondebimus explicando, quid intelligatur hic *per eſſe de pertinentibus ad ordinem vniverſi*, vt ex huius intelligentia roboretur ſufficientia reſponſionis datæ. Igitur illud pertinet ad ordinē vniuerſi, quod, vel eſt pars illud integrans (vt ſunt omnes ſubſtantiæ *corporeæ, viuentes, ſentientes, & intelligentes*; eò, quod vniuerſum eſt vnum rerum omnes gradus eſſendi in ſe comprehendens) vel dependet à cauſis vniuerſalibus adaptatis à Deo, ad hoc, vt cauſas particulares ad ſuas operationes mouerent (vt docet Magiſter Angelicus 1. p. quæſt. 103. art. 7. & 6.) vel habet, vltra dependere à Deo, & à ſuo eliciente, pertinere quodammodò ad aliquam partem ex integrantibus vniuerſum: Si enim, ſic ſe habeat, & ſi non intret ordinem vniverſi *abſolutè, & ſimpliciter, & omnino perfectè*; intrat *ſecundùm quid*, quia intrat, vt ordinatū ad id, quod perfectè intrat ordinem vniuerſi.

Actus internus liber elicitus ab Angelo A, & directus ad Angelum B. pertinet *ſecundùm quid* ad ordinē vniuerſi.

Ex quo colligitur, quod talis actus nō ſit cognoſcibilis naturaliter ab alijs Angelis, quā ab Angelo B.

112 Ex quibus colligitur, actum internum liberum elicitum ab Angelo A, & directum ad Angelum B, pertinere *ſecundùm quid* ad ordinem vniuerſi, cum ordinetur ad Angelum B, integrantem (vt partem) hoc vniuerſum, & intrantem perfectè vniuerſi ordinem, & conſequenter dicat hanc ordinationem, vltra dependere à Deo, & ab Angelo A illum eliciente, quam non dicit actus internus liber, ab eodem Angelo elicitus, & ad nullum alium directus.

Et ex hoc habetur, quod actus internus liber elicitus ab Angelo A, & ad ſolum Angelum B, directum, non ſit cognoſcibilis naturaliter ab alijs Angelis; quia cum non pertineat ad ordinem vniverſi abſolutè, & perfectè; ſed præciſè ſecundùm quid (in quantùm eſt, vide-

Digitized by Google

videlicèt,de pertinentibus ad aliquam partem vniuerſi, quin in ſe ſit pars vniuerſi, vel dependeat à cauſis vniuerſalibus vniuerſi) non habet illud fundamentum proximum (proximum dicimus ad diſtinctionem fundamenti à nobis propoſiti, quod eſt fundamentum hic radicale) ex quo probatur, quod obiectum creatum eſt cognoſcibile naturaliter ab omni Angelo. Et ſi habeat, quod requiritur, vt ſit cognoſcibile ab Angelo B, cùm ille poſsit cognoſcere quidquid ad ipſum pertinet; vt ad eum pertinet prædictus actus ex illo tunc, ex quo fuit ad Angelum B, ordinatus per directionem Angeli A, elicientis talem actum.

Si ſcire deſideres quid ſit; *Prædictum actum directum ad Angelum B, eſſe de pertinentibus ad talem Angelum*? Conſule M. Ferre, tomo 3.1.p. numero 1234. Vbi Invenies, quod actus internus liber elicitus ab vno Angelo, & ad alium ordinatus per directionem ſui elicientis, pertinet ad illum Angelum, ad quem dirigitur, in quantùm hic ex vi præfatæ ordinationis poſsidet *moraliter* (& ſi non *phyſicè*) prædictum actum. Quod quia ibi explicatur abundè, non ampliùs declaramus.

Si ſcire deſideres quid ſit hũc actum. Eſſe de pertinentibus ad Angelum adquem dirigitur. Conſule *M. Ferre.*

153 Oppones tamèn ex alia parte (& certè difficiliùs) dicendo, quod etiam actus internus liber elicitus ab vno Angelo, & ad nullum alium directus eſt de pertinentibus abſolutè ad ordinem vniuerſi: ergo, quod talis actus dependeat ſolùm à Deo, & à ſuo eliciente, non ſuadet, quod non pertineat ad ordinem vniuerſi; & conſequenter, quod non ſit ab alijs Angelis naturaliter cognoſcibilis. Antecedens eſt doctrina Præceptoris Angelici 1.part.quæſt. 22. artic.4. in cuius corpore (vt doceat; ideò divinam providentiam non tollere libertatem noſtrorum actuum; ſed potiùs talem libertatem ſervare; quia divina providentia conſervàt bonum vniuerſi, quod cum requirat omnes gradus entium, etiam requirit entia libera, quin ei ſufficiant entia non libera; & prout contra poſita entibus liberis, & contingentibus entia naturalia appellata) ita loquitur: *Principale bonum in ipſis rebus exiſtens eſt perfectio vniuerſi. Quæ quidèm non eſſet, ſi non omnes gradus eſſendi inveni-*

Oppones tamèn.

S.Thomas.

Digitized by Google

venirentur in rebus. Vnde ad diuinam prouidentiam pertinet omnes gradus entium producere: & ideò quibuſdam effectibus præparavit cauſas neceſſarias, vt neceſſariò evenirent: quibuſdam verò cauſas contingentes, vt evenirent contingenter.

Ad quod reſpõdetur.

114 Ad quod reſpondetur negando antecedens, & ad eius probationem dicatur: Præceptorem Angelicum in prædictis verbis non eſſe in favorem arguentis; cum non dicat, quod omnia entia libera, & non libera pertinent ad ordinem vniverſi; ſed quod omnes gradus entium pertinent ad talem ordinem. Vnde ex hoc loco, nec probari poteſt, quod omnia entia naturalia, prout contra poſita liberis, ſpectant ad prefatum ordinem, ſed hoc ex alijs principijs Sancti Doctoris eſt probandum, præcipuèquè ex 1. parte quæſt. 103. Igitur mens Doctoris Angelici in oppoſito teſtimonio eſt: & quod ad perfectionem vniuerſi tendunt omnes gradus eſſendi, ſeu entium (quod ſalvatur, & ſi non omnia entia ſub ſingulis gradibus entium comprehenſa pertineant ad ordinem vniuerſi) & quod omnia, quæ ſub his gradibus comprehenduntur, cadunt ſub providentia Dei: *Qui* (vt ait ibi Magiſter Angelicus in ſolutione ad 3.) *eſt vniverſalis prouiſor totius entis.*

S. Thomas non fauet arguenti.

Eius mens explicatur.

115 Nec hoc opponitur ſupra dictis: immò conſonum eſt doctrinæ datæ in numero 63. vbi diximus eſſe naturaliter cognoſcibile à quolibet Angelo: voluntatem creatam eſſe liberam, non ſolùm in actu primo, ſed vt elicituram in actu ſecundo, ſeu in aliquo nunc aliquem actum internum liberum (dùm non determinetur hic actus præalio, nec hoc nunc præalio, in quo eliciatur) quia rectè cohæret, quod hic actus internus liber determinatè, & ille determinatè, &c. non ſint de pertinentibus ad ordinem huius vniuerſi, & conſequenter, nec ſint naturaliter cognoſcibiles ab Angelo, cum hoc, quod actus internus liber defactò exiſtens in aliquo nunc (quin ille, nec nunc in quo ſit, determinentur) ſpectet ad ordinem vniverſi,

Dictum hic nõ opponitur ſupra dictis, ſed potiùs eſt eis valdè conſonum.

Digitized by Google

nè omnis gradus entis ab vniuerſo deficiat;& ſit naturaliter cognoſcibilis ab Angelo.

§. VI.

Proponuntur difficultates, quibus ſubijciuntur aliæ rationes adductæ pro noſtra concluſione.

VT præſens dubium pleniùs decidatur; non erit extra rem examinare vim argumentorum, ob quæ multi ſatis docti MM. iudicant, vt valdè difficiles alias rationes noſtræ concluſionis probativas.

Proponuntur, & impugnantur aliæ rationes concluſionis noſtræ probatiuæ.

116 Inter quas prima eſt illa, qua aliqui intendunt declarare mentem Doctoris Subtilis; dicentes, quod actus internus liber, eſt in cognoſcibilis ab Angelo cum non eliciente; orta in potentia ad cognoſcendum illum, ex eo, quod Deus negavit illi concurſum ad talem cognitionem, qui concurſus, & eſt conditio indiſpenſabiliter ad illam requiſita, & non eſt in poteſtate Angeli, vt eum acquirat; quæ omnia ſimul ſumpta reddunt Angelum impotentem cognoſcere prædictum actum.

Et prima intendens declarare ſenſum Doct. Subtili.

117 Cæterùm hi, & procedunt parùm conformes Doctori Subtili: cum ipſe in ſecundo diſtinct. 9. quæſt. 2. §. citato in numero 7. ſentiat, quod Angeli boni, non ſolùm poſſunt cognoſcere, cum communi Dei influentia, ſecreta cordis alieni (ſi ſint ordinis naturalis) verùm, & quod cognoſcunt defacto illa: & in 4. diſtinctione 10. relata in dicto numero 7, & ſi neget, quod Angelus malus cognoſcit prædicta ſecreta, quia impeditur ad eorum cognitionem per ſubſtractionem concurſus generalis, fatetur quod, adhuc ſuppoſita negatione talis concurſus, ſervat Angelus malus virtutem ad cognoſcenda præfata ſecreta. Et inefficaciter arguunt, quia cum concurſus Dei (de quo loquuntur) non ſit requiſitus ad

Sed non conformatur *Scoto*.

Et inefficaciter arguit.

ad poſſe cognoſcere, ſed tantùm ad cognoſcere cordis ſecreta, negatio illius, & impotentia Angeli ad illum acquirendum, non poſſunt inducere in potentiam antecedentem ad cognoſcendum dicta ſecreta, ab iſtis AA. prætenſam per hanc ſuam rationem.

Secunda Capreoli diſcurrit de ſecretis cordium, ſicut de futuris liberis.

118 Capreolus verò in 2. diſt. 8. quæſt. 1. art. 1. opinatur: Eſſe naturaliter occultum Angelo actum internum liberum à ſe non elicitum, ex hoc, quod talis actus procedit à potentia indifferenti; & ideo non eſt cognoſcibilis naturaliter, ſicut non eſt cognoſcibile naturaliter futurum liberum, vt eſt in ſua cauſa indifferenti creata.

Quæ impugnatur ex eo, quod aliter de ſecretis cordis, ac de futuris liberis eſt hic ſentiendum.

119 Sed contra hoc placitum eſt, quod aliter ſe habet futurum liberum, ac actus internus liber defacto exiſtens (de quo dumtaxat hic controvertitur, vt iam ſæpiùs notavimus) quia futurum liberum nullam habet exiſtentiam in ſe; nec vllam habet determinationem in ſui cauſa creata; at actus internus liber, defacto exiſtens, & actu habet exiſtentiam in ſe, & habet determinationem in ſui cauſa creata (& ſi determinationem cum libertate compoſitam) ergo licèt futurum liberum non ſit cognoſcibile naturaliter nec Angelo, nec homini, poterit eſſe cognoſcibilis naturaliter, vel Angelo, vel homini, actus internus liber creatus, ab illis non elicitus, ſi non ſit alia ratio præter datam ab illis Authoribus.

Tertia Gregorij ex non propinquitate Angelo A, actus interni liberi à ſe non eliciti.

120 Reijcitur etiam ratio adducta à Gregorio in 2. diſtinctione nona, quæſtione prima, vbi iudicat; ideò non cognoſci ab Angelo A, actum internum liberum ab alio elicitum; quia talis actus non eſt illi propinquus in eſſe obiecti, & non eſſe illi propinquum in eſſe obiecti ſuadet, ex eo, quod prædictus actus non eſt tanquã in ſubiecto in Angelo A.

Quod fundamentum deficit.

Vt obiectũ cognoſcendum ſit propinquum cog-

121 Quæ quidèm ratio deficit, cum ad hoc, vt aliquis actus vnius Angeli, ſit alteri Angelo propinquus in eſſe obiecti, non requiratur, quod ſit in tali altero, tanquàm in ſubiecto; Tùm quia actus neceſſarius, elicitus ab Angelo B, non eſt tanquàm in ſubiecto in Angelo A, & tamèn eſt propinquus in eſſe obiecti

A 1-

Angelo A, ſiquidèm eſt ab illo naturaliter cognoſcibilis: Tùm quia actus liber etiam elicitus ab Angelo A, & manifeſtatus Angelo B, eſt propinquus in eſſe obiecti Angelo B, quin ſit in tali Angelo tanquàm in ſubiecto. Tum deniquè, & præcipuè; quia actus elicitus liberè à voluntate Angeli, non cognoſcitur per ſe ipſum; ſed per ſpeciem ipſius actus, exiſtentem in cognoſcente illum: Igitur dùm ſaluetur, quod ſpecies actus liberi, eliciti ab Angelo B, eſt in Angelo A, erit prædictus actus propinquus Angelo A, in eſſe obiecti, cum ad hoc ſufficiat, quod ſit propinqua in eſſe rei Angelo A, ſpecies præfati actus, ſeu, quod ſpecies talis actus ſit in Angelo A.

cognoſcenti in eſſe obiecti, nõ requiritur, quod ſit in cognoſcente tanquàm in ſubiecto,

Quarta Richardi nitens in eo, quod ſecretũ cordis alicui occultatur in profundo ſui elicientis, vt intelligens creatũ aliud ab eo non cognoſcat illud.

122 Nec efficaciora ſunt fundamenta à Richardo, & ab Alenſi propoſita, quorum primus in 2. diſt.8. artic.2. quæſt.4. aiebat eſſe incognoſcibilem vni Angelo actum internum liberum ab alio elicitum, quia Angelus eliciens talem actum, habet profundum, in quo tenet prædictum actum.

Sed non ſubſiſtit; & impugnatur primò.

123 Quod quidèm non ſubſiſtit: primò, quia ſi tenere in profundo, eſt idem, ac abſcondere, de hoc eſt controverſia; cur videlicèt Angelus eliciens aliquem actum internum liberum, abſcondit illum alteri Angelo in ſui profundo? Secundò, quia ſi per hoc, quod eſt *tenere in profundo* nihil aliud ſignificatur (vt apparet ex explicatione Richardi) quam habere *in ſuo interiori*, vel intra ſe, actum liberum à ſe elicitum; idem evenit, tùm in actu interno neceſſario; tùm in actu interno libero, & per directionem internam manifeſtato; qui quidèm actus ſunt in interiori ſui elicientis, ſeu intra elicientem ipſos, & nihilominùs actus internus neceſſarius elicitus ab Angelo A, & actus internus liber ab eodem elicitus, & per ſuam directionem internam manifeſtatus Angelo B, ſunt naturaliter cognoſcibiles Angelo B: ergo non ſubſiſtit fundamentum Richardi.

Secundò.

124 Alenſis verò (2. part. quæſt.26. in 3.) ad ſtabiliendam incognoſcibilitatem prædictam, nitebatur in eo, quod actus interni liberi gaudent magna ſimplicitate; & ideò ſunt occulti, ratione talis ſimplicitatis: Ad

Quinta Alenſis nixa in ſimplicitate ſecretorum cordis.

Quæ faciliter enervatur.

Ad hoc enervatur faciliùs: Tum quia actus interni neceſſarij, vel adæquant, vel excedunt in ſimplicitate actus internos liberos, & non obſtante hac ſimplicitate ſunt cognoſcibiles naturaliter ab vno Angelo actus interni neceſſarij ab alio eliciti; & tum quia actum eſſe ſimplicem potiùs ſuadet ipſum eſſe cognoſcibilem, quàm ipſum eſſe in cognoſcibilem; igitur fundamentū hoc non firmat noſtram concluſionem.

Fit quædā ſuppoſitio, vt ratio Patris Suarez impugnetur.

125 Nè tamèn aliquid omiſſum faciamus, dùm id, quod nobis videtur difficile in alijs noſtri aſſerti probationibus oſtendere curamus, vnum ſupponimus ex dictis in numero 55. vt impugnemus rationem, qua P. Suarez libro 2. de *Angelis*, cap. 23. numero 17. probat, quod actus interni liberi ſunt naturaliter occulti intelligenti creato ipſos non elicienti. Igitur, quod ſupponimus eſt: quemlibet Angelum habere nunc ſpeciem intelligibilem ei repræſentantem in actu primo actus internos liberos alterius Angeli à ſe diſtincti; eò, quod ſpecies intelligibiles omnium obiectorum, quæ decurſu temporis cognoſcit Angelus, fuerunt Angelo infuſlæ a principio ſuæ conditionis, vt iam diximus in diſputatione de medio cognitionis Angelicæ, dubio 3. num. 59.

Et ſuadetur ex S. Thoma.

Et vltra illud hoc etiam ſuadetur ex Angelico Præceptore, tùm in prima parte, quæſtione 55. art. 2. Vbi loquens de modo, quo Angelus habet ſpecies rerum cognitarum; ita loquitur: *A Deo ſpecies rerum cognitarum acceperunt ſimul cum ſpirituali natura*: tùm in quæſt. 9. de *Veritate*, art. 4. ad 11. vbi ait: *Angelus per ſpeciem, quā habet alterius Angeli, cognoſcit omnia, quæ ſunt in illo, etiam eius cogitationes liberas, quando alter vult illi eas manifeſtare.* In quibus verbis expreſsè docet Sanct. Doctor, quod non habet vnus Angelus aliam ſpeciē pro cognitione Angeli alterius, & aliā pro cognitione actuum liberorum talis alterius Angeli; ſed quod vna, & indiviſibili ſpecie cognoſcit, & alterum Angelum, & actus internos liberos talis alterius Angeli: ergo cum habeat quilibet Angelus ſpeciem intelligibilem repræſentativam alterius Angeli a ſe diſtincti, nunc etiam habet ſpeciem repræſentativam actuum internorum liberorum talis alterius Angeli.

Angelus A, per ſpeciem, quam habet Angeli B, cognoſcit actus liberos talis Angeli.

Ve-

Verùm conſultò dicimus,quod prædicta ſpecies tantùm eſt repræſentativa in actu primo talium actuũ, dùm ipſe manent occulti intra Angelum illos elicientẽ, quia cum propugnemus,quod dum ſic manent,ſunt obiectum improportionatum reſpectu intellectus alterius Angeli(vt conſtat ex dictis in numero 55.) conſequens eſt,quod non repræſententur in actu ſecundo per dictam ſpeciem;quæ aliter repræſentat Angelo A,Angelum B, quam actus internos liberos Angeli B.nam iſtos præcisè repræſentat in actu primo,pro toto illo tempore, pro quo ipſi ſunt occulti, licèt Angelum B,cuius ſunt tales actus,repræſentet in actu ſecundo;eò,quod hic eſt obiectum proportionatum intellectui cuiuſcumque alterius Angeli;non verò ſunt ſimile obiectum ſui actus interni liberi.

Sed prædicta ſpecies tantùm eſt repræſentativa actu primo ſecretorũ cordis.

126 Quo præiacto iam inſurgimus contra rationem adductam,& à P. Suarez,vbi ſupra relato, & ab Arrubal,prima parte,diſputatione 169.capite 2. ſcilicèt eſſe naturaliter incognoſcibiles actus internos liberos Angelo illos non elicienti;quia talis Angelus non habet ſpecies repræſentativas prædictorum actuum. Tũ ex eo,quod hæc ratio opponitur teſtimonijs Præceptoris Angelici poſitis in numero 125. Tùm quia præfata ratio non eſt ex ſe ſufficiens ad id fundandum, cum ad hoc exigat aliam rationem pro ſe ipſa;eò,quod reſpondẽs cum Suarez *rationem huius incognoſcibilitatis,eſſe quod Angelus non habet ſpecies intelligibiles actus interni liberi à ſe non eliciti*;debet huius præbere rationem, & dicere, cur hoc ita evenit,*quod Angelus non habet ſpecies actus interni liberi à ſe non eliciti*?&(vt notat P. Arriaga,diſput. 9.de *Angelis*,numero 41.)nullam rationem dat Pater Suarez defectus talium ſpecierum. Tum quia, ſi huius rationis alia detur ratio, erit,quod ideò non datur in vno Angelo ſpecies intelligibilis actus interni liberi alterius Angeli; quia talis actus internus eſt liber(cum non neget P. Suarez,dari in vno Angelo ſpeciem actus neceſſarij alterius Angeli) quod eſt incidere in petitionem principij,non ſemel à nobis hic obſervatam.

Sexta ratio P, *Suarez*. dantis pro cauſa incognoſcibilitatis ſecretorum cordis alieni, quod Angelus ea non eliciens, non habet ſpecies repræſentativas illorum. Qua ratione etiam vtitur P. *Arrubal*.

Verùm multipliciter impugnatur.

P. Arriaga.

Si huius rationis alia detur ratio petitur principium.

Tùm

Non habere ſpeciem intelligibilem ad cognoſcendum obiectum, non eſt non poſſe cognoſcere illud.

127 Tum: quia, hoc eſt potiùs relinquere actus internos liberos naturaliter cognoſcibiles, cum ſit negare Angelo non vires ad illos cognoſcendos; ſed præciſsè illud, quod vires ad cognoſcendum ſupponit, vt illas ſupponunt ſpecies intelligibiles. Sicut dicere, quod non habet nunc noſtra potentia viſiva ſpeciem ad videndum, vel ea, quæ ſunt in centro terræ, vel ea, quæ ſunt in Empyreo, non negat, quod talia viſibilia exiſtentia in dictis locis ſint naturaliter à nobis viſibilia. Tum quia in infinitum multiplicarentur ſpecies intelligibiles in quolibet Angelo, ſi pro ſingulis actibus internis liberìs, per totam æternitatem ipſi manifeſtatis ab altero Angelo, ponerentur de novo in Angelo audiente ſpecies actus interni liberi, tali Angelo de novo manifeſtati. Tum quia cum cognoſcere certò actus internos liberos à ſe non elicitos (dùm ſecreti ſunt) ſit proprium Dei, vt conveniat intelligenti creato (ipſis actibus internis ſecretis manentibus) eſt neceſſarium, quod elevetur tale intelligens per aliquod lumen ſupernaturale, quin ad hoc ſufficiant ſpecies intelligibiles de novo advenientes; ſicut quia cognoſcere certò futura libera, eſt proprium Dei, vt hoc conveniat intelligenti creato exigitur lumen ſupernaturale; ideòque ad illa cognoſcenda certò ponitur in intellectu humano Chriſti Domini lumen ſupernaturale propheticum, & ſcientiæ per ſe infuſſæ ſupernaturalis.

Præcipuè impugnatur præfata ratio.

128 Tùm, & præcipuè: quia ſi ſpecies intelligibiles talium actuum liberorum deficerent Angelo B, dùm illi non manifeſtantur ab Angelo A, & ei adveniunt prædictæ ſpecies, quando ipſi manifeſtantur hi actus ab Angelo B. (vt fatetur ſolutionis Author) ſtatim occurrit dubium, an quando adveniunt tales ſpecies, infundantur de novo a Deo, vel an acquirantur ab Angelo B, & ei immitantur ab actu libero manifeſtato? Si dicatur, quod de novo infunduntur à Deo, debet reddi ratio, cur Deus non conceſsit Angelo B, ſpecies talium actuum, vſque dùm ipſi manifeſtarentur ab Angelo, quæ quidèm ratio nequit dari; nam, vel actus liber Angeli A, ab intrinſeco eſt naturaliter cognoſcibilis ab Angelo B, & tunc eo ipſo, quod exiſtat talis actus antequam

mani-

manifeſtentur ab Angelo A, infundet Deus Angelo B, ſpeciem prædicti actus; eò, quod Deus naturaliter operans tenetur dare Angelo ſpecies ad cognoſcendum omnia obiecta naturaliter cognoſcibilia, ita, quod eſſet miraculum, quod Deus non infunderet tali Angelo ſpeciem obiecti ab ipſo naturaliter cognoſcibilis: qua propter deberet dici, quod vnus Angelus poteſt cognoſcere actus internos liberos alterius Angeli, & quod eſt miraculum, quod ipſos nō cognoſcat; quod quidèm eſt ſatis difficile.

Deus naturaliter operans tenetur dare ſpecies intelligibiles, vt Angeli cognoſcāt omnia obiecta naturaliter cognoſcibilia.

129 Si autem dicatur, quod actus interni liberi ſunt naturaliter in cognoſcibiles ab intelligente creato illos non eliciente ante hoc, quod manifeſtentur à ſuo eliciente; & quod ob hanc rationem Deus nō infundit tali intelligenti ſpecies prædictorum actuum.

Si dicatur, quod Deus non dat Angelo ſpeciē intelligibilē ſecreti alieni, quia eſt naturaliter in cognoſcibile.

130 Reſtat inquirere: Cur tales actus ſunt naturaliter in cognoſcibiles ab intelligente creato illos non eliciente? & ita lis ſub iudice relinquitur (quin illam terminet, & huic interrogationi ſatisfaciat reſponſio Patris Amici dicentis hic: quod quia ſunt eſſentialiter ſecreti prædicti actus. Cum hoc ſit petere principiū; eò, quod ſentiens hos actus eſſe naturaliter cognoſcibiles ab Angelo, negabit eſſe eſſentialiter ſecretos, quod impugnari non poterit, ex eo, quod ſint dicti actus eſſentialiter ſecreti, niſi probetur idem per idem) Igitur non ſuadetur: Actus internos liberos eſſe in cognoſcibiles naturaliter ab intelligente creato illos non eliciente, ex eo, quod tale intelligens non habeat ſpecies intelligibiles repræſentativas prædictorum actuum.

Non terminatur præſens lis.
P. Amicus.

Et hæc de hoc dubio applicando libr. 2. diſt. Magiſtri. Tùm diſt. 3. vbi de eo Doctor Angelicus, quæſt. 2. artic. 3. & Durandus, quæſt. 7. numero 18. & quæſt. 8. numero 1. Tùm diſt. 7. vbi Argentina, quæſt. 1. art. 2. in fine. Tùm diſt. 8. vbi Doctor Angelicus, quæſt. 1. artic. 5. ad 5. D. Bonaventura. p. 2. art. 1. quæſt. 6. Capreolus, quæſt. 1. artic. 1. & Richardus artic. 2. quæſt. 4. Tùm diſt. 9. vbi Doctor Subtilis. q. 2. §. *& verſ. Ad argumenta ſecunda quæſt.* Gabriel. q. 2. artic. 2.

S. Thomas.
S. Bonaventura.
Durandus.
Scotus.
Argentina.
Capreolus.
Richardus.
Gabriel.

Digitized by Google

Gregorius. *Hervæus.* *P. Ripalda.*

& Gregorius, quæſt. 2. Tum diſt. 10. vbi cum multis alijs P. Ripalda, in quæſt. 7. Necnon libro 3. vbi de illo Hærvæus diſt. 8. quæſt. 3. Tandèmque lib. 4. vbi de eo Doctor Subtilis cum ſuis diſt. 10. q. 8. in ſolutione ad 3. *principale*, & diſt. 45. q. 4. ad 2.

DVBIVM III.

Vtrùm Angelus poſsit cognoſcere naturaliter certò myſteria gratiæ?

§. I.

Notantur Aliqua.

Primum notabile.

Res quædam ſunt ſupernaturales *quoad ſubſtantiam*; quædam verò præciſè quoadmodum.

1 AD cuius dubij faciliorem reſolutionem notandum eſt: Res ſupernaturales, eſſe ſupernaturales ſecundùm duplicem acceptionem; nam, & ſunt aliæ ſupernaturales *quoad ſubſtantiam*, & ſunt aliæ ſupernaturales præciſè *quoadmodum*; Primo modo ſunt ſupernaturales: *Gratia iuſtificans, virtutes ſupernaturale, Viſio beatifica, &c.* quia omnia hæc ex ſua eſſentia, & ex natura ſua habent eſſe ſupernaturalia. Res verò ſupernaturales præciſè *quoadmodum* dicuntur illæ res, quæ ex ſe non denominantur ſupernaturales, ſed ex aliquo caſu accidentali, quo hic, & nunc tales res producantur: vnde propter hoc denominari ſolent ſupernaturales ex parte cauſæ efficientis, & ita eſt ſupernaturalis viſus cæco reſtitutus, quia licèt talis reſtitutio, ſeu actio, qua reſtituitur in ſua entitate naturalis ſit: at, quia hic, & nunc eſt independenter a diſpoſitionibus, quas naturaliter petit, & modo miraculoſo; ideò dicitur præfata reſtitutio *ſupernaturalis quoadmodum*.

De ſecundis nō procedit quæſtio.

De rebus igitur ſupernaturalibus, præciſè quoad modum nō procedit præſens dubitatio; quia, cum tales res ſint ordinis naturalis quoad ſubſtantiam, ſunt naturales entitativè, & intrinſecè; & conſequenter poſſunt cog-

cōgnoſci virtute naturali (licèt quia ſunt ſupernaturales quoadmodum, ſeu extrinſecè ex parte cauſę efficiētis, aliter diſcurrūt aliqui de illis cōſideratis, vt effectus ſunt, & per reductionem ad talem ſuam cauſam) vnde propoſita controverſia dumtaxat eſt de rebus ſupernaturalibus quoad ſubſtantiam, ideſt entitativè, & intrinſecè.

2 Conſultò tamèn, vocamus res ſupernaturales quoad ſubſtantiam *ſupernaturales entitativè, & intrinſecè* (ſicut naturales quoad ſubſtantiam *naturales entitativè, & intrinſecè*) quia licèt Magiſter Maſtrius in 2. ſent. diſp. 2. numero 314. (ſentiens & vt ipſe exiſtimat, iuxta mentem Doctoris Subtilis, quod diſtinctio rerum creatarum ſupernaturalium quoad ſubſtantiam, à ſupernaturalibus quoadmodum, eſt aſsignanda per extrinſeca, ſeu per comparationem ab agens; non verò per intrinſecas rerum entitates) iudicet, quod res creata ſupernaturalis quoad ſubſtantiam, non eſt ſupernaturalis intrinſecè, & entitativè. Oppoſitum tenet conſenſus communis Theologorum, immò, & ferè omnium illorum placitum, cum etiam Nominales, & aliqui Antiquitùs negantes entia ſupernaturalia quoad ſubſtantiam (de quorum Authorum numero fuiſſe Doctorem Subtilem putat Pater Alarcon. 1. part. tract. 1. diſput. 2. numero 1.) pro eodem habuiſſent res eſſe ſupernaturales quoad ſubſtantiam, ac eſſe ſupernaturales in ſuis entitatibus, ſeu entitativè, & intrinſecè, intelligentes per *ly quoad ſubſtantiam*, idem, ac quoad entitatem, & eſſentiam; quomodò ſunt etiam ſupernaturalia accidentia intrinſecè ſupernaturalia.

Res ſupernaturales quoad ſubſtantiam ſunt ſupernaturales entitativè, & intrinſecè.
M. Maſtrius.

Scotus.
P. Alarcon.

Quod animadvertimus, nè fortè videatur legenti M. Maſtrium nos ignorātes eſſe conceptus ſupernaturalitatis, intrinſecæ aliquibus rebus creatis ſupernaturalibus, ab ipſo non admiſſę; & ſi fateatur eſſe res creatas ſupernaturales quoad ſubſtantiā: cuius in hac re ſententia (dubium eſt) an ſit conformis Doctori Subtili, tàm quoad diſtinctionem ſupernaturalitatis quoad ſubſtantiam a ſupernaturalitate intrinſeca, & entitativa quàm

Digitized by Google

quoad negarè eſſe res creatas entitatiuè, & intrinſecè ſupernaturales. De quo infra dicemus.

Secundũ notabile.

3 Secundò prænotari opp ortet, quod non omnes res ſupernaturales quoad ſubſtantiam, ſeu non omnia myſteria ſupernaturalia pendent ex voluntate libera Dei, vt liberè operante; eò, quod myſterium Sanctiſsimæ Trinitatis, non ita pendeat à Deo; ſiquidèm in Proceſsione Divinarum Perſonarum Deus non operatur liberè, ſed neceſſariò; quamvis quia hoc ineffabile myſterium eſt ex his, quæ principaliter dicuntur abſcondita a ſæculis in Deo, pendeat ex libera voluntate Dei, quoad hoc, quod eſt creaturis revelari. Dubium tandèm noſtrum eſt de myſterijs ſupernaturalibus, quæ ſunt iam patrata extra Deum; & ſic non eſt de Myſterio Trinitatis, quod, vt benè notat Pater Suarez, libro 2. de Angelis, capite 29. numero 1. eſt naturaliter incognoſcibile Angelo tàm intuitivè, quàm abſtractivè.

Dubium eſt de myſterijs gratiæ dependentibus ex libera voluntate Dei.

Et ſic non eſt de myſterio Trinitatis.

P. Suarez.

Tertium notabile.

4 Tertiò etiam eſt præſupponendum, quod non diſputamus, an Angeli cognoſcant myſteria gratiæ per Diuinam revelationem; ſed an illa cognoſcant naturaliter certò præciſa reuelatione Dei; quia ſupponimus Angelos per Diuinam revelationem, ſibi ipſis factam, obſcurè per fidem, ſiue clarè per viſionem Beatam, vel per illuminationem extra Verbum poſſe cognoſcere myſteria gratiæ; quia cum ab inſtanti ſuæ creationis habuerint gratiam habitualem, & habuerint fidem de myſterijs gratiæ, illa cognoverunt per fidem; & etiam Angeli Beati, cognoſcunt in Verbo prædicta myſteria. Licèt animadverti debeat, quod non omnes Angeli cognoſcunt omnia myſteria in Verbo, neque æqualiter, neque ſimul; nam Angeli ſuperiores perſpicaciùs Divinam eſſentiam contemplantur, & ideò plura myſteria, & altiora in ipſa Dei viſione cognoſcunt, quæ Angelis inferioris manifeſtant, eos illuminando.

Nec eſt dubitatio de myſterijs his, vt revelatis.

Et eodem myſterio cognito in Verbo alij plures rationes, & circunſtantias cognoſcunt, quam alij, & ex his myſteris aliqua cognoverunt ab initio ſuæ creationis per fidem; alia ab initio ſuæ Beatitudinis per

Digitized by Google

per viſionem. De alia verò poſt modùm cognoſcunt per illuminationes novas factas extra verbum ſecundum quod eorum officijs congruit. Vnde omnes Angeli ab inſtanti ſuæ creationis cognouerunt Myſterium Trinitatis; quia pertinet ad obiectum primarium fidei, & viſionis Beatæ; & probabilius eſt, quod habuerunt fidem Chriſti venturi, vt capitis hominum, & Angelorum, quamvis non cognoverint Chriſtum, vt Redemptorem hominum per mortem, & Crucem; & clarius cognoverunt hoc myſterium ab inſtanti Beatitudinis, licèt non omnes Angeli Beati, tàm ſuperiores, quam inferiores cognoverint omnes circunſtantias prædicti myſterij, de quibus poſtea illuminati ſunt à Deo. Quibus præiactis tantùm dubitamus in præſenti: Vtrùm Angeli poſsint cognoſcere naturaliter res ſupernaturales quoad ſubſtantiam ſi ſint ex rebus ſupernaturalibus, quæ aliquid creatum in ſe habeant.

Declarantur myſteria cognita ab Angelis ab initio ſuæ conditionis & qua cognitione fuerunt cognita.

5 Deniquè hic non eſt prætermittendum, quod non loquimur modò de rebus ſupernaturalibus liberis futuris; nec de actibus internis liberis ſupernaturalibus prætenſis cognoſci ab intelligente creato illos non eliciente; quia iam eſt dictum tàm de iſtis, quàm de illis in præcedentibus dubijs, & in eis eſt ſtabilitum, quod Angelus eſt impotens naturaliter cognoſcere, tàm futura libera, quàm actus internos liberos à ſe non elicitos; quæ doctrina vniuerſaliter ſe habet ad omnia futura libera, cuiuſcumque ordinis ſint, & ad omnes actus internos liberos non elicitos ab intelligente creato intendente illos cognoſcere, ſiue tales actus ſint naturales, ſiue ſint ſupernaturales. Et ideò tantùm procedit noſtrum dubium de rebus ſupernaturalibus iam exiſtentibus; & de actibus ſupernaturalibus internis liberis non clauſis intra ſubiectum ipſos eliciens, ſed iam manifeſtatis: vt ſic ſiſtat controverſia in rebus ſupernaturalibus titulo, talium, & non alijs titulis, iam enucleatis.

Nec eſt controverſia de rebus ſupernaturalibus, quæ ſint futura libera, aut ſecreta cordis.

Ideoquè tantū eſt hoc quæſitum de rebus ſupernaturalibus iam exiſtentibus, & non occultis.

6 Duæ ſunt ſententiæ principaliores circa controverſiam propoſitam: & pro affirmatiua ſunt Tartar. in 4. diſt. 10. quæſt. 8. ibiquè Aretin. Rada. 2. part. contro-

Prima ſententia affirmatiua. Pro ea ſunt *Tartar.*

Digitized by Google

Aretin. *Rads.* *Angles.* Et cum modificatione *Scotus.* Nominales MM. *Pontius*, *Delgadillo*, & *Maſtrius.*

trover, 8. art. 4. concl. 1. Angles, diſp. 3. quæſt. 4. diff. 2. & alij ſentientes, quod omnia myſteria gratiæ, poſtquam facta ſunt, poſſunt ab Angelo intuitiuè videri virtute naturali. Quod etiam placuiſſe Doctori Subtili communiter iudicatur (præſertim inſpectis traditis ab ipſo in 4. diſt. 10. quæſt. 8. in ſolut. ad 3. *principa e*) verùm non ita eſſe eruditè fundat Magiſter Maſtrius in 2. ſent. diſp. 2. num. 316. eò, quod (vt ipſe exiſtimat) tantùm aſſerat hoc Doctor Subtilis de aliquibus rebus ſupernaturalibus, negans illud de alijs, quas dicit ſolùm eſſe cognoſcibiles ab Angelis ſupernaturaliter, & media revelatione: & hanc opinionem ſic modificatam, & cenſet fuiſſe plurium Nominalium (qui etiam referuntur ab alijs, vt Scotus, pro iſta ſententia vniuerſaliter accepta) & eam tuetur à numero 317. cum Pontio, diſput. 12. quæſt. 5. eſtque receptiſsima inter Scotiſtas, vt teſtatur ſubſcribens illis, & alijs (extra ſcholam Doctoris Subtilis, & Nominalium) M. Delgadillo, cap. 4. de *Angelis*, diff. 4. num. 49.

Secunda ſententia omnino negativa. Pro qua ſunt *S. Thomas* Eius ſchola PP. *Suarez*. *Valentia.* *Ripalda.* *Echeverria.* Et referuntur pro illa *S. Bonaventura*; *Alenſis.* *Durandus.*

7 At per oppoſitum docent cum Divo Thoma 1. parte, quæſtione 57. artic. 5. eius diſcipuli, & plures alij ſequentes etiam in hoc ſuo negatiuo placito Magiſtrum Sententiarum in 2. diſt. 3. & in 4. diſt. 10. Ex quibus illud eruditiſsimè propugnant PP. Suarez, libro 2. de *Angelis*, capite 29. (citans in numero 4. pro hac ſua ſententia Alenſem, & Durandum, quibus alij adiungunt Divum Bonamventuram) Valentia 1. parte, diſput. 4. quæſt. 8. punct. 4. Ripalda, tùm à diſputione 10. de ente ſupernaturali à ſect. 1. tùm in tractatu de Angelis, diſput. 7. ſect. 4. & noviſsimè P. Echeverria, libro de Angelis, diſput. 5. numero 24. vbi ait eſſe hoc placitum commune Theologis extra ſcholam Doctoris Subtilis.

Digitized by Google

§. II.

FVNDATVR NEGATIVA CONCLVSIO.

Angelus non poteſt cognoſcere naturalitṡr res ſupernaturales.

8 QVam ita probamus: Angelus nequit naturaliter cognoſcere id, ad quod non valet extendi ſua cognitio naturalis; ſed cognitio naturalis Angeli, nequit extendi ad res ſupernaturales: ergo Angelus nequit naturaliter cognoſcere res ſupernaturales. Probatur minor: res ſupernaturales non ſunt naturaliter cognoſcibiles; ſed cognitio naturalis Angeli, nequit extendi ad id, quod non eſt naturaliter cognoſcibile; ergo cognitio naturalis Angeli nequit extendi ad res ſupernaturales. Probatur maior: Res ſupernaturales ſunt entia ſupernaturalia; ſed entia ſupernaturalia non ſunt naturaliter cognoſcibilia: ergo res ſupernaturales, non ſunt naturaliter cognoſcibiles. Probatur minor: Aliter ſunt cognoſcibilia entia naturalia, ac entia ſupernaturalia; ſed entia naturalia ſunt naturaliter cognoſcibilia: ergo entia ſupernaturalia, non ſunt naturaliter cognoſcibilia. Probatur maior: Cognoſcibilitas entis variatur ad variationem entis (eo, quod cognoſcibilitas eſt paſsio entis, & paſsiones variantur ad entis variationem) ergo alia eſt cognoſcibilitas entis naturalis, alia cognoſcibilitas entis ſupernaturalis; tunc ſic; ſed hoc in idem venit, ac quod ſint aliter cognoſcibilia entia naturalia, ac ſupernaturalia: ergo aliter ſunt cognoſcibilia entia naturalia, ac entia ſupernaturalia.

Probatur concluſio à ratione.

Aliter ſunt cognoſcibilia entia naturalia, ac entia ſupernaturalia: quia ad variationem, & diſtinctionem entis ſequuntur varietas, & diſtinctio cognoſcibilitatis entis.

9 Vrgetur, & explicatur hoc: Res, quæ in ſuo eſſe excedunt naturam Angeli, excedunt in ſuo cognoſci virtutem cognoſcitivam naturalem Angeli; ſed res ſupernaturales excedunt in ſuo eſſe naturam Angeli; ergo res ſupernaturales excedunt in ſuo cognoſci virtutem cognoſcitivam naturalem Angeli: ergo cum ſint idem, quod aliquid excedat in ſuo cognoſci virtutem

Vrgetur.

Res ſupernaturales excedunt in ſuo cognoſci virtutẽ cognoſcitivam Angeli.

Digitized by Google

tutem cognoſcitivam naturalem Angeli, ac quod ſit incognoſcibile naturaliter ab Angelo; res ſupernaturales erunt naturaliter incognoſcibiles Angelo. Probatur maior: Cognoſci quamcumque rem proportionatur eſſe talis rei (vt communis tenet apprehenſio) ergo res, quæ in ſuo eſſe excedunt naturam Angeli, excedunt in ſuo cognoſci virtutem cognoſcitivam naturalem Angeli.

Dicès.

10 Dices tamèn, quod licèt ſit verum, quod ens creatum ſupernaturale reduplicativè, vt ſupernaturale excedat vim cognoſcitivam naturalem Angeli; at nullum eſt ens creatum ſupernaturale: quod comparativè ad cognitionem Angeli conſideretur ſub tali reduplicatione: quia quamvis ſit ſupernaturale quoad fieri, & ſic tantùm poſſit fieri, aut produci ab agente ſupernaturaliter operante: non eſt ſupernaturale, quoad cognoſci; quia ex quo tale ens eſt poſitum in eſſe, eſt quoddam ens naturale, & proportionatum potentiæ naturaliter cognoſcenti, vel cognoſcitivæ.

Sed contra.

11 Quæ ſolutio continet totum fundamentum contrariæ ſententiæ, & contra illam ſic arguitur: dum dicitur, quod ens creatum ſupernaturale eſt ens naturale poſtquã eſt poſitum in eſſe, vel poſtquam iã eſt factum. Vel intenditur, quod ſit ens naturale, prout naturale ſupernaturali opponitur; vel prout naturale etiam dicitur de ſupernaturali: ſi primum eſt falſum: ſi ſecundum eſt verum, ſed non nobis oppoſitum: ergo non tenet ſolutio. Probatur minor, quoad vtramque partem, & quoad primam ſic: ens naturale prout naturale ſupernaturali opponitur, eſt ens non ſupernaturale; ſed falſum eſt dicere, quod ens creatum ſupernaturale, poſtquam iam eſt factum, eſt ens non ſupernaturale: ergo falſum eſt, quod ens creatum ſupernaturale, ſit ens naturale poſtquam iam eſt factum.

Ens creatum ſupernaturale non poteſt dici naturale prout naturale ſupernaturali opponitur.

Quia ens naturale prout ſupernaturali oppoſitum, eſt ens non ſupernaturale.

Probatur minor: ens creatum ſupernaturale poſtquam iam eſt factum, eſt ens creatum ſupernaturale conſideratum quando iam exiſtit; ſed falſum eſt dicere, quod ens creatum ſupernaturale eſt ens non ſupernaturale, quando iam exiſtit: ergo falſum

Probatur minor.

ſum eſt dicere, quod ens creatum ſupernaturale poſt quam iam eſt factum eſt ens non ſupernaturale. Probatur minor. Si ens creatum ſupernaturale eſſet ens non ſupernaturale quando iam exiſtit eſſet quia exiſtentia faceret, vt tale ens amitteret eſſe ſupernaturale; ſed falſum eſt dicere, quod exiſtentia entis ſupernaturalis facit, vt tale ens amittat eſſe ſupernaturale (eò quod exiſtētia potiùs prodeſt, quàm obeſt, vt ens, cuius eſt exiſtentia, habeat ſuum eſſe proprium, & illud non amitrat) ergo falſum eſt dicere, quod ens creatum ſupernaturale eſt ens non ſupernaturale, quando iam exiſtit.

Falſum eſt dicere, quod ens creatum ſupernaturale poſtquam iam exiſtit, eſt ens non ſupernaturale.

12 Efficaciùs probatur hoc: ens creatum ſupernaturale, eſt ens ſupernaturale antè quam exiſtat, vt fatentur Contrarij: ergo eſt etiam ens ſupernaturale poſtquam iam exiſtit. Probatur conſequentia: res eadem eſt antequam exiſtat, & poſtquam iam exiſtit: ergo ſi ens creatum ſupernaturale eſt ens ſupernaturale antequam exiſtat, etiam eſt ens ſupernaturale poſtquam iam exiſtit. Conſequentia benè deducitur, & antecedens conſtat. Tum ex prima apprehenſione terminorum. Tum ex ſimili: miraculum A idem eſt ante quam exiſtat, & poſt quam iam exiſtit (licèt magis ſplendeat vis miraculi quando exiſtit miraculum, quàm dum ordinatur, ſeu eſt in via ad hoc, vt exiſtat) ergo res eadem eſt antequam exiſtat, & poſtquam iam exiſtit.

Efficaciùs probatur hoc.

Quia ens creatum ſupernaturale, idem eſt poſtquam iam exiſtit, ac antequàm exiſtat.

13 Si verò dum dicitur à ſolutione, quod ens creatum ſupernaturale poſtquam iam eſt factum, eſt quoddam ens naturale, ſummitur naturale, prout etiam de ſupernaturali dicitur; idem erit dicere, quod ens creatum ſupernaturale poſtquam iam eſt factum eſt naturale, ac quod tale ens eſt bonum, & vtile ſubiecto, ſed quod ſic appelletur naturale ens ſupernaturale, licet ſit verum, non eſt nobis oppoſitum (cum nos non negemus, quod accidentia ſupernaturalia ſint bona, & vtilia ſui ſubiecto) ergo ſi dicatur, quod ens ſupernaturale eſt naturale, prout

Si ſolutio intēdat, quod ens creatum ſupernaturale, eſt naturale prout naturale idem dicit ac bonum, & vtile ſubiecto: verum dicit.

prout naturale, etiam de ſupernaturali dicitur, eſt verũ, ſed non nobis oppoſitum.

Vrgentiùs hoc ſuadetur.

14 Et vrgentiùs ſuadetur hoc; Si dicere, quod ens creatum ſupernaturale poſtquam iam eſt factum, eſt quodam ens naturale, eſt idem, ac dicere, quod eſt bonum, & vtile ſubiecto, nedùm ens creatum ſupernaturale eſt naturale poſtquàm iam eſt factum; ſed etiam antequam ſit factum: ergo vel tenentur dicere DD. oppoſiti, quod ens ſupernaturale, etiam eſt naturale antequàm exiſtat (quod ipſi ſemper negant) vel nec eſt naturale poſtquam iam exiſtit. Probatur antecedens: Ens creatum ſupernaturale nedùm eſt bonum; & vtile ſubiecto poſtquam iam exiſtit; verùm, & antequàm exiſtat (quia tàm poſtquam iam exiſtit, quàm antequàm exiſtat eſt maxima perfectio ſubiecti, poſt vt actualis, & antea vt poſsibilis) ergo, ſi dicere, quod ens creatum ſupernaturale poſtquàm iam eſt factum, eſt quoddam ens naturale, eſt idem, ac dicere, quod eſt bonum, & vtile ſubiecto, nedùm ens creatum ſupernaturale poſtquàm iam eſt factum, ſed etiam antequàm ſit factum, eſt ens naturale.

Ens creatum ſupernaturale, eſt naturale in dicta ſignificatione, nedùm poſtquam iam exiſtit, verùm, & antequàm ſit factum.

Dices,

15 Dices ad doctrinã num. 11. quod ens ſupernaturale (de quo nunc diſputatur) nedũ eſt quoddã ens naturale poſtquã factum eſt, ſed etiã antequàm ſit factũ, modo quo accipitur à nobis, ly *antequàm ſit factum*; iuxta quem modum non accipitur ab aliquibus, quãdo dicũt quod omne ens creatum ſupernaturale poſtquam factum eſt, eſt quoddam ens naturale (licèt non ſit ita antequam ſit factum) quia ly *poſtquam factum eſt*, intelligunt *pro eodem, ac in ſe, & in ſua entitate*, & ly *antequam ſit factum* pro eodem accipiunt, ac prout ex parte efficientis, quod in idem venit, ac dicere, quod ens creatum ſupernaturale, non eſt ſupernaturale intrinſecè, & in ſe, ſed extrinſecè tantùm, & ex parte cauſæ efficientis. Quapropter eſt cognoſcibile naturaliter ab Angelo potente cognoſcere naturaliter quidquid intrinſecè, & in ſe eſt ens naturale.

Contra quod eſt.

16 Contra quod (& ſi ſiſtat in eo, quod ſupernaturale quoad ſubſtantiam non eſt ſupernaturale intrinſecè, & in ſua entitate, cuius oppoſitum

ſup-

ſuppoſuimus in numero 2.cum communi conſenſu Theologorum: & ideò potiùs debeat ſupponi, vt exclusum,quàm de novo excludi) ſic arguitur: ergo ſi ens creatum ſupernaturale, de quo nunc agimus ſit in ſe,& in ſua entitate ſupernaturale,non poterit cognoſci naturaliter ab Angelo; tunc ſic,ſed ita eſt ſupernaturale ens ſupernaturale, de quo nunc agimus: ergo ens creatum ſupernaturale(de quo nunc diſputatur) nullatenus poteſt cognoſci naturaliter ab Angelo. Probatur minor ſubſumpta: Ens creatum ſupernaturale, de quo nunc agimus eſt accidens ſupernaturale(ſupponimus nō dari ſubſtantiam creatam ſupernaturalem, licèt ſi daretur, & eſſet ſupernaturalis,iuxta ſenſum ſolutionis,idem argumentum fieret pro illa) ſed accidens ſupernaturale, de quo nunc agimus eſt in ſe, & in ſua entitate ſupernaturale: ergo ens ſupernaturale,de quo nunc agimus eſt in ſe, & in ſua entitate ſupernaturale.

Entia ſupernaturalia,de quibus hic loquimur,ſunt in ſua entitate ſupernaturalia.

Probatur minor: Accidens ſupernaturale in ſe,& in ſua entitate eſt accidens,quod conſideratum prout in ſua eſſentia,eſt ſupra conditionem naturalem ſubiecti naturalis; ſed accidens ſupernaturale, quod conſideratum prout in ſua eſſentia,eſt ſupra conditionem naturalem ſubiecti naturalis, eſt accidens ſupernaturale, de quo nunc agimus: ergo accidens ſupernaturale, de quo nunc agimus eſt in ſe,& in ſua entitate ſupernaturale. Probatur minor: Accidens ſupernaturale, de quo nunc agimus eſt creata viſio beatifica (vel quid aliud ſimile) ſed creata viſio beatifica eſt accidens, quod conſideratum prout in ſua eſſentia, eſt ſupra conditionem naturalem ſubiecti naturalis: ergo accidens ſupernaturale, de quo nunc agimus,eſt illud, quod conſideratum prout in ſua eſſentia,eſt ſupra conditionem naturalem ſubiecti naturalis. Probatur minor:Si creata viſio beatifica conſiderata,prout in ſua eſſentia non eſſet ſupra conditionem naturalem ſubiecti naturalis, eſſet quia conſiderata,prout in ſua eſſentia eſſet entitas naturalis; ſed creata viſio beatifica conſiderata, prout in ſua eſſentia, eſt accidens, quod non eſt entitas naturalis: ergo creata viſio beatifica, eſt accidens, quod conſideratum, prout in ſua eſſentia, eſt ſupra

Probatur minor.

Quia ſunt accidentia ſupernaturalia,vt viſio beatifica, vel quid ſimile.

Digitized by Google

pra conditionem naturalem ſubiecti naturalis. Probatur minor: Si creata viſio beatifica conſiderata, prout in ſua eſſentia, eſſet accidens, quod eſſet entitas naturalis; eſſet, quia eſſet cognitio naturalis; ſed creata viſio beatifica conſiderata, prout in ſua eſſentia, eſt cognitio, quæ non eſt cognitio naturalis (alias ſufficerent ſolę vires naturales intellectus ad eliciendam viſionem beatificam, quod a nullo dicitur) ergo creata viſio beatifica conſiderata, prout in ſua eſſentia, eſt accidens, quod non eſt entitas naturalis.

Magis efficaciter impugnatur ſolutio.

17 Et magis efficaciter impugnatur ſolutio: Ideò ſecundùm illam: Accidens ſupernaturale, non eſt ſupernaturale in ſe, & in ſua entitate: quia eſt ſupernaturale, in quantùm eſt producibile ab agente ſupernaturali; ſicut illud accidens eſt naturale, quod ſe habet, vt producibile ab agente naturali; ſed ſtat benè, quod accidens ſit in ſe, & in ſua entitate ſupernaturale, quamvis ſit ſupernaturale, in quantùm producibile ab agente ſupernaturali: ergo accidens ſupernaturale, de quo modo eſt quæſtio, eſt in ſe, & in ſua entitate ſupernaturale. Probatur minor: Quamvis eſſe producibilē, vt ſic ab hoc, vel ab illo agente, non variet eſſentialiter effectum; at eſſe producibilē, ita ab hoc agente, vt repugnet poſſe produci ab alio agente, rectè ſuadet talem effectum eſſentialiter diſtingui ab effectu producibili ab alio agente; ſed accidens ſupernaturale (de quo modò eſt quæſtio) ita eſt producibile ab agente ſupernaturali, vt repugnet poſſe produci naturaliter ab agente creato naturali: ergo ita eſſe producibile ab agente ſupernaturali ſuadet, quod tale accidens diſtinguatur eſſentialiter ab accidente producibili ab agente creato naturali: ergo, & ſuadebit, quod tale accidens ſit in ſe, & in ſua entitate ſuper naturale: ergo ſtat benè, quod accidens ſit in ſe & in ſua entitate ſupernaturale, quamvis ſit ſupernaturale, in quantùm producibile ab agente ſupernaturali.

Stat benè, quod accidens ſupernaturale ſit in ſe, & in ſua entitate ſupernaturale; & quod ſit ſupernaturale, in quantùm producibile ab agente ſupernaturali.

Aliter eſt ſuper naturalis gratia habitualis, quā viſus reſtitutus cœco.

18 Vltra tandèm impugnatur ſolutio: Aliter eſt ens ſupernaturale gratia habitualis, v. g. (& idem eſt dicendum de reliquis habitibus ſupernaturalibus) quàm viſus cæco reſtitutus (vt communis exiſti-

ma-

matio iudicat) ſed viſus cæco reſtitutus tantùm eſt ens ſupernaturale extrinſecè,& ex parte cauſæ efficientis(vt notavimus in numero 1.) ergo gratia habitualis eſt ens ſupernaturale pluſquam extrinſecè, & ex parte cauſæ efficientis; tunc ſic;ſed idem eſt eſſe ens ſupernaturale pluſquam extrinſecè, & ex parte cauſæ efficientis, ac eſſe ſupernaturale intrinſecè, & in ſe (vt eſt indubitatum) ergo ens creatum ſupernaturale, de quo hic loquimur, v.g. gratia habitualis, eſt ſupernaturale intrinſecè,& in ſe:ergo,ſi,vt ipſi A A.oppoſiti fatētur,quod eſt ſupernaturale intrinſecè, & in ſe non eſt naturaliter cognoſcibile ab Angelo, non omne ens creatum ſupernaturale, eſt naturaliter cognoſcibile ab Angelo.

19 Vel validius: diverſo modo eſt diſcurrendum de rebus creatis ſupernaturalibus quoad ſubſtantiam, quàm de rebus creatis ſupernaturalibus, tantùm quoadmodum; ſed res creatæ ſupernaturales tantùm quoadmodum, quia ſupernaturales quoadmodum, ſunt ſupernaturales extrinſecè, & ex parte cauſæ efficientis (vt iam diximus in 1. notabili) ergo res creatæ ſupernaturales quoad ſubſtantiam. non ſunt ſupernaturales extrinſecè tantùm,& ex parte cauſæ efficientis, ſed etiam ſunt ſupernaturales intrinſecè,& in ſe: ergo tales res erunt ens creatum ſupernaturale naturaliter in cognoſcibile ab Angelo, ac proinde non omne ens creatum ſupernaturale eſt cognoſcibile naturaliter ab Angelo,vt prætendit ſolutio. ¶ Vltra quæ poſſunt opponi contra præfatam ſolutionem omnia argumenta, quibus impugnat P. Ripalda,diſput. 44. de *Ente ſupernaturali*, negantes accidentia intrinſecè ſupernaturalia(cum his ſuffragetur iſta ſolutio) quæ opinio non caret cenſura,ſecundùm illos A A,relatos ab ipſo ibi, tùm ſect.1. numero 4 tùm ſect.3 num. 18.

Vel validius.

Quia aliter eſt diſcurrendum de rebus ſupernaturalibus quo ad ſubſtantiam, ac de rebus ſupernaturalibus quoadmodum.

20 At dices: quod licèt admittatur, quod aliquod ens creatum ſupernaturale, ſit ſupernaturale intrinſecè, & in ſe non ex hoc inferri, quod ſit Angelo naturaliter in cognoſcibile; immò oppoſitum ſequitur,ſi attendatur tale ens,vt creatum, quia omne ens limitatum (vt eſt ens creatum) ſi ſit præſens eſt obie-

Dices.

obiectum proportionatum reſpectu intellectus Angelici, & conſequenter cum omne obiectum proportionatum reſpectu alicuius intellectus, ſit ab illo naturaliter cognoſcibile, omne ens creatum ſupernaturale, erit naturaliter cognoſcibile ab intellectu Angelico.

Sed contra.

22 Sed in contra eſt: Semel conceſſo, quod datur ens creatum ſupernaturale intrinſecè, & in ſe, de illo eſt dicendum eſſe obiectum, ad quod non dicit ordinem poſitivum, & naturalem potentia naturalis intellectiva Angeli: ergo, & ſi tale ens ſit, quia creatum, limitatum, non eſt obiectum proportionatum reſpectu intellectus Angelici, vt ſecundùm ſua naturalia conſiderati, prout de illo loquitur ſolutio. Patet conſequentia: Quia obiectum proportionatum intellectus differt ab obiecto purè extenſiuo, in eo, quod ad illud dicit intellectus ordinem poſitivum, & naturalem; ad obiectum verò purè extenſivum, non dicit talem ordinem, ſed præciſsè inſpicit illud ſecundum quod ad illum poteſt ſe extendere, ſeu ſecundum quod intellectus habet non repugnantiam ad attingendum prædictum obiectum purè extenſivum. Et antecedens probatur: Ens intrinſecè, & in ſe ſupernaturale, non eſt obiectum connaturale reſpectu potentiæ naturalis intellectiuæ Angeli; ſed obiectum non connaturale reſpectu potentiæ naturalis intellectiuæ Angeli, eſt obiectum, ad quod non dicit ordinem poſitivum, & naturalem potentia naturalis intellectiua Angeli: ergo ſemel conceſſo, quod datur ens creatum ſupernaturale intrinſecè, & in ſe, de illo eſt dicendum, eſſe obiectum, ad quod non dicit ordinem poſitivum, & naturalem potentia naturalis intellectiva Angeli.

Obiectum non connaturale reſpectu potentiæ naturalis intellectiuæ Angeli, eſt obiectum, ad quod non dicit ordinem poſitivum, & naturalem potentia naturalis intellectiva Angeli.

Probatur maior.

Probatur maior: Obiectum, illud, ad quod potentia naturalis intellectiua Angeli comparatur obedientialiter non eſt obiectum connaturale reſpectu talis potentiæ; ſed ens intrinſecè, & in ſe ſupernaturale, eſt obiectum, ad quod potentia naturalis intellectiva Angeli comparatur obedientialiter: ergo ens intrinſecè, & in ſe ſupernaturale, non eſt obiectum connaturale reſpectu potentiæ naturalis intellectiuæ Angeli. Probatur minor: Obiectum illud, ad

cuius

Digitized by Google

cuius attingentiam eleuatur potentia naturalis intellectiva Angeli ſupra ſuam propriam naturam eſt obiectum, ad quod talis potentia comparatur obedientialiter; ſed ens intrinſecè, & in ſe ſupernaturale, eſt obiectum, ad cuius attingentiam elevatur potentia naturalis intellectiua Angeli, ſupra ſuam propriam naturam: ergo ens intrinſecè, & in ſe ſupernaturale, eſt obiectum, ad quod potentia naturalis intellectiua Angeli comparatur obedientialiter. Sola minor eget explicatione; & ita explicatur: Potentia naturalis intellectiua Angeli, vt potentia naturalis, elevatur ſupra ſuam naturam ad attingentiam illius obiecti, ad cuius attingentiam elevatur ſupra ſuam naturam noſtra potentia naturalis intellectiva, vt potentia naturalis (quia in hoc inter ſe conveniunt) ſed potentia noſtra naturalis intellectiva, vt potentia naturalis, eleuatur ſupra ſuam naturam ad attingentiam obiecti intrinſecè, & in ſe ſupernaturalis (vt non negabunt Authores oppoſiti de illa, ſaltèm pro ſtatu viæ conſiderata) ergo ens intrinſecè, & in ſe ſupernaturale, eſt obiectum, ad cuius attingentiam elevatur potentia naturalis intellectiva Angeli ſupra ſuam propriam naturam.

Ens intrinſecè, & in ſe ſupernaturale eſt obiectum, ad quod potentia naturalis intellectiva Angeli comparatur obediẽtialiter.

23 Vrgetur impugnatio: Ens creatum intrinſecè, & in ſe ſupernaturale, eſt ex illis rebus, quæ à Divo Paulo in Epiſtola 1. ad *Corinthios*, capite 2. ſignificantur ſvb hac expreſsione: *Quæ Dei ſunt*: ſed nullum intelligens creatũ nouit illa, quæ ibi à D. Paulo ſignificantur ſub hac expreſsione: *Quæ Dei ſunt*: ergo nec Angelus cognoſcit (aut poteſt naturaliter cognoſcere) ens creatum intrinſecè, & in ſe ſupernaturale. Maior fatetur etiam ab AA. ſententiæ oppoſitæ. Et minor probatur adducendo verba ipſiuſmet Apoſtoli: *Quæ Dei ſunt*: (inquit) *nemo cognouit niſi ſpiritus Dei; nos autem non ſpiritum huius mundi cepimus; ſed ſpiritum, qui ex Deo eſt, vt ſciamus, quæ à Deo donata ſunt nobis.* Sed ibi Apoſtolus ſub ly *Nemo* vniverſaliter de omni intelligente creato loquitur: ergo nullum intelligens creatum nouit illa, quæ in 1. epiſtola ad

Vrgetur impugnatio.

1. ad Corinth. 2. v. 11. & 12.

Quando Apoſtolus dixit ibi, quod: *Quæ Dei ſunt, nemo cognouit niſi ſpiritus Dei*: ſub ly *Nemo*, omne intelligens creatum comprehendit.

Digitized by Google

ad *Corinth.* ſignificantur à D.Paulo ſub hac expreſſione, *Quæ Dei ſunt.*

Dices.
1. *Ad Corinth.* 2.v.11.

23 Dices: quod per hoc Apoſtoli teſtimonium non roboratur doctrina noſtra; eò,quod verba nobis relata habet Apoſtolus immediatè poſt illa, in quibus dicit: *Quis enim hominum ſcit,quæ ſunt hominis, niſi ſpiritus hominis, qui in ipſo eſt?* & poſt hæc immediatè ait: *Ita,& quæ Dei ſunt nemo cognovit,niſi ſpiritus Dei.*

Etiam ibi.

Vbi notandum eſt ly *ita*, per quam particulam comparat Apoſtolus, in incognoſcibilitate, myſteria gratiæ (ſeu entia creata intrinſecè, & in ſe ſupernaturalia) ſecretis cordium; igitur ſicut hæc, ſalvo ſenſu Divi Pauli, ſunt cognoſcibilia naturaliter intelligenti creato illa non elicienti; ita myſteria gratiæ non ſunt Angelo naturaliter incognoſcibilia.

Contra quod opponitur.

24 Prætermiſſa impugnatione illius,quo concludit ſolutio,ſcilicèt,quod ſecreta cordium ſunt naturaliter cognoſcibilia ab intelligente creato illa non eliciente, quia acta non agimus; & hoc iam eſt ſatis impugnatum in præcedenti dubio.

Et primò.

Quia quod opponitur in ſolutione potius nobis, quã ſolutioni favet.

Sic contra ſolutionem arguitur primò: expendenti verba citata à ſolutione non apparebit,quod ipſa prætendit, ſed potius eius oppoſitum: ergo vim accipit noſtra doctrina ex præfato Apoſtoli teſtimonio. Probatur antecedens: Verba citata à ſolutione docent comparari myſteria gratiæ ſecretis cordium,in eo, quod ſicut ſecreta cordium,non poſſunt naturaliter cognoſci ab intelligente creato non eliciente talia ſecreta; ita myſteria gratiæ nequeunt naturaliter cognoſci ab intelligente non Deo; & vtrumque aſſertum ibi traditur ab Apoſtolo: ergo expendenti verba citata à ſolutione non apparebit,quod ipſa prætendit,ſed potius eius oppoſitum.

Secundò.
Solutio non intelligit ſtrictè verba Apoſtoli.1. ad Corinth.2.& ſunt ſtrictè intelligẽda.

25 Secundò impugnatur ſolutio Ideò iudicatur a ſolutione, quod nobis non fauet Apoſtolus; quia licèt Apoſtolus expreſsè comparet in non cognoſci ab aliquo intellectu,myſteria gratiæ ſecretis cordium, non intelligit ſtrictè ſolutio verba relata: ergo pro nobis erit Apoſtolus, ſi ſtrictè ſint intelligẽda prædic-

prædicta verba : tunc ſic : ſed prædicta verba ſunt ſtrictè intelligenda ; cum iuxta regulam Sanctorum PP. ſtrictè debeant intelligi verba Sacræ Scripturæ, dum nullum inconveniens obſtet ſtrictæ intelligentiæ ; & quod nullum inconveniens obſtet ad hanc ſtrictam intelligentiam clarum fiet meditanti, quod ſi aliquod inconveniens obſtaret, eſſet quod dicatur, vel quod ſecreta cordium, iam exiſtentia, ſunt naturaliter incognoſcibilia intelligenti creato illa non elicienti ; vel quod myſteria gratiæ ſunt Angelo naturaliter incognoſcibilia (quorum primum nedùm non eſt inconveniens ; verùm, & eſt aſſertum ita fundatum, vt vidimus in præcedenti dubio : & ſecundùm eſt placitum tot illorum Theologorum, quos in numero 7 citavimus) ergo præiacto D. Pauli teſtimonio maximè manet roborata noſtra doctrina.

§. III.

Solvuntur Argumenta.

26 Agumenta contra noſtram concluſionem apparent difficilia : & primum ita procedit. Accidentia naturalia ſunt naturaliter cognoſcibilia ab Angelo : ergo, & accidentia ſupernaturalia, ſeu (quod idem eſt, vt diximus in numero 16.) entia creata ſupernaturalia, ſunt naturaliter cognoſcibilia ab Angelo. Probatur antecedens : Accidentia ſupernaturalia non aliter ſe habent in ordine ad eſſe, ac ſe habent accidentia naturalia : ergo ſicut accidentia naturalia ſunt naturaliter cognoſcibilia ab Angelo, ita ſunt cognoſcibilia accidentia ſupernaturalia. Probatur antecedens : Accidentia ſupernaturalia, ita ſe habent in ordine ad eſſe, vt habeant ſubſtantiam, cui inhæreant ; ſed eodem ipſiſsimo modo ſe habent in ordine ad eſſe accidentia naturalia ; ergo accidentia ſupernaturalia non aliter ſe habent in ordine ad eſſe ; ac ſe habent accidentia naturalia. *A rguitur primò.*

27 Vrgetur primò : Accidentia ſupernaturalia dependent, non ſolùm à cauſa ſupernaturali, ſed etiam à *Vrgetur primò.*

cauſa naturali; ſed Angelus naturaliter cognoſcit influxum activum, quo cauſa naturalis influit in accidentia ſupernaturalia; ergò, & etiam cognoſcit naturaliter influxum paſsivum correſpondentem talibus accidentibus, ac perindè naturaliter cognoſcit Angelus talia accidentia. Probatur maior: Tum quia accidentia ſupernaturalia, non ſolùm conſervantur à Deo, ſed, & à ſubiecto in quo ſunt; Tùm quia actus creati ſupernaturales (qui, & ſunt accidentia ſupernaturalia) etiam producuntur a cauſa naturali: ergo accidentia ſupernaturalia dependent, nō ſolùm à cauſa ſupernaturali, ſed etiam à cauſa naturali.

Secundò. 28 Secundò: Vnum ex accidentibus ſupernaturalibus eſt gratia habitualis; ſed gratia habitualis, naturaliter cognoſcitur ab Angelo; ergo, & etiam naturaliter cognoſcuntur ab illo cætera accidentia ſupernaturalia; cum eadem ſit ratio de vno, ac de alijs. Probatur minor: Gratia habitualis, in eſſe reali, & entitativo conſiderata, verè continetur in ſpeciali genere accidentis, & determinatur per propriā, & limitatam differentiam; ſed quod verè continetur in ſpeciali genere accidentis, & determinatur per propriam, & limitatam differentiam cognoſcitur naturaliter ab Angelo: ergo gratia habitualis naturaliter cognoſcitur ab Angelo.

Tertiò. 29 Tertiò: Cognoſcens comprehenſivè totam entitatem hominis, cognoſcit naturaliter accidens ſupernaturali, quo actuatur quævis potentia realis hominis; ſed Angelus cognoſcit comprehenſivè totam entitatem hominis: ergo cognoſcit naturaliter accidens ſupernaturale, quo actuatur quævis potentia realis hominis. Probatur maior: Cognoſcens comprehenſivè totam entitatem hominis, cognoſcit comprehenſiuè omnes potentias reales hominis; ſed cognoſcens comprehenſivè omnes potentias reales hominis, cognoſcit naturaliter accidens ſupernaturale, quo actuatur quævis potentia realis hominis: ergo cognoſcens comprehenſivè totam entitatē hominis, cognoſcit naturaliter accidens ſupernaturale, quo actuatur quævis potentia realis hominis. Probatur minor: Impoſsibile eſt, quod cognoſcens cognoſcat comprehenſivè aliquam potentiam realem actuatam, quin naturaliter cognoſcat id, quo actuatur talis potentia (aliàs

comprehenderetur rem eſſe actuatam, quin rei actuatio cognoſceretur) ergo cognoſcens comprehēſivè omnes potentias reales hominis, cognoſcit naturaliter accidens ſupernaturale, quo actuatur quævis potentia realis hominis.

30 Vt hoc argumentum faciliùs ſolvatur: Opportet animadvertere qualiter habent dependere à ſubſtantia, cui inhærent, accidentia ſupernaturalia, & qualiter dependent accidentia naturalia, vt ſic declaretur diverſitas, qua ſe habent in ordine ad eſſe vna, & altera accidentia. Igitur accidentia ſupernaturalia non depēdent à ſubſtantia, cui inhærent (ſeu à ſubſtantia naturali ſui ſubiecti) ita vt adhuc in eſſe accidentis habeant eſſe à tali ſubſtantia: eò, quod non educuntur ex potentia naturali prædictæ ſubſtantię; ſed ex potentia purè obedientiali; quia cū procedant ab agente ſupernaturali (vt, & DD. arguentes teſtantur) & aliàs reſpectu agentis ſupernaturalis, non detur in creaturis potentia naturalis (eò, quod potentia naturalis non correſpondet agenti ſupernaturali; ſed ſolū ei correſpondet potentia obedientialis) hinc habetur, vt accidentia ſupernaturalia non educantur, niſi ex potentia obedientiali ſubſtantiæ, cui inhærent.

Vt hoc argumentum ſolvatur, prius animadvertitur: qualiter dependent à ſubſtantia, cui inhærent, accidentia ſupernaturalia, & qualiter dependeant accidentia naturalia.

Et conſequenter etiā habetur: quod accidentia ſupernaturalia non dependeant, quoad eſſe ab aliqua potentia naturali: quia eodem modo eſt diſcurrendum de his accidentibus quoad eſſe, ac quoad educi, & fieri: ea, quod cum ſubſtantia ſui ſubiecti conſervet talia accidētia media eadem potentia, qua illa recipit; ſequitur, quod ſi potentia ad illa recipienda, eſt potentia obedientialis, etiam ſit obedientialis potentia conſervans prædicta accidentia (cum quo tamen componitur, quod ſecundum aliquem ſenſum dicatur de accidentibus ſupernaturalibus, quod dependent à ſubſtantia naturali ſui ſubiecti, nimirum, in quantùm cauſa ſupernaturalis non producit illa, vt habeant eſſe per ſe, ſed vt ſubiectum, cui inhærent, afficiant) accidentia verò naturalia ſecundum ſuam entitatem habēt eſſe à ſubſtantia naturali ſui ſubiecti, ex cuius potentia naturali educuntur.

Accidentia ſupernaturalia non dependent quoad eſſe ab aliqua potentia naturali.

In quo ſenſu valeat dici, quod accidētia ſupernaturalia dependent à ſubſtantia naturali ſui ſubiecti.

31 Quo præiacto reſpōdeatur ad argumentū, cōceſſo antecedenti, negando cōſequentiā; ad cuius probationē ne-

Iam reſpondetur primo argumento.

negatur antecedens: ſicut, & eſt negandum antecedens, quod in eius probationem adducitur. Quia licet accidentia naturalia habeant eſſe à ſubſtantia, cui inhærent; eo, quod educantur ex eius naturali potentia, & media eadem potentia ab ipſa conſerventur, non ſic ſe habent accidentia ſupernaturalia; quia nec educuntur ex potentia naturali ſubſtantiæ, cui inhærent, nec a tali ſubſtantia conſervantur media ſua potentia naturali; ſed dumtaxat media potentia obedientiali; & ideò non ſunt naturaliter cognoſcibilia ab Angelo, ſicut ſunt cognoſcibilia accidentia naturalia.

Accidentia ſupernaturalia, nec educuntur ex potentia naturali ſubſtantiæ, cui inhærent, nec à tali ſubſtantia conſervantur media ſua potentia naturali; ſed dumtaxat media potentia obedientiali.

32 Si dicas: Quod potentia naturalis ſubſtantiæ, cui inhærent accidentia ſupernaturalia, immediatè per ſuam entitatem, recipit talia accidentia, & non mediante alia entitate ſupernaturali, nè procedamus in infinitum; eò, quod poſtea dubitaretur, quomodo reciperetur in potentia naturali ſubſtantiæ prædicta entitas ſupernaturalis? & daretur proceſſus in infinitum.

Si dicas.

Reſpondebimus: quod ſubſtantia, cui inhærent accidentia ſupernaturalia, recipit talia accidentia media ſua potentia obedientiali: vnde potentia obedientialis prædictæ ſubſtantiæ recipit immediatè accidentia ſupernaturalia, quæ potentia; licèt entitativè ſit naturalis, at formaliter eſt ſupernaturalis, in quantùm denotat quandam non repugnantiam, ad hoc, quod Deus ex illa efficiat quidquid voluerit, nunc recipiendo accidens ſupernaturale, ſive illud conſervando; itaque ſicut talis ſubſtantia, non dicit poſitivam inclinationem ad recipiendum accidens ſupernaturale, ſed ſolùm dictam non repugnantiam; ita nec dicit poſitivam inclinationem ad ſuſtentandum idem accidens. Quapropter nec receptio, nec conſervatio accidentis ſupernaturalis tribuitur alicui potentiæ entitativè naturali ſubſtantiæ, cui inhæreat tale accidens, nec ortum habet ex prædicta potentia, ſed tribuitur Deo: igitur falſum eſt dicere, quod ſubſtantia naturalis ex ſola ſua entitate reddatur capax recipiendi accidens ſupernaturale; cum tantùm ſit non repugnans prædicto accidenti.

Reſpondebimus.

Subſtantia, cui inhærent accidentia ſupernaturalia, recipit talia accidentia media ſua potentia obedientiali.

Nec receptio, nec conſervatio accidentis ſupernaturalis tribuitur alicui potentiæ naturali ſubſtantiæ, cui inhæreat tale accidens.

Ad

33 Ad 1. Vrgentiam eſt reſpondendum negando maiorem; ad cuius probationem diſtinguatur antecedens imprimis quoad primum *tum*: tum quia accidentia ſupernaturalia non ſolum conſervantur à Deo, ſed & à ſubiecto in quo ſunt, ſed *& a ſubiecto*, vt tanquam à concurrente poſitivè per ſuam virtutem naturalem, vt naturalis eſt, & vt ſubiectum eſt cauſa naturalis negatur antecedens, vt tanquam à concurrente per ſuã virtutẽ, vt obedientialiter ſubordinatã Deo concedatur antec. Quia nec in fieri, nec in conſervari ipſorum accidentium ſupernaturalium habet ſe ſubiectum, vt concurrens poſitivè per ſuam virtutem naturalem, vt naturalis eſt; ſed vt præcisè obedientialiter ſubordinata Deo: ad cuius faciliorem captum recolantur dicta in numero 30.

Reſpondetur ad 1. vrgẽtiã.

Subiectum accidentium ſupernaturalium non ſe habet, vt concurrens poſitivè per ſuam virtutem naturalem (vt naturalis eſt) in fieri nec incõſeruari prędictorum accidentium.

34 Quoad 2. Verò *tum* pro probatione maioris obiectum, etiam diſtinguatur antecedens: tum quia actus creati ſupernaturales etiam producuntur à cauſa naturali; hoc eſt à potentia naturali, vt naturali, negatur antecedens: hoc eſt à potentia naturali, vt elevata per principium ſupernaturale, vt tanquam per totam rationem, & virtutem agendi actum ſupernaturalem concedatur antecedens, & negetur conſequentia, Quia licet intellectus creatus (& idem eſt dicendum de voluntate creata) ſit potentia naturalis, & eliciat autem ſupernaturalem, non elicit illum ratione alicuius virtutis naturalis (adhuc partialis) ipſi convenientis; ſed vnicè illum elicit ratione luminis, aut virtutis adæquatè ſupernaturalis ratione cuius elevatur intellectus ſupra id, quo ſua vi naturali poteſt: ideoque actus ſupernaturalis ab illo elicitus media virtute ſupernaturali, eſt incognoſcibilis naturaliter à non potente naturaliter cognoſcere cauſam ſupernaturalem, vt eſt impotens Angelus.

Actus creati ſupernaturales cauſantur à potentia naturali, non vt naturali, ſed vt elevata per principiũ ſupernaturale, vt tanquã per totam virtutem agendi actum ſupernaturalem.

35 Ad ſecundam vrgentiam, negatur minor, ad cuius probationem diſtinguatur maior: gratia habitualis, in eſſe reali, & entitativo conſiderata, vere continetur in ſpeciali, genere accidentis, & determinatur per propriam, & limitatam differentiam: *ita vt ſimul ſit participatio formalis Dei*: concedatur maior: *ita vt non ſit participatio formalis Dei*: negetur, maior, & diſtin-

Reſpondetur ad 2. vrgentiã. Si quod continetur in ſpeciali genere accidentis, & determinatur per pro-

Digitized by Google

tinguatur minor; ſed quod verè continetur in ſpeciali genere accidentis, & determinatur per propriam, & limitatam differentiam cognoſcitur naturaliter ab Angelo, ſi ſit ſimul participatio formalis Dei, negatur minor: ſi non ſit participatio formalis Dei, permittatur minor, & negetur conſequentia.

propriam, & limitatam differentiam, ſit ſimul participatio formalis Dei, non cognoſcitur naturaliter ab Angelo.

36 Itaquè gratia habitualis verè continetur in ſpeciali genere entis, ſcilicèt, in genere accidentis ſupernaturalis; eò, quod ipſa ſic eſt participatio formalis Dei, vt non ſit participatio formalis infinitatis Dei; & ideò formaliter eſt quid limitatum (vt benè contra Magiſtrum Gonet notat Magiſter Ferre, tomo 3. in primam ſecundæ numero 511.) Ex quo ſequitur, quod ſit ſub aliquo genere, & cum non ſit ſub genere ſubſtantiæ, debet eſſe ſub genere accidentis ſupernaturalis. Verum cum hoc componitur, quod gratia habitualis formaliter intrinſecè, & ex parte ſui (& non tantùm obiectivè) ſit participatio formalis Dei, & ſit ordinis Divini, & ita actuet ſubiectum, cui inhæret, efficiendo illud ordinis Divini: & quia ſecundùm hanc conſiderationem, eſt gratia habitualis naturaliter incognoſcibilis ab Angelo (im potente cognoſcere naturaliter ea, quæ ſunt ordinis Divini) abſolutè eſt naturaliter incognoſcibilis ab Angelo; eò, quod licèt ſit quid limitatum ſecundùm ſuam vltimā differentiam: vel ſecundùm entitatem limitatam; at no ſtat, quod cognoſcatur naturaliter ſecundùm hanc rationem, quin cognoſcatur naturaliter ſecundùm aliam, ſecundum quàm habetur, vt quid ordinis Divini.

Gratia habitualis verè continetur in genere ſpeciali entis, ſcilicèt, accidentis ſupernaturales, quia licèt ſit participatio formalis Dei, nō eſt participatio formalis infinitatis Dei.

MM. Gonet, & Ferre.

Cum quo componitur, quod gratia habitualis formaliter intrinſecè ex parte ſui, & nō tantùm obiectivè ſit participatio formalis Dei, & ſit ordinis divini.

Et ideò eſt naturaliter incognoſcibilis ab Angelo, & ſi ſit quid limitatum.

37 Ad vltimam vrgentiam reſpondetur, negando maiorem, & ad eius probationem negetur minor; ad cuius probationem eſt diſtinguendum antecedens: Impoſsibile eſt, quod cognoſcens cognoſcat comprehenſiuè aliquam potentiam realiter actuatam, quin naturaliter cognoſcat id, quo talis potentia actuatur: id, quo talis potentia actuatur: *Si tale id educitur ex potentia naturali*; concedatur antecedens: *Si non educatur ex potentia naturali*; negatur antecedens: & negetur conſequentia. Igitur comprehendens aliquam ſubſtantiam, & eius naturales potentias, cognoſcit naturaliter omnes illas actualitates, quæ educuntur ex potentia naturali talis

ſubſ-

ſubſtantiæ; vel ſunt ei connaturales; non tamen cognoſcit naturaliter illas actualitates, quæ non educuntur ex potentia naturali prædictæ ſubſtantiæ, & elevant ipſam ſupra ordinem naturalem; vnde quamvis talis ſubſtantia cum ſuis potentijs naturalibus comprehendatur ab Angelo, nunquàm Angelus pertingit ad cognoſcendum naturaliter accidẽs ſupernaturale; eò, quod tale accidẽs eſt, actualitas in educibilis ex vlla potentia naturali ſubſtantiæ ab Angelo comprehenſæ, vt iam ſatis diximus in numero 30.

ſecundũ ſuam vltimam differentiam. Reſpõdetur ad vltimam vrgẽtiam argumenti.

Comprehendens aliquam ſubſtantiam, & eius naturales potentias, cognoſcit naturaliter omnes illas actualitates, quæ educuntur ex potentia naturali tali ſubſtantiæ; non verò illas, quæ ex tali potentia non educuntur.

38 Secundo arguitur: Angelus lumine naturali cognoſcit quidditatiuè vnionem Divinæ ſubſiſtentiæ cum humanitate Chriſti Domini; ſed hoc eſt omnino ſupernaturale: ergo potiori titulo erit in Angelo potentia ad cognoſcendum naturaliter entia creata ſupernaturalia. Probatur maior: Tùm quia Angelus lumine naturali comprehendit humanitatem Chriſti Domini, & conſequenter abſentiam connaturalis ſubſiſtentiæ; ſed alias ſcit Angelus humanitatem Chriſti Domini non poſſe à ſubſiſtentia creata aliena ſuſtentari: ergo ſcit ſuſtentari ſubſiſtentia Divina. Tum quia cognoſcit intuitiuè humanitatem Chriſti Domini; ſed notitia intuitiua eſt notitia rei exiſtentis, & ſubſiſtentis: ergo cognoſcit prædictam humanitatem, vt exiſtentem, & vt ſubſiſtentem. Tum quia Anima Chriſti Domini lumine naturali cognoſcit ſe vnitam eſſe perſonalitati Divinæ; ſiquidèm cognoſcit ſe non habere propriam ſubſiſtentiam, ac proindè cognoſcit ſe habere alienam ſubſiſtentiam, hoc eſt increatam; ſed Angelus gaudet lumine naturali efficaciore, quam anima Chriſti Domini: ergo lumine naturali cognoſcit Angelus, hoc idem, quod lumine naturali cognoſcit anima Chriſti Domini: ergo Angelus lumine naturali cognoſcit quidditativè vnionem Divinæ ſubſiſtentiæ cum humanitate Chriſti Domini.

Arguitur ſecundò:

39 Vrgetur: quidquid Dœmon naturaliter cognoſcit, cognoſcit naturaliter Angelus; ſed Dœmon naturaliter cognoſcit, aut cognouit Myſterium Incarnationis, hoc eſt vnionem ſubſiſtentiæ Divinæ cum humanitate Chriſti D: ergo Angelus cognoſcit naturaliter, hoc idẽ obiectũ. Probatur minor: tũ ex illo 8. D. Matthæi: Vrgetur.

& ecce clamaverunt dicentes: *quid nobis, & tibi Iesu Filî Dei? Veniſti huc ante tempus torquere nos?* Et ex illo 4. Lucę: *Non ſinebat ea loqui, quia ſciebant ipſum eſſe Chriſtum*: & hoc idem docet D. Thomas 3. p. quæſt. 47. art. 5. aſſerens ibi, quod Dœmones cognoverunt illum hominem eſſe Chriſtum promiſſum in lege; eò quod in eo videbant omnia illa ſigna à Profetis prædicta. Tum quia ſaltem poſt Reſurectionem Chriſti Domini cognoverunt Dœmones Chriſtum eſſe Deum, obſervantes eum deſcendentem ad inferos, & animas à Limbo liberantem, quorum vtrumque ante ſuam Reſurectionem præſtitit. Tum tandem, quia omnibus Dœmonibus fuit Chriſtus propoſitus adorandus in principio viæ ipſorum: ergo cum poſtea videbant eum in mundo cognoſcebant eſſe hominem ſibi in via propoſitum ad adorandum: ergo Dœmones naturaliter cognoverunt myſterium Incarnationis. Patet hæc conſequentia; quia ſuppoſitis iam dictis, cum Dœmones ſint deſtituti lumine ſupernaturali, tantùm cognoſcunt illud, quod naturaliter poſſunt cognoſcere.

Math. 8. v. 29. Luc. 4. v. 41. S. Thomas.

Hoc argumentum tangit rem ſatis difficilem, vt eſt modus, quo Angelus cognovit naturaliter humanitatem Chriſti Domini carere propria ſubſiſtentia.

40 Hoc argumentum tangit rem ſatis difficilem, videlicet, inveſtigare modum, quo naturaliter cognovit Angelus humanitatem Chriſti Domini carere propria ſubſiſtentia; quia aliqui ex Thomiſtis iudicant hoc cognoviſſe Angelum cognoſcendo etiam talem naturam terminatam eſſe ſubſiſtentia aliena, & increata: cum quo componunt, quod Angelus naturaliter neſcierit myſterium Incarnationis; quod quidem defendunt ob duo principia. Primum eſt quia: licet naturaliter cognoviſſent humanitatem Chriſti Domini terminari ſubſiſtentia aliena, & increata; at ignorabant an talis humanitas haberet ſubſiſtentiam increatam, ſibi hypoſtatice vnitam, vel an ſuſtentaretur ab illa per extrinſecā manutenentiā. Secundū principiū, quo hoc defendunt, eſt: quod adhuc ſi Angelus naturaliter ſciret totū hoc, ſcilicet: *Humanitatē Chriſti Domini terminari increatā ſubſiſtentia, & illi hypoſtaticè vniri*: ad cognoſcendum tamen myſterium Incarnationis, vltra hoc, deſideratur cognoſcere illum hominem (cuius humanitas erat terminata dicta ſubſiſtentia) eſſe Deum; quia in hoc conſiſ-

Et aliqui Thomiſtæ cenſent, Angelum cognovide, quod Chriſti humanitas carebat propria ſubſiſtentia, cognoſcendo etiam fuiſſe terminatam ſubſiſtentia aliena, & increata.

Quin ex hoc inferatur quod naturaliter cognoverit myſterium Incarnationis,

ſiſtit Myſterium Incarnationis; & hæc eſt ſolutio Magiſtri Medina.3.part.quæſt.2.

41 Verior tamèn eſt alia Thomiſtarum opinio:aſſerens Angelos naturaliter cognoviſſe humanitatem Chriſti Domini carere propria ſubſiſtētia,& exiſtentia; nihil verò naturaliter cognoviſſe de ſubſiſtentia,aut exiſtentia increata,nec de illius vnione hypoſtatica, quæ quidèm vnio eſt modus ſupernaturalis(terminetur ſiue ad naturam totalem, ſiue ad partialem;) cognoſcentes namqne Sancti Angeli modum ſubſiſtendi, & exiſtendi humanitatis Chriſti Domini eſſe ſibi occultum, ſuſpendebant cognitionem circa prædictum modum;ſiquidèm,vt docet Divus Thomas, prima parte,quæſtione 58. artic.5. Angeli boni lumine naturali,nihil iudicant de illis rebus, quæ ſupernaturaliter accidunt, niſi ſalva ordinatione Diuina., & conditionatè, ſcilicèt ſub conditione;nè patiantur vllam deceptionem, quæ non reperitur in bonis Angelis, & ſi poſsit reperiri in Dœmonibus in ſui peccati pœnam.

Veriùs tantùm diſcurrunt alij Thomiſtæ,ſententes:cognoviſſe Angelum Chriſti humanitatē carere propria ſubſiſtentia, nihil cognoſcendo naturaliter de ſubſiſtentia increata. *S.Thomas*

42 Et iuxta hanc ſententiam eſt reſpondendum ad argumentum, negando maiorem, & ad eius probationem conceſſa maiori, negatur conſequentia: Videlicèt, quod Angelus ſciat naturaliter eſſe increatam ſubſiſtentiam, qua eſt terminara humanitas Chriſti Domini, quia ſtat benè Angelum lumine naturali cognoſcere humanitatem Chriſti Domini carere propria ſubſiſtētia cognoſcendo, ſimul, quod ſi ſubſiſteret ſubſiſtentia aliena creata, (quæ quidèm repugnat) hoc illi eſſet notum; & quod hoc non obſtante ſuſpendat ſuum iudicium circa ſubſiſtentiam, qua defacto terminatur humanitas Chriſti Domini; eò, quod percipit ſibi occultari modum ſubſiſtendi humanitatis Chriſti Domini.

Et iuxta hanc ſententiam reſpondetur ad argumentum:& primò ad primam probationem maioris. Statbene,quod Angelus naturaliter cognouerit humanitatē Chriſti carere propria ſubſiſtentia,quin naturaliter cognouerit ſubſiſtentiam,qua ſubſiſtebat.

43 Ad ſecundam probationem maioris concedatur totus ſyllogiſmus, quin in aliquo nobis officiat;quia licet notitia intuitiua, ſit notitia rei exiſtentis, at ad hoc non eſt neceſſarium; quod cognoſcatur intui-

Reſpōdetur ad 2. probationē maioris.

Digitized by Google

Et ſi notitia intuitiva ſit notitia rei exiſtentis, at ad hoc non requiritur, quod cognoſcatur intuitivè exiſtentia rei intuitivè cognitæ.

Exiſtentia, & ſubſiſtẽtia non ſe habent ad hominem, vt formæ conſtitutivæ hominis; ſed vt modi, & cõditiones completivæ ipſiuſmet hominis.

Reſpõdetur ad 3. probationẽ maioris.

Anima Chriſti Domini non cognoſcit lumine naturali ſe vnitam eſſe Perſonalitati Divinæ.

Et ſi naturali lumine sciret, quod ſubſiſtentia, qua ſubſiſtebat, nec erat creata propria, nec aliena creata.

Quia ad illud cognoſcẽdum

tuitivè exiſtentia rei intuitiuè cognitæ. Cuius exemplum clariſsimum habemus in noſtro viſu corporeo habente notitiam intuitivam coloris præſentis, quin in actu ſignato percipiat exiſtentiam, & præſentialitatem coloris; cum ad hoc, vt intuitivè attingat colorem præſentem, ſufficiat, quod notitia intuitiua viſus terminetur ad exiſtentiam coloris in actu exercito, id eſt, quod percipiat exercitium eius attingendo colorem ſe exiſtentem. Et ita pariter contingebat in Angelis, qui lumine naturali cognoſcebant tantùm in actu exercito exiſtentiam, & ſubſiſtentiam humanitatis aſſumptæ, dùm illam ſuſtentatam, extra cauſas poſitam, & operantem percipiebant; etenim exiſtentia, & ſubſiſtentia non ſe habent ad hominem, vt formæ conſtitutivæ hominis, ſed tantùm, vt modi, & conditiones completivæ ipſiuſmet hominis. Ex quo colligitur ſatis eſſe ad hoc, vt naturaliter cognoſcatur hic homo, quod cognoſcatur eius humanitas in actu ſignato, perceptis ſubſiſtentia, & exiſtentia non in ſe ipſis, ſed in actu exercito, & quodammodo in ſuis effectibus.

44 Ad 3. reſpondetur, negando maiorem: quia anima Chriſti Domini lumine naturali non cognoſcit ſe vnitam eſſe perſonalitati Divinæ; ſiquidèm non cognoſcit (vt ſupponit arguens) ſe habere ſubſiſtentiam increatam, quod nec vnquam cognouit lumine naturale, & ſi ſciret lumine naturali, quod ſubſiſtentia, qua ſubſiſtebat, non erat ſubſiſtentia propria, immò nec aliena creata: eò, quod, adhuc his poſitis, ad hoc, vt ſubſumatur ſe terminatam eſſe ſubſiſtentia increata, tria requiruntur. Primum eſt: quod cognoſcat prædicta animæ lumine naturali ſe non ſubſiſtere negatiuè tantùm per extrinſecam manutenentiam Dei, vt tenet aliquorum opinio aſſerens; poſſe à Deo conſervari naturam creatam abſque vlla poſitiva ſubſiſtentia, & exiſtentia per ſolam ſubſiſtentiam negativam, ſub cuius nomine ſignificant extrinſecam manutenentiam Dei.

Secundum: quod ſciat non denegari ſuo intellectui concurſum Dei ad hoc, vt cognoſcat omnem ſub-

ſiſtentiam creatam alienam; quia licèt defacto Deus non deneget ſuum concurſum Angelis bonis ad cognoſcendum ea, quæ naturaliter poſſunt cognoſcere, nec illum denegaverit intellectui humano Chriſti Domini ad talia obiecta cognoſcenda (quamvis prædictum concurſum ſæpius Dœmonibus deneget) at poteſt illum ipſis denegare, & potuit illum denegare intellectui humano Chriſti Domini: cum liberè præſtet, & præſtiterit talem concurſum. Tertium deniquè: quod habeat vires ad cognoſcendum, & iudicandum de ſupernaturalibus; quæ quidèm vires deficiunt intellectui humano Chriſti Domini ſecundùm ſua naturalia conſiderato, potiori titulo, quam deficiunt intellectui Angelico: cum intellectus humanus Chriſti Domini, ſecundùm ſua naturalia inſpectus, ſit minoratus ab intellectibus Angelicis, quibus non adſunt vires naturales ad cognoſcendum obiecta ſupernaturalia.

tria ſunt neceſſaria.
Primum.
Secundum.
Defacto nō negat Deus Angelis bonis, nec intellectui humano Chriſti Domini negavit concurſum ad cognoſcēdum ea, quæ naturaliter poſſunt cognoſcere.
Licèt talem cōcurſum poſsit illis negare.
Tertium.

45 Ad vrgentiam eſt reſpondendum, negando minorem, ad cuius probationes dicatur: Dæmones cognoviſſe Chriſtum Dominum eſſe Mæſiam, eſſe miſſum, & eſſe Ducem Populi Iſrael; ſed certò non percipiebant, an Chriſtus Dominus eſſet Deus, quamvis hoc aliquatenus ſuſpicarentur, ex qua ſuſpitione dixit Chriſto tentator in deſerto (vt habetur in 4 Mathæi) *Si filius Dei es*: pro qua ſolutione conſulatur D. Thom. 3. part. quæſt. 41. artic. 1. vbi hoc idem docet: Quapropter ſecundùm hanc doctrinam eſt ſatisfaciendum argumento, & non ſecundùm aliam aliorum Thomiſtarum, qui dicunt, quod etſi Dœmon ſuo lumine naturali potuiſſet cognoſcere, quod Chriſtus Dominus erat Deus; quia ad hoc habebat Dœmon plura teſtimonia Prophetarum; quæ quidèm teſtimonia videbat Dœmon eſſe in Chriſto completa: cæterùm fuit impeditus, nè myſterium Incarnationis certò cognoſceret, tùm in pœnam ſui peccati, & tùm etiam, nè impediret redemptionem humani generis; quia licèt hæc ſolutio ſit probabilis, & fundetur tàm ab Abulenſi ſuper 4. Mathæi, quæſtione 22. quam à Caietano ſuper 4. Lucæ: at prima ſolutio eſt mens expreſſa D. Thomæ, ideoquè ſecundæ præferenda.

Reſpōdetur ad vrgentiam argumenti.
Dœmones cognoverunt Chriſtum eſſe Mæſiam, eſſe miſſum, & eſſe Ducem populi Iſrael; ſed certò non cognoſcebant, quod Chriſtus erat Deus, & ſi hoc ſuſpicarentur.
Math. 4. v. 3.
S. Thomas:
Illuſt. Abulenſis.
Card. Caietanus.

Ter-

Arguitur tertio.

46 Tertiò Arguitur: Si entia creata ſupernaturalia non cognoſcerētur naturaliter ab Angelo; ſed potius excederent ſuam vim cognoſcitiuam naturalem; eſſet quia prædicta entia pendent ex ſola voluntate Dei; ſed ſtat benè, quod entia creata ſupernaturalia pendeant ex ſola voluntate Dei, & quod cognoſcantur naturaliter ab Angelo: ergo non rectè excludimus ab eſſe obiecti naturaliter cognoſcibilis ab Angelo entia creata ſupernaturalia. Probatur minor: Sicut entia creata ſupernaturalia pendent ex ſola voluntate Dei, ita miracula pendent ex ſola voluntate Dei; ſed ſtat benè, quod miracula pendeant ex ſola voluntate Dei, & quod cognoſcantur naturaliter ab Angelo: ergo ſtat benè, quod entia creata ſupernaturalia pendeant ex ſola voluntate Dei, & quod cognoſcantur naturaliter ab Angelo.

Ad quod reſpondetur.

Licèt entia creata intrinſecè ſupernaturalia, & miracula conveniant in aliquo, per hoc; quod eſt *pendere ex ſola voluntate Dei*: at in hoc ipſo, etiam inter ſe differunt.

47 Ad quod dicimus: quod licèt in aliquo conveniant *per hoc, quod eſt pendere ex ſola voluntate Dei*, entia creata intrinſecè ſupernaturalia, & miracula; at in hoc ipſo etiam inter ſe differunt. Siquidē conveniunt in hoc, quod tàm miracula, quàm entia creata intrinſecè ſupernaturalia pendent, quantùm ad exercitium ex ſola voluntate Dei: quia illud pendet, quoad exercitium ex ſola voluntate Dei, cuius nulla eſt cauſa naturalis expoſcens ſui productionem, & cum nulla ſit cauſa naturalis exigens, quod Deus patretur miracula, & quod cauſet entia creata intrinſecè ſupernaturalia; ideò tàm prædicta entia, quàm miracula pendent quoad exercitium ex ſola voluntate Dei. Differunt verò, in eo, quod miracula, quoad ſui ſpecificationem non dependent ex ſola voluntate Dei; ſed etiam dependent ex cauſa naturali; eò, quod illud, quod miraculosè producitur; ſi conſideretur ſecundùm ſuam ſpeciem, & eſſentiam ordinatur ad aliquem finem naturalem: vnde viſus cæco reſtitutus, & vita mortuo reſtituta ordinantur ſecundùm ſuam ſpeciem ad bonum naturale hominis, eò, quod ſunt eiuſdem ſpeciei, quando miraculosè reſtituuntur, ac cùm per generationem naturalem habentur; & ideò, ſicut quando per generationem naturalem accipiuntur, ordinantur ad bonum natura-

thrale hominis, ita ad idem bonum ordinantur ſecundùm ſuam ſpeciem, & eſſentiam, quando à Deo miraculosè reſtituuntur.

Entia vero creata intrinſecè ſupernaturalia, nedùm quantùm ad exercitium dependent ex ſola voluntate Dei, modo quo miracula pendent, verùm, & etiam quoad ſpecificationem; quia ſecundùm hanc non ordinantur ad vllum naturalem finem, ex quo colligitur, quod miracula, & ſi quoad exercitium pendentia ex ſola voluntate Dei, ſint naturaliter cognoſcibilia ab Angelo; eò, quod quoad ſpecificationem non pendent ex ſola voluntate Dei; entia tamèn creata intrinſecè ſupernaturalia, quia quoad exercitium, & quoad ſpecificationem pendent ex ſola voluntate Dei, non ſunt ſic naturaliter cognoſcibilia. Nec mirum, cum illa, quæ tantùm quoad exercitium pendent ex ſola voluntate Dei, ſint ſupernaturalia tantùm quoadmodum; de quibus ſæpius diximus (immo, & ſuppoſuimus in numero 1.) quod ſunt ab Angelo naturaliter cognoſcibilia; ea verò, quæ nedùm quoad exercitium, verum, & quoad ſpecificationem pendent ex ſola voluntate Dei, ſint ſupernaturalia tàm quoadmodùm, quàm quoad ſubſtantiam, & conſequenter excedunt illam vim cognoſcitivam naturalem quæ non ſe extendit erga obiecta, quæ non ſint entitatiuè naturalia.

Entia creata intrinſecè ſupernaturalia, & *quoad ſpecificationem*, & *quoad exercitium*, dependent ex ſola voluntate Dei. Miracula verò tantùm *quoad exercitium* dependēt ex ſola voluntate Dei.

48 Ex quibus reſpondeatur ad argumentum, diſtinguendo maiorem: Si entia creata ſupernaturalia non cognoſcerentur naturaliter ab Angelo, eſſet quia prædicta entia pendent ex ſola voluntate Dei: *Quia pendent tam quoad exercitium, quàm quoad ſpecificationem* concedatur maior: *Quia præciſè pendent quoad exercitium*, negatur maior, & negetur minor, iuxta ſenſum præfatæ diſtinctionis. Non enim cohærent pendere quoad exercitium, & quoad ſpecificationem ex ſola voluntate Dei, & cognoſci naturaliter ab Angelo; quamvis benè ſe habeant pendere præciſè quoad exercitium ex ſola voluntate Dei, & cognoſci naturaliter ab Angelo: vnde datur diſparitas inter miracula, & inter entia creata intrinſecè ſuper-

Iam reſpondetur tertio argumento.

Non cohærent dependere ex ſola voluntate Dei quoad ſpecificationem, & exercitium; & cognoſci naturaliter ab Angelo illud, quod ſic dependet: licèt *cum tali*

Digitized by Google

cognoſci cohæret dependere ex ſola voluntate Dei præcisè quoad exercitium.

ſupernaturalia, ratione cuius miracula valeant cognoſci naturaliter ab Angelo, & ſi entia creata intrinſecè ſupernaturalia nequeant ab eis naturali cognitione attingi.

Replicabis.

49 Replicabis: In miraculis, non ſolùm eſt effectus cauſatus, qui eſt entitativè naturalis, ſed etiam eſt modus extrinſecus ſe tenens ex parte agentis patrantis miraculum, qui quidem modus eſt ſupernaturalis; ſed Angelus cognoſcit naturaliter nedùm effectum cauſatum, qui eſt in miraculo, verùm & modum extrinſecū ſe tenentem ex parte agentis patrantis miraculum: ergo & etiam naturaliter cognoſcit entia creata intrinſecè ſupernaturalia.

Ad quod poteſt dici: vel primò. Modus extrinſecus ſe tenens in miraculo ex parte patrantis illud, eſt Angelo naturaliter notus quoad an eſt.

Vel ſecundò. Deus, vt Author naturæ poteſt patrare miracula.

50 Ad quod, vel poteſt dici, quod talis modus extrinſecus ſe tenens ex parte agentis patrantis miraculum eſt notus quoad an eſt; eò quod eodem lumine, quo Angelus ſcit aliquem hominem antea cæcum, vel mortuum modò habere viſum, aut vitam, ſcit nunc habere talem viſum, vel talem vitam non à cauſa naturali, ſed à Deo operante ſupra leges naturæ. Vel dicatur, iuxta aliam Theologorum probabiliſsimam ſententiam, aſſerentem, quod Deus, vt Author naturæ poteſt patrare huiuſmodi miracula; eò, quod, vt Author naturæ (vt hoc nomen *Author naturæ*, dicit *Dominum naturæ*, & contraponitur *Authori gratiæ*) poteſt operari ſupra ſuas leges ordinarias, & in illis diſpenſare; quod in hoc ſenſu Angelus poteſt etiam quidditatiuè cognoſcere prædictum modum extrinſecum ſe tenentem ex parte agentis patrantis miraculum; quia poteſt habere quidditatiuam cognitionē de his miraculoſis effectibus; cum poſsit ſcire definitiuè id, in quo conſiſtit ratio miraculi tàm in communi, quā in particulari, ſcilicèt id in quo conſiſtit ratio huius determinatè miraculi, videlicèt viſus cæco reſtituti, aut vitæ reſtitutæ mortuo.

Vnde dupliciter reſpondetur replicæ.

51 Et iuxta hanc doctrinam reſpondeatur ad replicā, vel concedendo minorem: ſi loquatur de cognitione quoad an eſt, de qua loquitur prima opinio immediatè dicta, vel etiā concedendo minorem, loquendo de cognitione quidditatiua, vt prætendit ſecunda opinio, & negetur conſequentia.

Quæ-

32 Quartò Arguitur. Cognoſcens naturaliter effectus naturales cauſatos ex entibus ſupernaturalibus, poteſt cognoſcere naturaliter entia ſupernaturalia, ex quibus tales effectus cauſantur; ſed Angelus naturaliter cognoſcit effectus naturales cauſatos ex entibus ſupernaturalibus: ergo Angelus poteſt cognoſcere naturaliter entia ſupernaturalia. Probatur maior: (poſteaquè eſt probanda minor) cognoſcens naturaliter aliquem effectum, poteſt cognoſcere naturaliter cauſam talis effectus (eò, quòd per effectus poſſunt cognoſci cauſæ ipſorum effectuum) ergo cognoſcens naturaliter effectus naturales cauſatos ex entibus ſupernaturalibus, poteſt cognoſcere naturaliter entia ſupernaturalia, ex quibus tales effectus cauſantur. Quartò Arguitur.

Iam probatur minor: Scilicèt, quod Angelus cognoſcit naturaliter effectus naturales cauſatos ex entibus ſupernaturalibus: Si Angelus non poſſet cognoſcere effectus naturales cauſatos ex entibus ſupernaturalibus, eſſet quia non darentur effectus naturales cauſati ex entibus ſupernaturalibus; ſed dantur effectus naturales cauſati ex entibus ſupernaturalibus: ergo Angelus cognoſcit naturaliter effectus naturales cauſatos ex entibus ſupernaturalibus. Probatur minor primò: Plures Thomiſtæ ſatis probabiliter iudicant, quod per actus ſupernaturalium virtutum generantur habitus naturales circa idem obiectum materiale, ratione quorum habituum, deficiente habitu ſupernaturali per peccatum mortale, habet homo facilitatem circa actus tendentes ad idem obiectum materiale; ſed prædicti actus ſupernaturalium virtutum ſunt entia ſupernaturalia (cum ſint actus ſupernaturales) ergo dantur effectus naturales cauſati ex entibus ſupernaturalibus. Secundò probatur minor: Theologia eſt entitatiua naturalis (iuxta doctrinam inter Thomiſtas valdè communem.) ſed Theologia cauſatur ex entibus ſupernaturalibus (quia cauſatur ex actibus ſupernaturalibus fidei, quibus cognoſcuntur principia, & ex quibus deducitur concluſio Theologia) ergo dantur effectus naturales cauſati ex entibus ſupernaturalibus. Probatur minor.

Non

cognoſci cohæret dependere ex ſola voluntate Dei præciſè quoad exercitium.

ſupernaturalias ratione cuius miracula valeant cognoſci naturaliter ab Angelo, & ſi entia creata intrinſecè ſupernaturalia nequeant ab eis naturali cognitione attingi.

Replicabis.

49 Replicabis: In miraculis, non ſolùm eſt effectus cauſatus, qui eſt entitativè naturalis, ſed etiam eſt modus extrinſecus ſe tenens ex parte agentis patrantis miraculum, qui quidèm modus eſt ſupernaturalis; ſed Angelus cognoſcit naturaliter nedùm effectum cauſatum, qui eſt in miraculo, verùm, & modum extrinſecù ſe tenentem ex parte agentis patrantis miraculum: ergo, & etiam naturaliter cognoſcit entia creata intrinſecè ſupernaturalia.

Ad quod poteſt dici vel primò.

Modus extrinſecus ſe tenens in miraculo ex parte patrantis illud, eſt Angelo naturaliter notus quoad an eſt.

50 Ad quod, vel poteſt dici, quod talis modus extrinſecus ſe tenens ex parte agentis patrantis miraculum eſt notus quoad an eſt; eò quod eodem lumine, quo Angelus ſcit aliquem hominem antea cæcum, vel mortuum modò habere viſum, aut vitam, ſcit nunc habere talem viſum, vel talem vitam non à cauſa naturali, ſed à Deo operante ſupra leges naturæ. Vel dicatur, iuxta aliam Theologorum probabiliſſimam ſententiam, aſſerentem, quod Deus, vt Author naturæ poteſt patrare huiuſmodi miracula; eò, quod, vt Author naturæ (vt hoc nomen *Author naturæ*, dicit *Dominum naturæ*, & contraponitur *Authori gratiæ*) poteſt operari ſupra ſuas leges ordinarias, & in illis diſpenſare: quod in hoc ſenſu Angelus poteſt etiam quidditatiuè cognoſcere prædictum modum extrinſecum ſe tenentem ex parte agentis patrantis miraculum: quia poteſt habere quidditatiuam cognitionē de his miraculoſis effectibus; cum poſsit ſcire definitiuè id, in quo conſiſtit ratio miraculi tàm in communi, quā in particulari, ſcilicèt id in quo conſiſtit ratio huius determinatè miraculi, videlicèt viſus cæco reſtituti, aut vitæ reſtitutæ mortuo.

Vel ſecundò.

Deus, vt Author naturæ poteſt patrare miracula.

51 Et iuxta hanc doctrinam reſpondeatur ad replicā, vel concedendo minorem: ſi loquatur de cognitione quoad an eſt, de qua loquitur prima opinio immediatè dicta, vel etiā concedendo minorem, loquendo de cognitione quidditativa, vt prætendit ſecunda opinio, & negetur conſequentia.

Vnde dupliciter reſpondetur replicæ.

Quæ-

52 Quartò Arguitur. Cognoſcens naturaliter effectus naturales cauſatos ex entibus ſupernaturalibus, poteſt cognoſcere naturaliter entia ſupernaturalia, ex quibus tales effectus cauſantur; ſed Angelus naturaliter cognoſcit effectus naturales cauſatos ex entibus ſupernaturalibus: ergo Angelus poteſt cognoſcere naturaliter entia ſupernaturalia. Probatur maior: (poſteaquè eſt probanda minor) cognoſcens naturaliter aliquem effectum, poteſt cognoſcere naturaliter cauſam talis effectus (eò, quod per effectus poſſunt cognoſci cauſæ ipſorum effectuum) ergo cognoſcens naturaliter effectus naturales cauſatos ex entibus ſupernaturalibus, poteſt cognoſcere naturaliter entia ſupernaturalia, ex quibus tales effectus cauſantur. Quartò Arguitur.

Iam probatur minor: Scilicèt, quod Angelus cognoſcit naturaliter effectus naturales cauſatos ex entibus ſupernaturalibus: Si Angelus non poſſet cognoſcere effectus naturales cauſatos ex entibus ſupernaturalibus, eſſet quia non darentur effectus naturales cauſati ex entibus ſupernaturalibus; ſed dantur effectus naturales cauſati ex entibus ſupernaturalibus: ergo Angelus cognoſcit naturaliter effectus naturales cauſatos ex entibus ſupernaturalibus. Probatur minor primò: Plures Thomiſtæ ſatis probabiliter iudicant, quod per actus ſupernaturalium virtutum generantur habitus naturales circa idem obiectum materiale, ratione quorum habituum, deficiente habitu ſupernaturali per peccatum mortale, habet homo facilitatem circa actus tendentes ad idem obiectum materiale; ſed prædicti actus ſupernaturalium virtutum ſunt entia ſupernaturalia (cum ſint actus ſupernaturales) ergò dantur effectus naturales cauſati ex entibus ſupernaturalibus. Secundò probatur minor: Theologia eſt entitativa naturalis (iuxta doctrinam inter Thomiſtas valdè communem.) ſed Theologia cauſatur ex entibus ſupernaturalibus (quia cauſatur ex actibus ſupernaturalibus fidei, quibus cognoſcuntur principia, & ex quibus deducitur concluſio Theologia) ergo dantur effectus naturales cauſati ex entibus ſupernaturalibus. Probatur minor.

Non

Sunt qui negent: Angelum cognoſcere naturaliter illos effectus naturales, qui proveniunt à cauſis ſupernaturalibus.

Et hac doctrina argumento occurrunt.

Sed illa eſt valdè difficilis.

Alij faciliùs ſatisfaciunt argumento.

Quia ſentiunt, tũ quod Theologia eſt entitativè ſupernaturalis.

Tùm quod nõ generatur habitus naturalis per actus virtutum ſupernaturalium.

Verùm aliter poteſt reſponderi ad 4. argumentum.

Entia ſupernaturalia poſſunt cognoſci à poſteriori ex effectibus naturalibus.

53 Non deſunt, qui huic argumento occurrant negando, quod Angelus poſsit naturaliter cognoſcere illos effectus naturales, qui proveniunt à cauſis ſupernaturalibus. Cæterùm hoc eſt ſatis difficile; Tùm quia effectus naturalis non excedit vires naturales intellectus Angelici, & alias Angelus poteſt naturaliter cognoſcere, quidquid non excedit vires naturales ſui intellectus; & tùm quia Deus in ſe cognitus eſt obiectum ſupernaturale, & tamèn habet effectus naturales, qui poſſunt cognoſci naturaliter ab Angelo; immo, & defacto cognoſcuntur.

Alij verò faciliùs ſatisfaciunt argumento propoſito; quia ſentiunt, tum quod Theologia eſt entitativè ſupernaturalis, & ideò deficit, quod argumentum intendit, ſcillcèt, quod Theologia, licèt ſit entitativè naturalis, cauſetur ex entibus ſupernaturalibus; & hoc eſt placitum plurium Thomiſtarum: Tum quod non cauſatur, aut generatur habitus naturalis per actus virtutum ſupernaturalium (vt ferè omnes Thomiſtæ iudicant) quapropter etiam deficit hoc ſecundum fundamentum argumenti, & iuxta hanc doctrinam tenentem, vel quod Theologia eſt entitativè ſupernaturalis (vt plurès ex Thomiſtis ſentiunt) vel quod non datur habitus naturalis, genitus per actus virtutum ſupernaturalium (vt communis Thomiſtarum cenſet opinio) facilimè ſolvitur argumentum.

54 Verùm etiam ſi admittatur: Tum quod Theologia ſit entitativè naturalis; tum quod detur habitus naturalis, qui generetur per actus virtutum ſupernaturalium, eſt reſpondendum ad argumentum dicendo non apparere vllum inconveniens, in hoc, quod cognoſcantur à poſteriori entia ſupernaturalia, ſuppoſito, & quod dentur entia ſupernaturalia, & quod talia entia cauſent aliquos effectus naturales; per quos manifeſtentur à poſteriori eorùm cauſæ; videlicet entia ſupernaturalia, ex quibus proveniunt; cuius aliquale exemplum habemus in actibus internis liberis ſupernaturalibus voluntatis, qui quidem ma-

manifeſtantur illos non elicienti per actus externos, licèt actus externi ſint actus naturales. Vnde per actum Martyrij cognoſcuntur fides, fortitudo, & charitas Martyris, quamvis iſtę Virtutes ſint ſupernaturales: igitur, & pariter per effectus naturales cauſatos ex entibus ſupernaturalibus, poterunt cognoſci naturaliter ab Angelo entia ſupernaturalia.

Per actum Martyrij cognoſcuntur, fides, fortitudo, & charitas Martyris.

55 Et ſi animadverti debeat, quod quamvis cognoſcantur naturaliter effectus naturales producti ab entibus ſupernaturalibus, non poteſt Angelus per tales actus cognoſcere entia ſupernaturalia illos cauſantia cognitione quidditativa, & intuitiva; ſed ſolùm cognitione, qua talia entia quoad an eſt cognoſcantur; eò, quod ſunt cauſa naturalis prædictorum effectuũ, quia dùm naturaliter cognoſcitur aliquis effectus, debet etiam ſaltem quoad an eſt cognoſci cauſa naturalis talis effectus.

Et ſi non poſſint cognoſci talia entia a poſteriori ex effectibus naturalibus cognitione naturali, niſi *quoad an eſt.*

56 Quin obſtet dicere: non apparere rationem, ob quam cognitione intuitiva, & quidditativa cognoſcatur naturaliter effectus alicuius cauſæ, non cognita etiam intuitiuè cauſa naturalis talis effectus. Quia eſt habendum præoculis, tùm quod non omnis effectus adæquat virtutem, & perfectionem ſuæ cauſæ naturalis, & tùm quod ſimilis effectus non adæquans virtutem, & perfectionem ſuæ cauſæ naturalis, non eſt ſe ſolo medium ſufficiens, ad hoc, vt talis ſua cauſa cognoſcatur intuitiuè, & quidditativè. Quapropter dicitur, quod etſi cognoſcantur intuitivè, & quidditatiuè creaturæ, & Deus ſit cauſa naturalis ipſarum: verùm non cognoſcitur Deus per ipſas creaturas intuitivè, & quidditativè; ſed tantùmmodò illa cognitione, qua obiectum aliquod quoad an eſt cognoſcitur; quod quidèm fundatur in præfatis principijs, nimirum, quia cum creaturæ ſint effectus non adæquantes virtutem, & perfectionem ipſius Dei, qui eſt cauſa naturalis earum non ſunt medium ſufficiens ad cognoſcendum ipſum Deum intuitivè, & quidditativè; ſed præciſè ſunt medium ad hoc, vt Deus quoad an eſt cognoſcatur: ex quibus ſoluta manet replica, negando non apparere rationem,

Quin obſtet dicere, &c.

Quia non omnis effectus adęquat virtutem, & perfectionem ſuæ cauſæ naturalis.

Vnde etſi cognoſcantur quidditativè creaturę, & Deus ſit cauſa naturalis ipſarum, non cognoſcitur Deus per illas intuitiuè, & quidditativè.

nem,ob quam cognitione intuitiua,& quidditatiua cognoſcatur naturaliter effectus alicuius cauſæ non cognita etiam intuitivè,& quidditativè cauſa naturali talis effectus ; ſiquidèm ratio a nobis propoſita eſt ſatis fundata.

Replicabis.

57 Replicabis adhuc: Sequi ex data doctrina, quod ens ſupernaturale cauſans prædictos naturales effectus, ſimul ſit, & non ſit ens ſupernaturale, *ſit* (vt ſupponitur) *& non ſit*; quia cum conceptus entis ſupernaturalis, ſiſtat in hoc, quod tale ens ſit ſupra totum ordinem, & exigentiam naturæ, ſeu rerum naturalium, & quod ſua cognoſcibilitas ſuperet vires naturales intellectus creati, ſequitur ex noſtra doctrina, quod ſi hoc deficiat enti ſupernaturali cauſanti effectus naturales, ſequatur, quod tale ēns, non ſit ens ſupernaturale; tunc ſic; ſed hoc ex illa ſequitur; eò, quod ſemel poſito, quod ens ſupernaturale cauſet effectus naturales, nec poteſt ens tale ens ſupra ordinem, & exigentiam rerum naturalium (cum prædicti effectus ſint naturales, & alias, quia ſunt effectus habent exigere ſuam cauſam; vnde ſi talis cauſa ſit ens ſupernaturale, non erit ſupra totum ordinem, & exigentiam naturæ, ſeu rerum naturalium) nec præfatum ens habebit cognoſcibilitatem ſuperantem vires naturales intellectus creati, cum aſſeratur eſſe naturaliter cognoſcibile (& ſi quoad an eſt) per effectus naturales; qui ſunt media ad cognoſcendum tale ens ipſos cauſans, ſicut quilibet effectus eſt medium ad cognoſcendum ſuam cauſam; igitur ex noſtra doctrina ſequitur, quod ens ſupernaturale cauſans effectus naturales, non ſit ens ſupernaturale.

Difficilis eſt replica propoſita. Cæterū eſt reſpondenda àqua cumque ex ſolutionibus poſitis à num.53.

58 Quàm replicam, haud facilem eſſe non dubitabit illam attentè conſiderans. Cæterùm non eſt ei ſuccumbendum, præſertim cum non ſit ſpecialis contra noſtram doctrinam; ſed etiam militet contra quamcumque aliam ſatisfacientem argumento propoſito in numero 52. cum in omni fateatur: actum externum Martyrij eſſe effectum ſupernaturalium virtutum (fidei, ſcilicèt, fortitudinis, & charitatis Martyris) & tamèn

mèn per talem actum, & ſi naturalem, naturaliter cognoſcuntur præfatæ virtutes ſupernaturales. Igitur eſt reſpondendum: ens ſupernaturale dici illud ens, quod eſt ſupra totum ordinem, & exigentiam naturæ, hoc eſt, eſt ens, quod eſt ſupra exigentiam omnium cauſarum naturalium, & omnium effectuum cauſarum naturalium; cum quo tamèn componitur, quod ens ſupernaturale ſit cauſa alicuius entis naturalis; eò, quod cum ens ſupernaturale ſit perfectius naturaliter ente naturali, poteſt eſſe cauſa alicuius entis naturalis: præcipuè cum non repugnet, quod ens ſupernaturale terminet habitudinem, vel exigentiam entis, ſeu effectus naturalis cauſati à tali ente ſupernaturali.

Ens ſupernaturale dicitur illud ens, quod eſt ſupra totum ordinem, & exigẽtiam naturæ. Cum quo componitur, quod ens ſupernaturale ſit cauſa alicuius entis naturalis.

59 Et ſi prænotari opporteat, quod prædicti effectus naturales, cauſati ab entibus ſupernaturalibus, non reſpiciunt talia entia ſupernaturalia formaliter, vt ſupernaturalia; ſed prçciſsè reſpiciunt ipſa, vt illos cauſantia; vnde cum præfata entia, vt cauſantia effectus naturales, non exprimant ſuam ſupernaturalitatem; ideò de materiali ſe habet ſua ſupernaturalitas ad hoc, vt ea cauſent prædictos effectus, & conſequenter (& ſi in ſe ſint ſupernaturalia) non reſpiciuntur ab his effectibus, vt ſupernaturalia; eò, quod tantùm ab illis reſpiciuntur ſecundùm id, quod talia entia exprimunt, vt cauſantia prædictos actus.

Licèt talis effectus naturalis non reſpicit ens ſupernaturale cauſans ipſum, formaliter vt ens ſupernaturale.

Quod quidèm explicari ſolet per effectus naturales cauſatos à Deo, qui eſt cauſa ſupernaturalis; qui effectus non connectuntur cum ipſo Deo formaliter, vt ſupernaturali; ſed dumtaxat materialiter; hoc eſt connectuntur cum Deo, qui, & ſi ſit cauſa ſupernaturalis, at non terminat habitudinem talium effectuum, vt eſt ſupernaturalis; ſed ſolùm illam terminat, vt eſt naturæ Author, ſecundùm quam conſiderationem non exprimit ſupernaturalitatem, & conſequenter non terminat dictam habitudinem, vt eſt formaliter cauſa ſupernaturalis; & ita pariter in præſenti dicitur, quod effectus naturalis (v. g.) conclusio Theologica non reſpicit

Quod explicari ſolet per effectus naturales cauſatos à Deo.

Digitized by Google

Effectus natura lis cauſatus ex aſſenſibus ſupernaturalibus, non reſpicit tales aſſenſus formaliter, vt ſupernaturales.

aſſenſus ſupernaturales fidei ipſam cauſantes formaliter, vt ſupernaturales; ſed illos aſſenſus (qui aliàs in ſe ſunt ſupernaturales) reſpicit prædicta concluſio præciſsè, vt eam cauſantes, ſecundùm quem conceptum nullam exprimunt ſupernaturalitatem. Quia, vt illam cauſent, tantùm exigunt, vt ſint aſſenſus certi; & ideo formaliter, vt cauſantes talem concluſionem, ſolùm exprimũt certitudinem; & cum ad hoc, quod eſt, vt ſint certi, & vt ſolùm exprimant certitudinem, de materiali ſe habeat talium aſſenſuum ſupernaturalitas, ideò non eſt exacta à concluſione Theologica prædicta ſupernaturalitas, hoc eſt, non eſt formaliter inſpecta à tali concluſione.

Secundùm ſententiam aſſerentem, quod miracula cauſant euidentiam in atteſtante; Dæmones, naturaliter cognoſcentes miracula, cognoſcunt per ipſa miracula, principia fidei.

60 In cuius confirmationem etiam proponitur, quod iuxta aliquorum ſententiam, ſecundùm quam miracula cauſant euidentiam in atteſtante, Dæmones, naturaliter cognoſcentes miracula, cognoſcunt per ipſa miracula principia fidei; & conſequenter eſt in eis ſciẽtia Theologica; eò, quod Theologia præciſsè expoſcit principia certò cognita, quin exigat, quod hæc certitudo habeatur derminatè per fidem, ſed dumtaxat exigit talem certitudinem habitam per cognitionem, præſcindendo ab eſſe talis cognitionis; & conformiter ad hanc doctrinam ſemel admiſſa opinione, de eo, quod actus ſupernaturales cauſent naturales effectus (v.g. habitum naturalem) eſt dicendum non cauſare tales effectus prædicti actus formaliter, vt ſupernaturales; ſed præciſsè, vt ſunt actus humani generantes facilitatem ad actus ſaltèm materialiter ſimiles (vt ſunt actus naturales) & ſecundùm hanc rationem actus humani reperti in aſſenſibus, ſeu actibus ſupernaturalibus, terminant effectus naturales habitudinem actuum ſupernaturalium.

Datur appetitus naturalis beatitudinis in communi, licèt talis beatitudo in re ſit ſupernaturalis.

61 Et vltra hæc roboratur: Quod actus ſupernaturalis poſsit cognoſci per effectum naturalem ex ipſo cauſato, quin attingatur ſupernaturalitas prædicti actus cauſantis. Tum; quia eſt concors opinio, quod datur appetitus naturalis beatitudinis in communi, licèt talis beatitudo in re ſit ſupernaturalis, quia vt terminans appetitum naturalem non explicat ſupernaturalitatem

tem, quam in re habet. Tum quia datur amor naturalis, quo amatur Deus, prout eſt in ſe, quamvis Deus, prout eſt in ſe ſit ſupernaturalis; quia non terminat prędictum amorem, vt explicat ſupernaturalitatem; ſed præciſè, vt ſua bonitas eſt participabilis ab effectibus naturalibus.

62 Et ex his reſpondeatur ad argumentum, diſtinguendo maiorem: Cognoſcens naturaliter effectus naturales cauſatos ex entibus ſupernaturalibus, poteſt cognoſcere naturaliter entia ſupernaturalia, ex quibus tales effectus cauſantur: *Cognoſcere naturaliter entia ſupernaturalia quidditativè, & intuitivè*: negatur maior: *Abſtractivè, & quoad an eſt*, concedatur maior, & permiſſa minori, diſtinguatur conſequens: ergo Angelus poteſt cognoſcere naturaliter entia ſupernaturalia, *quidditativè, & intuitivè*: negatur conſequentia. *Abſtractivè, & quoad an eſt*: concedatur conſequentia. Igitur permiſſo iam (vt conſtat ex numero 53.) quod cognoſcens naturaliter effectus naturales, cognoſcat quod tales effectus, ſunt effectus cauſarum ſupernaturalium (quia vt probabile admiſimus poſſe dari effectus naturales cauſatos ex cauſis ſupernaturalibus) at ex hoc ſolùm ſequitur, quod cognitis prædictis effectibus naturalibus cognoſcantur, *abſtractivè, & quoad an eſt*, cauſæ ſupernaturales talium effectuum; non verò, quod cognoſcantur cognitione naturali intuitivá, & quidditativa, de qua eſt præſens controverſia.

Ex quibus reſpondetur ad 4. argumentum.

Ex ſola cognitione effectuũ naturalium provenientium ex cauſis ſupernaturalibus, ſequitur, quod cognoſcantur eorum cauſæ abſtractivè, & quoad an eſt; non vero ſequitur, quod cognoſcantur tales cauſæ cognitione naturali intuitiva, & quidditativa.

63 Quintò Arguitur: Angelus poteſt comprehendere naturaliter aliquod obiectum, quo obiecto cognito infallibiliter cognoſcat cognitione naturali aliquod obiectum ſupernaturale: ergo Angelus poteſt cognoſcere naturaliter obiecta ſupernaturalia. Probatur antecedens: Ex ſuppoſitione, quod aliquis hæreticus habeat aſſenſum fidei erga Myſterium Trinitatis, vel Incarnationis, datur aliquod obiectum, quod naturaliter comprehendit Angelus, quo obiecto comprehenſo infallibiliter cognoſcit cognitione naturali aliquod obiectum ſupernaturale: ergo Angelus poteſt comprehendere naturaliter aliquod obiectum, quo cognito infallibiliter cognoſcit cognitione naturali aliquod

Arguitur quintò.

Digitized by Google

quod obiectum ſupernaturale. Probatur antecedens: Ex ſuppoſitione, quod aliquis hæreticus habeat aſſenſum fidei non occultum erga myſterium Trinitatis, vel Incarnationis, datur aſſenſus fidei erga dicta obiecta, elicitus à tali hæretico; ſed ſi datur aſſenſus fidei nō occultus erga prædicta obiecta, à tali hæretico elicitus, datur aliquod obiectum, quod naturaliter comprehendit Angelus, quo obiecto comprehenſo, infallibiliter cognoſcit cognitione naturali aliquod obiectum ſupernaturale: ergo ex ſuppoſitione, quod aliquis hæreticus habeat aſſenſum fidei non occultum erga Myſterium Trinitatis, vel Incarnationis, datur aliquod obiectum, quod naturaliter comprehendit Angelus, quo obiecto comprehenſo, infallibiliter cognoſcit cognitione naturali aliquod obiectum ſupernaturale.

Probatur minor.

Probatur minor: Angelus naturaliter comprehendit aſſenſum fidei non occultum, ab hæretico elicitum erga myſterium Trinitatis, vel Incarnationis; ſed comprehenſo naturaliter tali aſſenſu, infallibiliter cognoſcit Angelus cognitione naturali aliquod obiectum ſupernaturale, hoc eſt, Myſterium Trinitatis, vel Incarnationis, terminans prædictum aſſenſum fidei ab hæretico elicitum: ergo ſi datur aſſenſus fidei non occultus, ab hæretico elicitus erga dicta obiecta, datur aliquod obiectum, quod naturaliter comprehendit Angelus, quo obiecto comprehenſo, infallibiliter cognoſcit cognitione naturali aliquod obiectum ſupernaturale.

Probatur alia minor.

Maior eſt certa, eò, quod Angelus naturaliter comprehendit omnem actum naturalem non occultum, & alias aſſenſus fidei non occultus, à tali hæretico elicitus, eſt actus naturalis non occultus. Vnde tantùm probatur minor: Dùm Angelus naturaliter comprehendit aſſenſum fidei non occultum, ab hæretico elicitum erga Myſterium Trinitatis, vel Incarnationis, evidenter cognoſcit cognitione naturali talem aſſenſum eſſe verum; ſed evidenter cognoſcens cognitione naturali eſſe verum aſſenſum fidei terminatum erga Myſterium Trinitatis, vel Incarnationis, infallibiliter cognoſcit cognitione naturali Myſterium Trinitatis, vel Incarna-

carnationis (cum veritas aſſenſus affirmantis exiſtere prædicta myſteria exigat indiſpenſabiliter, quod in re exiſtant talia myſteria, iuxta illud tritiſsimum axioma: *ab eo, quod res eſt, vel non eſt, aſſenſus, ſeu propoſitio dicitur vera, vel falſa*) ergo comprehenſo naturaliter ab Angelo aſſenſu fidei non occulto, ab hæretico elicito erga Myſterium Trinitatis, vel Incarnationis, infallibiliter cognoſcit Angelus cognitione naturali aliquod obiectum ſupernaturale, hoc eſt, myſteriū Trinitatis, &c.

Probatur maior; Dum Angelus naturaliter comprehendit aſſenſum fidei non occultum, ab hæretico elicitum erga myſterium Trinitatis, vel Incarnationis evidenter cognoſcit cognitione naturali paſsiones, ſeu proprietates talis aſſenſus(cum comprehenſo naturaliter quovis obiecto, evidenter cognoſcantur naturaliter proprietates talis obiecti) ſed veritas eſt paſsio, aut proprietas talis aſſenſus (ſiquidèm veritas eſt paſſio, ſeu proprietas propoſitionis mentalis, ſeu aſſenſus intellectus) ergo dum Angelus naturaliter comprehendit aſſenſum fidei non occultum, ab hæretico elicitum erga Myſterium Trinitatis, vel Incarnationis, evidenter cognoſcit cognitione naturali talem aſſenſum eſſe verum. Probatur quædam maior.

64 Relictis varijs ſolutionibus huic argumento præſtitis reſpondeatur dicendo: quod licèt hæreticus eliciat aliquem aſſenſum, quo credat eſſe myſterium Trinitatis, vel Incarnationis, aut quodvis aliud ſupernaturale myſterium: & prædictus aſſenſus vtpotè naturalis(quia eſt ſupponendum, vt non dubitat arguens, quod in hæretico non datur vllus aſſenſus fidei ſupernaturalis) comprehendatur naturaliter ab Angelo, at cum hoc ſtat, quod Angelus non cognoſcat naturaliter, an talis aſſenſus ſit determinatè verus, vel an ſit determinatè falſus. Reſpondetur 52 argumento. Stat, quod Angelus naturaliter comprehendit aliquem aſſenſum; quin naturalitèr cognoſcat, an talis aſſenſus ſit determinatè verus, val determinatè falſus.

65 Quin obſtet illud, quod obijcitur ab arguēte, ſcilicèt, quod, cū cōprehēſo naturaliter aliquo obiecto, debeāt cognoſci naturaliter paſsiones, aut proprietates talis obiecti, & aliàs veritas determinata ſit proprietas aſsēſus intellectus: cōprehenſo naturaliter tali aſſenſu

 etiam

Digitized by Google

Veritas determinata, ſeu veritas præfalſitate, non eſt proprietas aſſenſus intellectus, ſed præciſsè eſt eius proprietas hoc disiunctū: *Veritas, vel falſitas.*
Ex quo infertur, quod Angelus non cognoſcit naturaliter myſterium Trinitatis, vel Incarnationis, & ſi cognoſcat naturaliter aſſenſum elicitū ab hæretico circa tale myſterium.
Si dicas.
Reſpondebimus.
A pluribus iudicatur, vt verior opinio affirmans: veritatem, & falſitatem eſſe determinationē extrinſecam omni propoſitioni, tàm mentali, quam vocali, & ſcriptæ.

etiam cognoſcitur naturaliter eius determinata veritas. Quia ad hoc dicimus, quod veritas determinata (ſeu veritas præfalſitate) non eſt proprietas aſſenſus intellectus, ſed præciſsè eſt eius proprietas hoc disiunctum: *Veritas, vel falſitas*: vnde ex eo, quod ab Angelo coprehendatur naturaliter aſſenſus naturalis ab hæretico elicitus, nō infertur, quod Angelus cognoſcat naturaliter talē aſſenſum eſſe determinatè verùm, ſeu eſſe verum, potiusquàm falſum: ſed dumtaxat colligitur, quod cognoſcat naturaliter prædictum aſſenſum eſſe *verum, vel falſum* disiunctim.

66 Ex quibus habetur, quod in tali caſu non cognoſcit naturaliter Angelus (vt prætendit arguens) Myſterium Trinitatis, vel Incarnationis terminans aſſenſum ab hæretico elicitum, & ab Angelo naturaliter cognitum; cum hoc tantùm inferatur ex hoc, quod Angelus nrturaliter cognoſcat talem aſſenſum eſſe determinatè verum, ſeu verum potiusquam falſum. Cæterùm cum hoc non contingat, vt conſtat ex immediatè dictis; ideò deficit illud, in quo præcipuè ſiſtit argumentum.

67 Si dicas: hanc doctrinam de eo, quod propoſitio mentalis, ſeu actus intellectus non habet pro proprietate, ſeu pro propria paſsione veritatem determinatam; ſed dumtaxat hoc disiunctum *Veritatē*, vel *falſitatē*: ſalvari in opinione tenente veritatem, & falſitatem propoſitionis mentalis eſſe denominationem tali propoſitioni extrinſecam; ſecus verò in alia ſententia, oppoſitum propugnãte, iudicante, quod veritas eſt quid reale intrinſecum propoſitioni mentali.

68 Reſpondebimus ſufficere nobis ſatiſfacere argumento, iuxta opinionem ita probabilem, vt à pluribus iudicetur verior, vt eſt illa, quæ affirmat veritatem, & falſitatem eſſe denominationem extrinſecam omni propoſitioni tàm mentali, quàm vocali, & ſcriptæ; & conſequenter aſſerens, quod eadem numero propoſitio, manens intrinſecè invariata, poteſt tranſire de vera in falſam, aut de falſa in veram. Quo ſuppoſito clarè percipitur poſſe ab Angelo naturaliter cognoſci propoſitionem mentalem, ſeu aſſen-

ſum

ſum noſtri intellectus in re exiſtere, quin cognoſcat an talis aſſenſus ſit determinatè verus, aut determinatè falſus. Tum ob dicta in fine numeri 65. & tum quia cum ad hoc, vt cognoſcatur denominatio extrinſeca, debeat cognoſci forma, à qua provenit talis denominatio, ad hoc, vt Angelus cognoſcat aliquam propoſitionem mentalem eſſe veram, aut falſam determinatè, debet prius cognoſcere obiectum talis propoſitionis exiſtens, aut non exiſtens in ſe, prout per propoſitionem ſignificatur; eò, quod obiectum, prout ſic exiſtens ſit forma, à qua provenit propoſitioni, vt extrinſecè denominetur vera, vel falſa; vnde fit, quod cum Angelus nequeat cognoſcere myſteria Trinitatis, & Incarnationis, aut quodvis aliud myſterium gratiæ, prout talia myſteria in ſe ſunt, ſua cognitione naturali; hinc fit, quod nec valeat cognoſcere cognitione certa naturali, an aſſenſus ab hæretico præſtitus his myſterijs ſit determinatè verus, vel determinatè falſus.

69 Quibus præiactis iam reſpondetur ad argumentum negando, tàm primum, quàm ſecundum antecedens, & ad eius probationem negetur minor, ad cuius probationem etiam negetur minor, ad huius tamèn probationem, negetur maior, in cuius probationem non obſtat, quod ab arguente proponitur, & ſic ad illam reſpondeatur negando minorem, cuius probatio, ibi ſuppoſita, non tenet, iuxta dicta in fine numeri 65. Ex quibus colligitur, quod proprietas, ſeu propria paſsio propoſitionis mentalis non eſt veritas determinata, aut falſitas determinata; ſed præciſsè hoc, disiunctum: *Veritas, vel falſitas*: Vnde ex hoc, quod Angelus cognoſcat evidenter cognitione naturali proprietatem aſſenſus, ſeu propoſitionis mentalis à ſe naturaliter comprehenſæ, non infertur, quod cognoſcat naturaliter, quod propoſitio ſit determinatè vera, aut ſit determinatè falſa (ſi ſit propoſitio de obiecto ſupernaturali quoad ſubſtantiam) ſed tantùm colligitur, quod cognoſcat hanc propoſitionem eſſe disiunctim veram, aut falſam.

Ex dictis colligitur, quod licèt Angelus cognoſcat naturaliter proprietatem propoſitionis, ſeu aſſenſus à ſe comprehenſi, non infertur ex hoc, quod cognoſcat naturaliter, quod talis aſſenſus ſit determinatè verus, vel determinatè falſus.

70 Si tamèn noſtra ſolutio legenti non pla-

M. Lezana.
Reſpondet 5. argumento, etiam ſi ſupponatur, quod propoſitio mentalis, eſt intrinſecè vera.

placeat conſulat Magiſtrum Lezana. 1. part. diſput. 22. dubio 4. numero 9. vbi reſpondet ad propoſitum argumentum, etiam ſi propoſitio mentalis ſit intrinſecè vera; ex eo, quod talis propoſitio eſt intrinſecè vera, ratione habitudinis ſibi intrinſecæ, & motæ à motivo formali aſſenſus de obiecto, cui aſſentitur, aut de quo aliquid affirmat, vel negat. Vnde iuxta hanc ſententiam terminus formalis veritatis propoſitionis, non eſt res, prout in ſe, ſed motivum ſub quo aſſentitur rei; & cum motivum, cui hæreticus nititur ad affirmandum, quod in Deo eſt Trinitas, vel quod datur myſterium Incarnationis, non ſint hæc myſteria, ſed quoddam medium fallibile, & humanum; non poteſt veritas reſultans in prædicta propoſitione ex ſua habitudine ad tale medium, eſſe medium infallibile ad hoc, vt Angelus naturaliter certò cognoſcat prædicta myſteria.

Angelum cognoſcere naturaliter aſſenſum elicitum ab hæretico ſub motivo fallibili, nõ ſufficit, vt ipſe cognoſcat infallibiliter obiectum talis aſſenſus.

Quod confirmari poteſt ex eo, quod cum cognoſcitur aliquod obiectum ſupernaturale per actum illud attingentem ſub motivo naturali, tunc non cognoſcitur per talem actum ſupernaturalitas obiecti (eò, quod motivum naturale non eſt aptum, vt ſub illo cognoſcatur ſupernaturalitas prædicti obiecti) vnde pariter nunc diſcurritur dicendo: quod hæreticus iudicat eſſe Myſteriũ Trinitatis, vel Incarnationis; ſed quia hoc iudicat ſub motivo fallibili, non ſufficit, quod Angelus cognoſcat, hæreticum habere prædictum aſſenſum erga talia myſteria ad hoc, vt Angelus infallibiliter, ſeu certò illa cognoſcat; quia cum motivum ſub quo credit hæreticus illa myſteria, non ſit motivum infallibile, eſt motivum non habens neceſſariam connexionem cum veritate obiectiua talium myſteriorum; & ideò eſt inſufficiens medium, vt ratione illius evidenter cognoſcat Angelus eſſe in re prædicta myſteria.

71 Et ſi ſecundùm hanc ſententiam reſpondeatur ad argumentum, erit negando eaſdem propoſitiones, quæ fuerunt negatæ in numero 69. & ad illud, quod obijcitur pro probatione vltimæ minoris, eſt dicendum conformiter ad hanc opinionem, quod etſi

Digitized by Google

etſi veritas ſit intrinſeca propoſitioni mentali; at veritas determinata, ſeu veritas, prout diſtincta à falſitate, non eſt proprietas talis propoſitionis; quia iuxta præfatam ſententiam veritas, & falſitas, pro eo, quod dicunt in recto (ſecundùm quod ſunt intrinſecæ propoſitioni mentali) non diſtinguuntur realiter inter ſe, nec ab ipſa propoſitione mentali; ſed ſolùm diſtinguuntur per extrinſeca connotata.

Iuxta hanc Lezanæ opinionē, & ſi veritas ſit intrinſeca propoſitioni mentali, veritas, pro ut diſtincta à falſitate, non eſt proprietas talis propoſitionis.

Cuius ratio eſt, quia cum veritas conſiſtat (in hac ſententia) in illa habitudine intrinſeca propoſitioni mentali, quæ habitudo habet pro termino formali motivum, ſub quo reſpicit obiectum in re exiſtens; hinc habetur, quod, ſi obiectum in re ſit, talis habitudo reddat veram propoſitionem ſignificantem obiectum in re eſſe; ſi verò obiectum in re non ſit, reddat falſam propoſitionem ſignificantem obiectum in re eſſe; & cum obiectum eſſe, vel non eſſe in re, ſit extrinſecum connotatum reſpectu prædictæ habitudinis, ideò veritas, & falſitas propoſitionis, quæ ex his connotatis deſumuntur non diſtinguuntur realiter inter ſe; ſed ſolùm ex his extrinſecis connotatis; cum hæc eadem habitudo propoſitionis ſignificantis obiectum in re eſſe, exiſtente obiecto in re, reddat talem propoſitionem veram, & obiecto non exiſtente illam reddat falſam. Quod quidèm dicimus, ſi hæc opinio defendatur, vt frequentiùs defenſari ſolet; ſi verò propugnetur tenendo, quod veritas, & falſitas ſunt relationes, aut ſunt modi realiter diſtincti, tùm inter ſe, & tùm ab ipſa propoſitione mentali, aliter erit diſcurrendum: quomodò autem hoc ſit, nunc examinare non vacat.

Cuius redditur ratio.

Eſt notandum circa modum defendendi prædictam opinionem.

72 Et ſi inquiras: Igitur ſecundùm opinionem ſtatuentem veritatem propoſitionis in habitudine intrinſeca, ab ipſamet propoſitione realiter indiſtincta, & etiam à falſitate (à qua tantùm diſtinguitur per extrinſeca connotata) quæ erit in dicta opinione proprietas propoſitionis mentalis, veritas, nè an falſitas? Reſpondebimus, quod nec veritas determinata, nec falſitas determinata; ſed illud disiunctum iam propoſitum in numero 65. ſcilicèt, *veritas, vel falſitas*,

Si inquiras: quæ erit (ſecundùm relatam opinionem) proprietas propoſitionis mentalis? Reſpondebitur iuxta dicta in num. 65.

Etiam

Alia hic poſſent obijci: quę in ſequenti proponentur dubio.

73 Etiam poteſt obijci contra noſtram concluſionem intendendo, quod Angelus naturaliter cognoſcat obiectum ſupernaturale, quia naturaliter cognoſcit, tum modum, quo corpus Chriſti Domini exiſtit ſub ſpeciebus Sacramentalibus; tùm etiam modum, quem accidentia panis, & vini habent in Sacramento Euchariſtiæ, qui quidèm modi ſunt ſupernatules; ſed de eis conſtabit in ſequenti dubio.

§. IV.

Aliqua breviter deducuntur.

Primum corollarium.

Angelus naturaliter cognoſcit, quodlibet obiectum in re exiſtens; ſibiquè manifeſtatum, ſi ſit entitativè naturale.

74 PRimò eſt deducendum: Angelum naturaliter cognoſcere, quodlibet obiectum in re exiſtens, ſibiquè manifeſtatum, ſi tale obiectum entitatiuè naturale ſit, quia cum Angelus habeat vim cognoſcitiuam cuiuſcumque obiecti ſupernaturalis ſibi proportionati. & quodvis obiectum naturale ſecundùm ſuam entitatem, ſi in re exiſtat, & manifeſtetur Angelo, ſit obiectum ipſi proportionatum, hinc infertur, quod ſit obiectum, quod Angelus naturaliter poteſt cognoſcere.

Secundum corollarium:

Vnde ſunt naturaliter cognoſcibilia ab Angelo illa miracula, quæ entitatem naturalem in ſe dicunt ex parte effectus miraculoſi.

Non verò, ſi ex parte effectus miraculoſi correſpondeat entitas ſupernaturalis.

75 Et ex hoc colligitur: eſſe naturaliter cognoſcibilia ab Angelo illa miracula, quæ entitatem naturalem in ſe dicunt ex parte effectus miraculoſi, v. g. reſtitutio viſus, & reſuſcitatio mortui, in quibus miraculis entitas effectus miraculoſi eſt entitas merè naturalis, videlicèt homo reſuſcitatus, & viſus reſtitutus; quia cum Angelus poſsit naturaliter cognoſcere quidquid in ſe eſt naturale, non eſt cur non poſsit cognoſcere prædicta miracula, inſpecta ex parte effectus miraculoſi, hoc eſt ex parte hominis reſuſcitati, & viſus reſtituti.

Conſultò tamèn dicimus: poſſe Angelum naturaliter cognoſcere illa miracula, quæ ex parte effectus miraculoſi entitatem naturalem dicunt; vt denotetur, quod ſi ex parte effectus miraculoſi correſponderet entitas ſupernaturalis, non poſset Angelus naturaliter cog-

Digitized by Google

cognoſcere miracula, adhuc conſiderata ex parte effectus miraculoſi.

76 Etiamquè eſt colligendum, quod quando Angelus naturaliter cognovit humanitatem Chriſti Domini ſubſiſtere, & non ſubſiſtere ſubſiſtentia propria, nec aliena creata, non cognouit, quod talis humanitas ſubſiſtebat ſubſiſtentia increata, & diuina, ac proinde ex cognitione naturali prædictæ humanitatis ſubſiſtentis, non infertur naturalis cognitio obiecti ſupernaturalis, vt eſt ſubſiſtentia Verbi Divini, quod quidèm licèt ſatisfuerit fundatum in ſolutione ſecundi argumenti, vt tamèn in promptu habeatur illa doctrina (qua paſsim in Theologia vtitur) iterum ſuadetur: recopilando, quæ ibi ſunt dicta, ſcillicèt, quod ad hoc, vt Angelus naturaliter certò cognoſceret humanitatem Chriſti Domini ſubſiſtere ſubſiſtentia Divina, ductus ex hoc, quod naturaliter certò cognouit talem humanitatem ſubſiſtere, & non ſubſiſtere ſubſiſtentia propria, aut aliena creata (connaturaliter cognoſcibilibus ab ipſo) debebat ſimul evidēter cognoſcere, & quod ſibi no erat denegatus concurſus ad cognoſcendam ſubſiſtentiam creatam, & quod prædicta humanitas non ſubſiſtebat ſubſiſtentia negatiua, ſeu per extrinſecam manutenentiam Dei, abſque vlla poſitiua ſubſiſtentia, & dùm hæc evidenter non cognouit Angelus cognitione naturali, non potuit tranſire ad iudicandum naturaliter certò de poſitiva ſubſiſtentia, qua ſubſiſtebat humanitas Chriſti Domini, ita vt poſſet affirmare: *Hæc humanitas ſubſiſtit poſitiva ſubſiſtentia divina.*

Tertium corollarium.

Quando Angelus naturaliter cognovit humanitatē Chriſti Domini ſubſiſtere, & non ſubſiſtentia propria, aut aliena creata, non cognovit naturaliter, quod talis humanitas ſubſiſtebat ſubſiſtētia increata, & diuina.

77 Et vltra ſemper in hac re habeatur præoculis illa mirabilis doctrina Divi Thomæ, prima parte, quæſtione 58. artic. 5. vbi de Angelis bonis docet: quod non ſe præcipitant, ſicut mali ad formandum iudicium aſſertorium de eo, quod aliquid abſolutè in re exiſtit, ſi non habent tales Angeli vires ad illud certò cognoſcendum; quia non præſumunt ſupra ſuas vires; & cum vires naturales intellectus Angelici non ſe extendant ad cognitionem naturalem certam de obiecto entitativè non naturali (vt conſtat ex toties dictis in præſenti dubio) Ideò Angeli boni ſuſpende-

S. Thomas.

Eius mirabilis doctrina circa diſtinctionē boni à malo Angelo, in non ſe præcipitādo in iudicando de re ſibi naturaliter non manifeſta.

debant ſuum iudicium circa abſolutam affirmationem de eo, quod humanitas Chriſti Domini ſubſiſtebat ſubſiſtentia increata, & Divina.

Quin obſtet ſi opponas.

78 Quin obſtet dicere, quod abſque deceptione poterat bonus Angelus de hoc iudicare ex his principijs, nimirum, quia evidenter cognoſcens humanitatem ſubſiſtere ſubſiſtentia poſitiua, & alias evidenter cognoſcens, quod non ſubſiſtit ſubſiſtentia poſitiua propria, aut aliena creata, legitimè inferret, quod humanitas ſubſiſteret ſubſiſtentia poſitiva increata, & Divina. Quia ad hoc eſt reſpondendum, quod licèt ſi Angelus evidenter cognoſceret, quod proponit replica, optimè concluderet, quod ſubſiſtentia, qua terminabatur natura humana Chriſti Domini, erat ſubſiſtentia increata, & Divina, quia ſi ſubſiſtentia eſt poſitiva, non datur medium inter eſſe vnam ex tribus ſubſiſtentijs, videlicèt, vel Divinam, vel creatam propriam, vel creatam alienam.

Quia licèt, ſi admittatur, quod proponit replica, concluderet optimè; at non admittitur, & ideò non vrget.

Ceterum iam diximus, quod Angelus non cognovit evidenter, an humanitas Chriſti Domini ſubſiſteret ſubſiſtentia poſitiva, aut ſubſiſtentia negativa; vt ſubſiſteret, ſi præciſè ſubſiſteret per extrinſecam manutenentiam Dei, vt aliqui volunt, & quamuis daremus, quod Angelus evidenter cognoſceret humanitatem non poſſe terminari, niſi ſubſiſtentia poſitiva, adhuc reſtabat probandum, quod Angelus cognoſcebat evidenter cognitione naturali, quod Deus non occultabat ei ſubſiſtentiam propriam creatam, qua poterat ſubſiſtere humanitas Chriſti Domini; quia licèt ipſe Angelus cognoſcebat naturaliter evidenter, tùm quod inter obiecta naturalia ſibi non occulta, non apparebat ſubſiſtentia creata, qua ſubſiſteret humanitas Chriſti Domini; & tum quod de lege ordinaria non denegabat ei Deus concurſum ad cognoſcendum omnia obiecta naturalia; at cum poſſet Deus negare hunc concurſum de potentia abſoluta, poterat Angelus prudenter ſuſpicari, an tunc Deus ipſi occultabat ſubſiſtentiam creatam propriam, qua ſubſiſteret humanitas Chriſti Domini; & ideò non poterat naturaliter certò cognoſcere (etiã his admiſsis) quod huma-

Angelus non cognovit evidenter: an humanitas Chriſti Domini ſubſiſteret ſubſiſtentia poſitiva, aut ſubſiſtentia negativa.

Digitized by Google

manitas Chriſti ſubſiſtebat ſubſiſtētia increata,& Divina.

79 Vltimò colligitur: Non eſſe negandum Angelo, quod cognoſcat naturaliter ſupernaturalia, tum cognitione probabili, aut coniecturali; tùm cognitione, quoad an eſt; quia cum hic procedatur de cognitione certa intuitiva, & quidditativa permittitur, quod Angelus poſsit cognoſcere obiecta ſupernaturalia, vel cognitione expoſita errori, vel falſitati, vt eſt cognitio probabilis & coniecturalis, vel cognitione non intuitiva,& non quidditativa, vt eſt cognitio quoad an eſt: quibus cognitionibus Angelum poſſe cognoſcere obiecta ſupernaturalia, etiam habetur ex dictis in hoc dubio. Licèt debeat animadverti, quod cognitio naturalis, probabilis, aut coniecturalis de obiecto ſupernaturali, non eſt in Angelis bonis probabilis,& coniecturalis ſubiectivè, ſed tantùm eſt probabilis,& coniecturalis obiectiuè, ſeu ex parte medij, vt ſic diſtinguantur ab Angelis malis, in quibus (quia multoties decipiuntur) datur cognitio probabilis,& coniecturalis, non tantùm obiectivè, ſed etiam ſubiectivè; quia cognitio probabilis,& coniecturalis tantùm obiectivè, non eſt ex parte ſui, ſeu ſubiectivè, expoſita errori, aut falſitati, ſicut eſt expoſita cognitio probabilis,& coniecturalis ſubiectivè.

Quartum corollarium.

Non eſt negandum Angelo, quod cognoſcat naturaliter ſupernaturalia; tum cognitione probabili; aut coniecturali; tum cognitione quoad an eſt.

Licèt cognitio probabilis, vel coniecturalis habita ab Angelo bono de obiecto ſupernaturale, non ſit probabilis, aut coniecturalis ſubiectivè, ſed tantùm obiectivè, ſeu ex parte medij.

§. V.

Quoddam ſub dubiolum reſolvitur.

80 Si pro comparanda plena reſolutione præſentis dubij inquiras: quid ſentiendum ſit de actibus proprijs ſupernaturalibus; an ſcilicèt, hi cognoſcibiles ſint cognitione naturali certa, ab Angelo illos non eliciente, & ſi alia obiecta creata ſupernaturalia, non ſint cognoſcibilia ab ipſo naturaliter certò?

Si inquiras: an actus proprij ſupernaturales ſint ab Angelo naturaliter cognoſcibiles?

81 Reſpondebimus negativè: Quia ratio, quæ (à numero 8.) probat: eſſe naturaliter incognoſcibilia ab Angelo obiecta intrinſecè ſupernaturalia; etiā hoc idē, ſuadet de actibus ſupernaturalibus, ab ipſomet Angelo elicitis; vt illam meditanti patebit.

Reſpondebitur negativè.

82 Quin obſtet oppoſitum à M. Maſtrio (in 2. ſent. diſp. 2. num. 317.) videlicèt, quod Angelus cognoſcit naturaliter illud, quod experitur; & experitur ſe habere actum ſupernaturalem à ſe elicitum; ſicut nos ipſi ex-

Quin obſtet, quod opponit *M. Maſtrius:*

experimur actus noſtros ſupernaturales, quibus credimus, ſperamus, & amamus Deum.

Quia illi ſatiſfit.
PP. Suarez, & Ripalda.
M. Ferre.
Amans amore ſupernaturali, & ſi experiatur ſe amare, non experitur ſe amare ſupernaturali amore.

83 Quia huic difficultati ſatisfaciunt doctiſsimè plures Theologi, præſertim PP. Suarez, lib. 2. de *Angelis*, cap. 29. à num. 56. Ripalda, diſput. 11 de *Ente ſupernaturali*, numero 36. & M. Ferre (tom. 3. in 1. 2. numero 723. in fine) dicendo, quod licèt Angelus eliciens actum ſupernaturalem (v.g.) amoris, experiatur ſe habere amorem, at non experitur ſupernaturalitatem ipſius amoris; & ideò quando nos ipſi (actibus ſupernaturalibus credentes, ſperantes, & amantes Deum) ex ipſo exercitio actuum fidei, ſpei, & charitatis experimur credere, ſperare, & amare Deum; non experimur credere fide ſupernaturali; ſperare ſpe ſupernaturali & amare amore ſupernaturali: quia cum omnia hæc ſupperent omnem vim creatam cognoſcitivam naturalem, nequeunt per experientiam certò cognoſci.

Quod roboratur.
Facilius eſt, quod amãs cognoſcat ſe amare, quàm quod cognoſcat, quo amore amat.
Sanct. Gregorius Magnus.

84 Quod quidèm roboratur: Tum doctrina, qua in numero 76. dicebamus, quod licèt Angelus naturaliter cognoſceret humanitatem Chriſti Domini ſubſtantialiter ſubſiſtere, non cognoſcebat naturaliter, qua ſubſiſtentia ſubſiſtebat. Tum animadvertendo, quod cum actus naturales habeant ſimilitudinem cum actibus ſupernaturalibus; facilius eſt, quod eliciens amorem, cognoſcat ſe amare, quàm quod cognoſcat, quo amore amat, naturali nè? an ſupernaturali? Quapropter homo viator experiens ſe amare Deum, ſi per vires naturales velit cognoſcere, quo amore illum amat, ſe exponet deceptioni obſervatę à D. Gregorio Magno in *Paſtorali*, cap. 9. dicente ibi: *Quod mens ſæpe mentitur de ſe ipſa, & de bono opere, & fingit ſe amare, quod non amat.*

P. Arriaga ſentit oppoſitũ, & tria obijcit:

85 Sed reſponſioni huius ſub dubioli refragatur P. Arriaga, diſp. 10. de *Angelis*, ſect. 3. ſubſect. 4. & ita obijcit: Tum, quia cum quando Angelus amans Deum amore ſupernaturali, cognoſcit naturaliter ſe amare, habeat cognitionem terminatam ad amorem, qui eſt ſupernaturalis, non eſt cur negetur, quod talis cognitio poſsit eſſe clara amoris ſupernaturalis. Tum quia cum Angelus (ſic amans) immediatè, ſeu in ſe ipſo ex-

experiatur amorem à ſe elicitum,& iſte immediatè cõcurrat ad cognitionem ſui;gratis dicitur, quod ſolùm concurrit ad oſtendendam rationem communem, in qua convenit cum actibus naturalibus, & non ad aliam; maximè cum re ipſa tàm ſupernaturalis ſit in ipſa cognitione ratio ſuperior,quàm inferior. Tumquè; nam Angelus Beatus videns clarè,& intuitivè Deum, poteſt cognoſcere naturaliter ſe videre clarè Deum: ergo cum viſio clara Dei ſit ſupernaturalis, Angelus poteſt cognoſcere naturaliter actum ſupernaturalem à ſe elicitum.

86 Ad quæ reſpondemus, & ad primum: quod ratio inquiſita à P. Arriaga, iam fuit tradita in numero 83. vbi dicebamus; quod licèt Angelus, amans Deum amore ſupernaturali habeat vires naturales ad cognoſcendum ſe amare;at non ad cognoſcendum ſe amare ſupernaturali amore;& ſic nec ad eliciendam cognitionem claram amoris ſupernaturalis. Ad quæ reſpondetur, & 1. ad 1. Ratio inquiſita ab arguente, iã eſt ſupra tradita.

87 Ad ſecundum dicimus, quod & ſi talis Angelus experiatur immediatè,ſeu in ſe ipſo ſe amare non infertur ex hoc, quod præfatus amor,etiam vt ſupernaturalis, concurrat ad cognitionem naturalem, quam Angelus habeat de ſe ipſo: cuius ratio eſt,quod ſpecies prædicti obiecti repræſentativa,non repræſentat Angelo de tali obiecto, niſi id, ad cuius cognitionem poteſt extendi vis naturalis cognoſcitiva Angeli(cum obiectũ, ſeu ſpecies illius, non det vires potentiæ ſed potius eas in illa ſupponat) vnde prius eſt probandum,quod Angelus habet vires ad cognitionem naturalem actus ſuper naturalis quàm quod opponatur,quod talis actus, vt ſupernaturalis eſt, concurrit ad cognitionem naturalem, quam erga ipſum eliciat Angelus. Nec favet arguenti illud, quod opponit de prædicta cognitione, dicenti, quod in ea,tàm ſupernaturalis eſt ratio ſuperior,quàm inferior;quia eſt negandum eſſe in tali cognitione aliquam rationem ſupernaturalem;tota enim illa eſt naturalis, cum tota illa ſit elicita ab intellectu Angeli,inſpecto præciſè ſecundùm illud,quod naturaliter poteſt. Ad 2. Species intelligibilis non repræſentat Angelo, niſi ea, quæ ipſe poteſt intelligere.

88 Ad 3.& vltimum dicatur: Angelum Beatum Ad 3.

Angelus Beatus per ſuam viſionem beatam cognoſcit ſe videre clarè Deũ, & hoc nequit cognoſcere vlla cognitione naturali.

cognoſcere ſe videre clarè Deum; ſed dumtaxat hoc cognoſcit cognitione ſupernaturali, quin poſsibile ſit, quod Angelus in ſe ipſo experiatur ſeu naturaliter cognoſcat viſionem claram,& intuitivam Dei. Vnde ſi viſio beatifica non reflecteretur ſupra ſe(vt modò reflectitur; & ſi de hoc dubitet P.Arriaga) Angelus Beatus cognoſceret ſe videre clarè Deum per ſcientiam per ſe infuſſam ſupernaturalem: cum non ſit ſpecialis difficultas in prædicta viſione,quæ non ſit in alijs actibus ſuper naturalibus,titulo talium,ſuperantibus omnes vires creatas cognoſcitivas naturales.

S. Bonaventura. Scotus. Durandus. Nominales. Aureolus. P.Ripalda.

Et hæc de hoc dubio,applicando,tàm lib.2. diſt. Magiſtri,tum diſt.3. vbi de eo Durandus quæſt.7. num. 19,& quæſt.8.num.6.tum diſt.9.vbi illud ſupponere videtur Aureolus;tum diſt.10. vbi in quæſt.7.movetur cũ multis DD. à P.Ripalda. Quàm lib. 4. diſt.10.vbi de eo Doct.Subtilis, cum ſuis(quæſt.8.in ſolut.*ad 3.principale*) Nominales,& Durandus,q.4.num.6. etiamquè refertur agere de illo ibi D.Bonaventura. 2.part.art.2.q.1.

DVBIVM IIII.

Vtrum Angelus naturaliter certò cognoſcat modum, quo corpus Chriſti Domini exiſtit ſub ſpeciebus Sacramentalibus?

§. I.

Proponantur notanda.

Primum notabile.

Quidquid ſecũdum entitatem propriã eſt ordinis naturalis, cadit ſub obiecto proportionato intellectus Angelici.

1 PRimò notandum eſt conformiter ad dicta in præcedenti dubio, quod quidquid ſecundùm entitatem propriam eſt ordinis naturalis, etiam ſi ſupernaturaliter ſit productum,aut ſupernaturaliter conſervatum,cadit ſub obiecto proportionato intellectus Angelici;& conſequenter eſt naturaliter cognoſcibile ab Angelo. Vnde ſi modus, quo corpus Chriſti D. eſt ſub ſpeciebus Sacramentalibus, eſt modus ſecundùm entitatem propriã naturalis, poterit cog-

noſ-

Digitized by Google

noſci ab Angelo naturaliter certò. Quapropter lis præſentis dubij ſiſtit in hoc; an prædictus modus, ſit modus non omninò ſupernaturalis; ideoquè naturaliter ſit cognoſcibilis ab Angelo, vt naturaliter eſt cognoſcibilis ab Angelo tam reſtitutio viſus homini cæco, quàm reſuſcitatio hominis mortui; quia hæc non ſunt obiecta omnò ſupernaturalia.

Vnde dubitatio præſens eſt an modus, quo corpus Chriſti D. eſt ſub ſpeciebus Sacramẽtalibus, ſit modus omnino ſupernaturalis?

5 Quod vt clarius percipiatur: notandum eſt quid ſignificetur per hãc expreſsionẽ: *Obiectum omnino ſupernaturale*. Igitur per illam ſignificatur illud obiectum, quod nedùm eſt ſupernaturale extrinſecè, & ex parte cauſæ efficiẽtis, verùm intrinſecè, & ex parte ſui: ideoquè & ſi reſuſcitatio mortui, & reſtitutio viſus ſint quid ſupernaturale ex parte cauſæ efficientis, ſeu extrinſecè; quia tamèn non ſunt quid ſupernaturale intrinſecè, & ex parte ſui, non appellantur obiecta omninò ſupernaturalia. Quapropter inquirere, an modus, quo corpus Chriſti Domini eſt ſub ſpeciebus Sacramentalibus, ſit obiectũ omnino ſupernaturale, idem eſt, ac inquirere, an ſit modus ſupernaturalis intrinſecè, & ex parte ſui, & non ſolũ extrinſecè, & ex parte ſuæ cauſæ efficientis.

Secundũ notabile.

Declaratur quid ſignificatur per hanc expreſsionẽ: *Obiectum omnino ſupernaturale*.

3 Vltra etiam obſervari debet, quod modus iſte, quo corpus Chriſti Domini eſt ſub ſpeciebus Sacramentalibus eſt modus, quo totus Chriſtus eſt tota hoſtia, & totus in qualibet hoſtiæ parte: Vnde inquirere: *An modus, quo corpus Chriſti D. eſt ſub ſpeciebus Sacramentalibus eſt naturaliter cognoſcibilis ab Angelo*: Idem eſt, ac inquirere: *An ſit naturaliter cognoſcibile ab Angelo, qualiter totus Chriſtus eſt in tota hoſtia, & totus in qualibet parte?*

Tertium notabile.

Modus, quo corpus Chriſti Domini, eſt ſub ſpeciebus Sacramentalibus, eſt modus, quo totus Chriſtus eſt in tota hoſtia, & totus in qualibet parte hoſtiæ.

4 Et conſultò inquirimus in titulo quæſtionis; an Angelus cognoſcat prædictum modum naturaliter certò hoc eſt cognitione naturali certa: quia, quod Angelus cognoſcat iſtum modum cognitione ſupernaturali, vel cognitione naturali, coniecturali, aut probabili (obiectivè tantùm) non venit in præſentem controverſiam; quia cum myſteria gratiæ, ſeu entia intrinſecè ſupernaturalia, cognoſcat Angelus, vel cognitione ſupernaturali, uel cognitione naturali probabili, & cõiecturali (obiectivè præcisè) idẽ eſt dicendũ de modo, quo corpus Chriſti D. eſt ſub ſpeciebus Sacramẽtalibus, ſi talis modus ſit intrinſecè ſupernaturalis.

Quartum notabile,

Tantùm eſt quæſtio de cognitione naturali certa.

Digitized by Google

Prima ſententia affirmativa eſt. pro qua numerantur.

5 Et circa propoſitum quæſitum duplex eſt principalis ſententia: prima affirmans Angelum poſſe cognoſcere naturaliter certò (immò, & defacto cognoſcere) modum, quo corpus Chriſti Domini eſt ſub ſpeciebus Sacramentalibus, quia talis modus, eſt modus naturalis ex parte ſui conſideratus: & ita tenent Doctor Subtilis cum ſuis in 4, diſt. 10, quæſt. 5. Nominales. P. Vazquez. 1. part. diſput. 214. cap. 4. & alij non multi.

Scotus.
Nominales.
P. Vazquez.

Secunda eſt negativa.
Et pro ea ſunt
S. Thomas.
Eius ſchola
S. Bonaventura.
Durandus.
Richardus.
P. Suarez.

Secunda ſententia primæ oppoſita, omnino negat, quod Angelus cognoſcat; immo, aut quod cognoſcere poſſit cognitione naturali certa modum, quo corpus Chriſti Domini exiſtit ſub ſpeciebus Sacramentalibus, & hæc eſt expreſſa mens Præceptoris Angelici. 3, part. quæſt. 76. artic. 7. quem ſequitur eius Schola, eandemque ſententiam propugnant ex antiquis D. Bonaventura in 4. diſtinctione 10. quæſt. vltima. Richardus, art. 5, quæſt. 1. Durandus, quæſt. 4. & iam frequentius Theologi, inter quos illam ſolita ſubtilitate fundat P. Suarez, libro 2. de *Angelis*, cap. 29. à num. 46.

§. II.

NOSTRA STATVITVR CONCLVSIO.

Repugnat, quod Angelus cognoſcat naturaliter certò modum, quo corpus Chriſti Domini exiſtit ſub ſpeciebus Sacramentalibus.

6 QVam concluſionem ita docuit Præceptor Angelicus. 3. part. quæſtione 76. artic. 7. in corpore: *Quia enim* (inquit) *modus eſſendi, quo Chriſtus Dominus eſt in hoc Sacramento, eſt penitus ſupernaturalis à ſupernaturali intellectu, ſcilicèt Diuino, ſecundùm ſe viſibilis eſt, & per cõſequens ab intellectu beato, vel Angeli, vel hominis, qui ſecundũ participatã claritatẽ Divini intellectus, videt ea, quæ ſupernaturalia ſunt, per viſionẽ Diuinæ eſſentiæ, ab intellectu autẽ hominis viatoris, nõ poteſt conſpici, niſi per fidem, ſicut, & cætera ſupernaturalia; ſed neque*

S. Thomas.

neque etiam intellectus Angelicus ſecundùm ſua naturalia ſufficit ad hoc intuendum. Quid clarius?

7. Et illam ſic à ratione probamus: Angelus nequit naturaliter certo cognoſcere quidquid eſt intrinſecè ſupernaturale; ſed modus, quo corpus Chriſti Domini eſt ſub ſpeciebus Sacramentalibus, eſt modus intrinſecè ſupernaturalis: ergo Angelus nequit naturaliter certò cognoſcere modum, quo corpus Chriſti Domini exiſtit ſub ſpeciebus Sacramentalibus. Maior, & habetur à D. Thoma in præcitato loco, & iam ſatis conſtat, tùm ex notabilibus, & tùm ex toto antecedenti dubio. Minor vero probatur: Modus, quo corpus Chriſti exiſtit ſub ſpeciebus Sacramentalibus, eſt quædam participatio Divinæ immenſitatis; ſed ſi modus hic, eſt quædam participatio Divinæ immenſitatis, eſt modus intrinſecè ſupernaturalis: ergo modus, quo corpus Chriſti Domini exiſtit ſub ſpeciebus Sacramentalibus, eſt modus intrinſecè ſupernaturalis. Minor conſtat ex eo, quod ideo gratia, & charitas ſunt in ſe, & intrinſecè quid ſupernaturale, quia ſunt participationes, gratia divinæ naturæ, & charitas Divinæ voluntatis: ergo ſi modus, quo corpus Chriſti Domini exiſtit ſub ſpeciebus Sacramentalibus, ſit quædam participatio Divinæ immenſitatis, erit modus intrinſecè ſupernaturalis. Vnde, vt de hoc iudicetur probatur maior: Modus quo corpus Chriſti exiſtit ſub ſpeciebus Sacramentalibus, eſt modus, quo corpus Chriſti exiſtẽs ſub tota hoſtia, & ſub qualibet parte hoſtiæ, ita eſt ſub vna hoſtia, vt poſsit eſſe ſimul ſub hoſtijs ſyncathegorematicè Infinitis; ſed modus, quo corpus Chriſti Domini, exiſtens ſub vna hoſtia, & ſub qualibet parte hoſtiæ, ita eſt ſub vna hoſtia, vt poſsit eſſe ſimul ſub hoſtijs ſyncathegorematicè infinitis, eſt participatio Divinæ immenſitatis: ergo modus, quo corpus Chriſti Domini exiſtit ſub ſpeciebus Sacramentalibus, eſt participatio Divinæ immenſitatis.

Probatur concluſio à ratione.

Modus, quo corpus Chriſti Domini eſt ſub ſpeciebus Sacramentalibus, eſt quædam participatio divinæ immenſitatis.

Et talis modus eſt modus, quo corpus Chriſti exiſtẽs ſub tota hoſtia, & ſub qualibet parte hoſtiæ, ita eſt ſub vna hoſtia, vt poſsit eſſe ſimul ſub hoſtijs ſyncathegorematicè infinitis.

Probatur minor: Modus, quo corpus Chriſti Domini, exiſtens ſub vna hoſtia, & ſub qualibet parte hoſtiæ, ita eſt ſub vna hoſtia, vt poſsit eſſe ſimul ſub hoſtijs ſyncathegorematicè infinitis, eſt modus reddens corpus

Probatur minor,

pus Chriſti indiviſibiliter præſens locis ſyncathegorematicè infinitis; ſed modus reddens corpus Chriſti Domini indiviſibiliter præſens locis ſyncathegorematicè infinitis, eſt participatio Diuinæ immenſitatis: ergo modus, quo corpus Chriſti exiſtens ſub vna hoſtia, & ſub qualibet parte hoſtiæ, ita eſt ſub vna hoſtia, vt poſsit eſſe ſimul ſub hoſtijs ſyncathagorematicè infinitis, eſt participatio Divinæ immenſitatis. Probatur minor: Modus reddens corpus Chriſti Domini indiviſibiliter præſens locis ſyncathegorematicè infinitis, eſt modus præſentiæ ſpiritualis (cum reddat indiuiſibiliter præſens, quod quidèm competit præſentiæ ſpirituali) ergo eſt modus, qui ſit participatio, vel præſentiæ ſpiritualis creatæ, vel præſentiæ ſpiritualis divinæ, hoc eſt Divinæ immenſitatis: tunc ſic; ſed modus reddens corpus Chriſti indiuiſibiliter præſens locis ſyncathegorematicè infinitis, nequit eſſe participatio præſentiæ ſpiritualis creatæ: ergo præciſsè eſt participatio Divinæ immenſitatis. Probatur minor ſubſumpta: Modus reddens corpus Chriſti Domini indiviſibiliter præſens locis ſyncathegorematicè infinitis, reddit illud præſens indiviſibiliter ſine termino definitivo, hoc eſt abſque coartatione ad locum determinatum, cum illud poſsit reddere præſens locis infinitis ſyncathegorematicè; ſed nequit eſſe participatio præſentiæ ſpiritualis creatæ modus reddens corpus præſens indiviſibiliter ſine termino definitivo (eò, quod præſentia ſpiritualis creata, vt eſt præſentia Angelica, & ſi reddat rem præſentem indiviſibiliter, hoc tamèn præſtat cum coartatione ad determinatum locū) ergo modus reddens corpus Chriſti indiuiſibiliter præſens locis ſyncathegorematicè infinitis, nequit eſſe participatio præſentiæ ſpiritualis creatæ.

Modus reddens corpus Chriſti Domini indiviſibiliter pręſens locis ſyncathegorematicè infinitis, nequit eſſe participatio præſentiæ ſpiritualis creatæ.

8 Dices: quod licèt hoc ita eſſet, ſi modus reddens corpus Chriſti Domini præſens indiuiſibiliter (hoc eſt totum ſub tota hoſtia, & totum ſub qualibet parte) & etiam locis ſyncathegorematicè infinitis, eſſet modus poſsitivus ſuperadditus corpori Chriſti Domini ſecundùm ſe conſiderato: quia tunc optimè probaretur eſſe talem modum, quandam participationem Divinæ immenſitatis, ac proindè, quod

Dices.

eſſet

eſſet quid in ſe,& intrinſecè ſupernaturale;ſed hoc non vrgere,vſque dùm ſuadeatur eſſe prædictum modum quid poſsitivum ſuperadditum corpori Chriſti Domini, in ipſoquè receptum.

9 Sed incontra obijcitur:Modus, quo corpus Chriſti Domini exiſtit ſub ſpeciebus Sacramentalibus,eſt modus poſsitivus ipſi corpori Chriſti ſuperadditus:ergo tenet noſtrum argumentum ; ſi ex hoc dependet,vt ſupponit ſolutio. Antecedens probatur primò: Beatus nunc cognoſcens exiſtere corpus Chriſti Domini ſub ſpeciebus his Sacramentalibus(v.g.)ſub quibus antea cognoſcebat , quod non exiſtebat,cognoſcit,nũc aliquid poſsitivum de novo exiſtens,quod antea non exiſtebat;ſed hoc poſsitivum nihil aliud eſt , quam modus, quo corpus Chriſti, exiſtit ſub ſpeciebus Sacramentalibus:ergo modus,quo corpus Chriſti exiſtit ſub ſpeciebus Sacramentalibus,eſt modus poſitivus ipſi corpoti Chriſti ſuperadditus. Minor conſtat ex eo , quod ſi tale poſsitivum de novo datur, non eſt quid ſit,niſi prædictus modus. Et probatur maior:Beatus nunc cognoſcens exiſtere corpus Chriſti Domini ſub his ſpeciebus Sacramentalibus,ſub quibus antea cognoſcebat, quod non exiſtebat,nunc cognoſcit aliquid , præter hoc , quod eſt has ſpecies panis,vel vini eſſe ſine ſubſtãtia panis,vel vini (quia hoc poſset contingere de potentia Dei abſoluta, quin corpus Chriſti exiſteret ſub his ſpeciebus)& præter hoc,quod eſt corpus Chriſti in re exiſtere(quia hoc videt in patria)Igitur,quod nunc cognoſcit,eſt aliquid poſitivum nunc de novo exiſtens;eo,quod vltra obiecta, hic relata,ſolum reſtet aliquid purè negativum,verificatum,vel de his ſpeciebus,vel de corporeChriſti,& aliàs, quod corpus Chriſti exiſtat ſub his ſpeciebus , non dicit primariò aliquid purè negativum : ergo Beatus nunc cognoſcens exiſtere corpus Chriſti ſub his ſpeciebus Sacramentalibus , ſub quibus antea cognoſcebat, quod non exiſtebat, cognoſcit nunc aliquid poſitivum,nunc de novo exiſtens , quod antea non exiſtebat.

10 Secundò probatur primum antecedens: quod corpus Chriſti ſit indiviſibiliter præsẽs ſub his ſpeciebus

Sed contra.

Modus,quo corpus Chriſti Domini,exiſtit ſub ſpeciebus Sacramentalibus, eſt modus poſitivus ipſi corpori Chriſtiſuperadditus,

Vnde Beatus nunc cognoſcẽs exiſtere corpus Chriſti ſub his ſpeciebusSacramentalibus , ſub quibus antea cognoſcebat, quod non exiſtebat ; aliquid cognoſcit,tum præter hoc , quod eſt has ſpecies panis,vel vini eſt ſine ſubſtantia panis,vel vini;& tũ præter hoc, quod eſt *corpus Chriſti in re exiſtere,*

Digitized by Google

Quod corpus Chriſti ſit indiviſibiliter præſens ſub his ſpeciebus Sacramentalibus eſt effectus realis de novo in ipſo corpore.

eſt effectus realis de novo in ipſo corpore; qui effectus antea non erat; ſed modus, quo corpus Chriſti exiſtit ſub ſpeciebus Sacramentalibus, eſt forma à qua provenit talis realis effectus: ergo modus, quo corpus Chriſti Domini exiſtit ſub ſpeciebus Sacramentalibus, eſt modus poſitivus ipſi corpori Chriſti ſuperadditus. Maior apparet certa: Quia, quod corpus Chriſti ſit nunc indiviſibiliter præſens ſub illis ſpeciebus, ſub quibus antea non erat præſens, eſt, quod corpus Chriſti, quoad hanc præſentiam, ſe habeat aliter realiter nunc, ac antea (vt eſt notiſsimum) quod quidèm nequit ſtare, niſi ſit effectus realis de novo in ipſo corpore, qui effectus antea non erat: & minor non negatur à Contrarijs.

Modus, quo corpus Chriſti exiſtit ſub his ſpeciebus Sacramentalibus, eſt modus, quo eſt poſitivè indiviſibiliter præſens ſub dictis ſpeciebus.

11 Tertiò probatur idem antecedens: Modus, quo corpus Chriſti Domini eſt nunc poſitivè indiviſibiliter præſens ſub his ſpeciebus Sacramentalibus, non poteſt non eſſe modus poſsitivus: ſed modus, quo corpus Chriſti exiſtit ſub his ſpeciebus Sacramentalibus, eſt modus, quo eſt poſitivè indiviſibiliter præſens ſub his ſpeciebus Sacramentalibus: ergo modus, quo corpus Chriſti Domini exiſtit ſub his ſpeciebus Sacramentalibus, eſt modus poſsitivus ipſi corpori Chriſti ſuperadditus. Probatur minor: Modus, quo corpus Chriſti Domini exiſtit indiuiſibiliter ſub his ſpeciebus Sacramentalibus, eſt modus contra poſitus modo, quo aliud corpus, diſtinctum à corpore Chriſti, exiſtit diuiſibiliter præſens huic loco; ſed modus quo corpus diſtinctum à corpore Chriſti, eſt præſens diuiſibiliter huic loco, eſt modus, quo tale corpus, eſt poſitiuè diviſibiliter præſens (vt omnes fatentur) ergo modus, quo corpus Chriſti exiſtit ſub his ſpeciebus Sacramentalibus eſt modus, quo eſt poſitiuè indiviſibiliter præſens ſub his ſpeciebos Sacramentalibus.

Dices.

12 Dices: Quod licèt admittatur, quod talis modus, ſit modus, quo corpus Chriſti Domini ſit poſitivè indiviſibiliter præſens ſub his ſpeciebus, non infertur, quod ſit modus poſsitivus ſupernaturalis (vt nos propugnamus in noſtra ratione) quia anima noſtra eſt poſitivè indiviſibiliter præſens proprio corpori; quin tamèn modus præſentiæ indiviſibilis prædictæ animæ, quam-

quamvis ſit modus poſsitivus, ſit modus ſupernaturalis.

13 Contra quam ſolutionem ſic arguitur: dùm dicitur, quod modus, quo ſub ſpeciebus Sacramentalibus eſt corpus Chriſti, eſt modus poſsitivus ſupernaturalis, non dicitur hoc præciſsè, quia eſt poſitivè indiviſibiliter præſens ſub his ſpeciebus Sacramentalibus; ſed quia ita eſt præſens, ſcilicèt, *non diffinitivo modo*; ſed non eſt ſic anima noſtra poſsitivè indiviſibiliter præſens proprio corpori: ergo licèt præſentia indiviſibilis animæ noſtrę ſit quid poſsitivum, & non ſupernaturale, poterit modus, quo corpus Chriſti Domini exiſtit ſub his ſpeciebus Sacramentalibus, eſſe modus poſsitivus ſupernaturalis. Maior fuit tradita in numero 7. & minor cuilibet conſtabit, ſiquidèm quælibet ex noſtris animis, ita eſt præſens poſsitivè indiuiſibiliter ſuo corpori, vt ſit ibi modo definitivo, ideſt coartata ad hoc corpus.

Contra quod eſt.

Aliter eſt poſitivè indiviſibiliter præſens ſub his ſpeciebus Sacramentalibus corpus Chriſti, ac anima noſtra eſt poſitivè indiviſibiliter præſens proprio corpori.

14 Vel aliter: modus, quo corpus Chriſti Domini exiſtit ſub ſpeciebus Sacramentalibus ſi eſt modus poſsitivus ſupernaturalis, eſt non quia modus præſentiæ indiviſibilis præciſsè, ſed quia modus præſentiæ indiviſibilis Sacramentalis; ſed modus præſentiæ indiviſibilis animæ noſtræ proprio corpori, eſt modus præſentiæ indiuiſibilis præciſsè, non tamèn præſentiæ indiviſibilis Sacramentalis (vt eſt indubitatum) ergo ex præſentia indiviſibili animæ, quæ eſt quid poſsitivum non ſupernaturale, non rectè arguitur ad hoc, vt præſentia, ſeu modus, quo corpus Chriſti Domini exiſtit ſub his ſpeciebus Sacramentalibus, non ſit modus poſsitivus ſupernaturalis. Maior (in qua poterat apparere aliqua difficultas) eſt ita clara, vt ex dictis meditari poteſt.

Vel aliter. Modus, quo corpus Chriſti eſt ſub ſpeciebus Sacramentalibus, non eſt modus poſitivus ſupernaturalis, quia modus pręſentiæ indiviſibilis præciſsè, ſed quia modus præſentiæ indivisibilis Sacramentalis.

15 Dices: non colligi adhuc, ex hoc, quod modus, quo corpus Chriſti eſt indiviſibiliter pręſens ſub his ſpeciebus, ſit modus præſentiæ indiviſibilis Sacramentalis, quod ſit modus ſupernaturalis; nam ad hoc obſtat, quod talis modus eſt corporeus, vtpotè modus receptus in corpore Chriſti Domini.

Dices.

15 In contra tamèn eſt; Quod iſte modus

Sed contra.

Digitized by Google

Benè ſtat, quod prædictus modus præſentiæ indiviſibilis Sacramentalis ſit modus corporeus ſubiectivè, & ex parte eius in quo eſt, & quod ſit modus ſupernaturalis.

dus ſit modus receptus in corpore Chriſti, non officit ad hoc, vt ſit ſupernaturalis: ergo deficit id, cui fidit ſolutio. Probatur antecedens: Quod modus iſte, quo corpus Chriſti eſt ſub ſpeciebus Sacramentalibus ſit modus receptus in corpore Chriſti Domini, tantùm probat, quod talis modus ſit corporeus ſubiectivè, & ex parte eius, in quo eſt (nimirum ex parte corporis Chriſti) ſed quod modus iſte ſit corporeus ſubiectivè, & ex parte eius, in quo eſt, non officit ad hoc, vt ſit ſupernaturalis: ergo, quod iſte modus, quo corpus Chriſti eſt ſub ſpeciebus Sacramentalibus, ſit modus receptus in corpore Chriſti, non officit ad hoc, vt ſit ſupernaturalis. Probatur minor: Quod modus, quo corpus Chriſti eſt ſub ſpeciebus Sacramentalibus, ſit modus corporeus ſubiectivè, & ex parte eius, in quo eſt, non officit ad hoc, vt ſit participativè aliquid Divinum: ſed ſi non officit ad hoc, vt ſit talis modus participativè aliquid divinum, non officit ad hoc, vt ſit ſupernaturalis (eo, quod ſupernaturale eſt, quod participativè eſt aliquid diuinum, vt in gratia, & charitate inſpicitur) ergo, quod modus iſte, quo corpus Chriſti Domini eſt ſub ſpeciebus Sacramentalibus, ſit corporeus ſubiectivè, & ex parte eius, in quo eſt, non officit ad hoc, vt ſit ſupernaturalis. Maior probatur: Si quod modus hic eſt corporeus ſubiectivè, & ex parte eius, in quo eſt, officeret ad hoc, vt eſſet participativè aliquid divinum, eſſet, quia eſſet aliqua repugnantia in hoc, quod aliquis modus ſit ſubiectiuè corporeus, & participativè ſit aliquid divinum: ſed talis repugnantia non aſſignatur ab AA. ſententiæ oppoſitæ: ergo vſque dū hæc aſſignetur tenet, quod modus, quo corpus Chriſti eſt ſub ſpeciebus Sacramentalibus, non officiat ad hoc, vt ſit participativè aliquid divinum; quia eſt modus corporeus ſubiectivè, & ex parte eius, in quo eſt.

Supernaturale eſt, quod participativè eſt aliquid divinum.

Vrgetur impugnatio.

Sicut eſt corporeus ſubiectivè, & ex parte eius in quo eſt modus

17 Vrgetur impugnatio: Sicut eſt corporeus ſubiectivè, & ex parte eius, in quo eſt modus, quo corpus Chriſti eſt ſub ſpeciebus Sacramentalibus, ita eſt corporeus ſubiectivè, & ex parte eius, in quo eſt, modus vnionis ſe tenens ex parte corporis Chriſti, vt corpus Chriſti vniatur perſonalitati Verbi: ſed modus vnionis ſe tenens ex parte corporis Chriſti, vt corpus Chriſti vnia-

vniatur perſonalitati Verbi, eſt modus ſupernaturalis (vt nulli Theologorum eſt dubium, ſecundum ea, quæ dicit Illuſtriſsimus Godoy, tom. 1, in 3. partem, diſp. 11. numero 70.) ergo modus, quo corpus Chriſti Domini eſt ſub ſpeciebus Sacramentalibus, etiam eſt modus ſupernaturalis; quin ad hoc obſtet, quod iſte modus, ſit modus corporeus ſubiectivè, & ex parte eius, in quo eſt. Maior potius eget explicatione, quam probatione; & explicatur dicendo, quod non poteſt negari, ſuppoſita illa ſententia conformiori ad principia Thomiſtica (vt teſtatur Illuſtriſsimus Godoy, diſputatione citata, numero 4.) & aſſerente, quod humanitas Chriſti Domini vnitur Divino Verbo, per modum quendam vnionis realiter modaliter diſtinctum, & ab ipſa, & a Diuino Verbo, quod talis modus vnionis, vt ſe tenens ex parte corporis Chriſti, eſt ſubiectivè corporeus, cum vt illud vniens Verbo Divino, reſpiciat ipſum, vt ſubiectum: igitur prędictus modus eſt ſubiectivè corporeus, quatenus ſe tenens ex parte corporis Chriſti, ſicut nos dicimus, quod eſt ſubiectivè corporeus modus, quo corpus Chriſti eſt ſub ſpeciebus Sacramentalibus, quia eſt modus ſe tenens ex parte corporis Chriſti Domini, in quo eſt talis modus.

Modus vnionis ſe tenens ex parte corporis Chriſti, vt corpus Chriſti vniatur perſonalitati Verbi, ita eſt corporeus modus, quo corpus Chriſti eſt ſub ſpeciebus Sacramentalibus.

18 Roboratur ampliùs: Ideò modus vnionis, quo corpus Chriſti vnitur perſonalitati Verbi, & ſe tenens ex parte ipſius corporis, licèt ſit ſubiectivè corporeus, eſt modus ſupernaturalis, quia eſt quid participativè divinum; ergo quia participativè eſt aliquid divinum (vt non negatur à ſolutione) modus, quo corpus Chriſti eſt ſub ſpeciebus Sacramentalibus, erit modus ſupernaturalibus, etiam ſi ſit modus ſubiectivè corporeus. Probatur antecedens: Ideò talis modus vnionis, licèt ſit ſubiectivè corporeus, eſt modus ſupernaturalis; quia eſt modus ordinis divini; ſed quod eſt participatiuè aliquid divinum eſt ordinis divini (vt eſt notiſsimum) ergo ideò modus vnionis, quo corpus Chriſti vnitur perſonalitati Verbi, & ſe tenens ex parte ipſius corporis Chriſti, licèt ſit ſubiectivè corporeus, eſt modus ſupernaturalis, quia eſt participativè aliquid divinum.

Roboratur.

Quod eſt participatiuè aliquid divinum eſt ordinis divini.

quod

eſt partic... naturæ divi...

Prima ſententia affirmativa eſt. pro qua numerantur.

5 Et circa propoſitum quæſitum duplex eſt principalis ſententia: prima affirmans Angelum poſſe cognoſcere naturaliter certò (immò, & defacto cognoſcere) modum, quo corpus Chriſti Domini eſt ſub ſpeciebus Sacramentalibus, quia talis modus, eſt modus naturalis ex parte ſui conſideratus: & ita tenent Doctor Subtilis cum ſuis in 4. diſt. 10. quæſt. 8. Nominales. P. Vazquez. 1. part. diſput. 214. cap. 4. & alij non multi.

Scotus. Nominales. P. Vazquez.

Secunda eſt negativa. Et pro ea ſunt

Secunda ſententia primæ oppoſita, omnino negat, quod Angelus cognoſcat; immo, aut quod cognoſcere poſsit cognitione naturali certa modum, quo corpus Chriſti Domini exiſtit ſub ſpeciebus Sacramentalibus, & hæc eſt expreſſa mens Præceptoris Angelici. 3. part. quæſt. 76. artic. 7. quem ſequitur eius Schola; eandemque ſententiam propugnant ex antiquis D. Bonaventura in 4. diſtinctione 10. quæſt. vltima. Richardus, art. 5. quæſt. 1. Durandus, quæſt. 4. & iam frequentius Theologi, inter quos illam ſolita ſubtilitate fundat P. Suarez, libro 2. de *Angelis*, cap. 29. à num. 46.

S. Thomas. Eius Schola S. Bonaventura. Durandus. Richardus. P. Suarez.

§. II.

NOSTRA STATVITVR CONCLVSIO.

Repugnat, quod Angelus cognoſcat naturaliter certò modum, quo corpus Chriſti Domini exiſtit ſub ſpeciebus Sacramentalibus.

6 QVam concluſionem ita docuit Præceptor Angelicus. 3. part. quæſtione 76. artic. 7. incorpore: *Quia enim* (inquit) *modus eſſendi, quo Chriſtus Dominus eſt in hoc Sacramento, eſt penitus ſupernaturalis à ſupernaturali intellectu, ſcilicèt Diuino, ſecundùm ſe viſibilis eſt, & per cõſequens ab intellectu beato, vel Angeli, vel hominis, qui ſecundũ participatã claritatẽ Divini intellectus, videt ea, quæ ſupernaturalia ſunt, per viſionẽ Diuinæ eſſentiæ, ab intellectu autẽ hominis viatoris, nõ poteſt conſpici, niſi per fidem, ſicut, & cætera ſupernaturalia; ſed*

S. Thomas.

neque

neque etiam intellectus Angelicus ſecundùm ſua naturalia ſufficit ad hoc intuendum. Quid clarius?

7. Et illam ſic à ratione probamus: Angelus nequit naturaliter certo cognoſcere quidquid eſt intrinſecè ſupernaturale; ſed modus, quo corpus Chriſti Domini eſt ſub ſpeciebus Sacramentalibus; eſt modus intrinſecè ſupernaturalis: ergo Angelus nequit naturaliter certò cognoſcere modum, quo corpus Chriſti Domini exiſtit ſub ſpeciebus Sacramentalibus. Maior, & habetur à D. Thoma in præcitato loco, & iam ſatis conſtat, tùm ex notabilibus, & tùm ex toto antecedenti dubio. Minor vero probatur: Modus, quo corpus Chriſti exiſtit ſub ſpeciebus Sacramentalibus, eſt quædam participatio Divinæ immenſitatis; ſed ſi modus hic, eſt quædam participatio Divinæ immenſitatis, eſt modus intrinſecè ſupernaturalis: ergo modus, quo corpus Chriſti Domini exiſtit ſub ſpeciebus Sacramentalibus, eſt modus intrinſecè ſupernaturalis. Minor conſtat ex eo, quod ideò gratia, & charitas ſunt in ſe, & intrinſecè quid ſupernaturale, quia ſunt participationes, gratia divinæ naturæ, & charitas Divinæ voluntatis: ergo ſi modus, quo corpus Chriſti Domini exiſtit ſub ſpeciebus Sacramentalibus, ſit quædam participatio Divinæ immenſitatis, erit modus intrinſecè ſupernaturalis. Vnde, vt de hoc iudicetur probatur maior: Modus quo corpus Chriſti exiſtit ſub ſpeciebus Sacramentalibus, eſt modus, quo corpus Chriſti exiſtẽs ſub tota hoſtia, & ſub qualibet parte hoſtiæ, ita eſt ſub vna hoſtia, vt poſsit eſſe ſimul ſub hoſtijs ſyncathegorematicè Infinitis; ſed modus, quo corpus Chriſti Domini, exiſtens ſub vna hoſtia, & ſub qualibet parte hoſtiæ, ita eſt ſub vna hoſtia, vt poſsit eſſe ſimul ſub hoſtijs ſyncathegorematicè infinitis, eſt participatio Divinæ immenſitatis: ergo modus, quo corpus Chriſti Domini exiſtit ſub ſpeciebus Sacramentalibus, eſt participatio Divinæ immenſitatis.

Probatur concluſio à ratione.

Modus, quo corpus Chriſti Domini eſt ſub ſpeciebus Sacramentalibus, eſt quædam participatio divinæ immenſitatis.

Et talis modus eſt modus, quo corpus Chriſti exiſtẽs ſub tota hoſtia, & ſub qualibet parte hoſtiæ, ita eſt ſub vna hoſtia, vt poſsit eſſe ſimul ſub hoſtijs ſyncathegorematicè infinitis.

Probatur minor: Modus, quo corpus Chriſti Domini, exiſtens ſub vna hoſtia, & ſub qualibet parte hoſtiæ, ita eſt ſub vna hoſtia, vt poſsit eſſe ſimul ſub hoſtijs ſyncathegorematicè infinitis, eſt modus reddens cor-

Probatur minor,

pus Chriſti indiviſibiliter præſens locis ſyncathegorematicè infinitis; ſed modus reddens corpus Chriſti Domini indiviſibiliter præſens locis ſyncathegorematicè infinitis, eſt participatio Diuinæ immenſitatis: ergo modus, quo corpus Chriſti exiſtens ſub vna hoſtia, & ſub qualibet parte hoſtiæ, ita eſt ſub vna hoſtia, vt poſsit eſſe ſimul ſub hoſtijs ſyncathagorematicè infinitis, eſt participatio Divinæ immenſitatis. Probatur minor: Modus reddens corpus Chriſti Domini indiviſibiliter præſens locis ſyncathegorematicè infinitis, eſt modus præſentiæ ſpiritualis (cum reddat indiuiſibiliter præſens, quod quidèm competit præſentiæ ſpirituali) ergo eſt modus, qui ſit participatio, vel præſentiæ ſpiritualis creatæ, vel præſentiæ ſpiritualis divinæ, hoc eſt Divinæ immenſitatis: tunc ſic; ſed modus reddens corpus Chriſti indiuiſibiliter præſens locis ſyncathegorematicè infinitis, nequit eſſe participatio præſentiæ ſpiritualis creatæ: ergo præcisè eſt participatio Divinæ immenſitatis. Probatur minor ſubſumpta: Modus reddens corpus Chriſti Domini indiviſibiliter præſens locis ſyncathegorematicè infinitis, reddit illud præſens indiviſibiliter ſine termino definitivo, hoc eſt abſque coartatione ad locum determinatum, cum illud poſsit reddere præſens locis infinitis ſyncathegorematicè; ſed nequit eſſe participatio præſentiæ ſpiritualis creatæ modus reddens corpus præſens indiviſibiliter ſine termino definitivo (eò, quod præſentia ſpiritualis creata, vt eſt præſentia Angelica, & ſi reddat rem præſentem indiviſibiliter, hoc tamèn præſtat cum coartatione ad determinatum locū) ergo modus reddens corpus Chriſti indiuiſibiliter præſens locis ſyncathegorematicè infinitis, nequit eſſe participatio præſentiæ ſpiritualis creatæ.

Modus reddens corpus Chriſti Domini indiviſibiliter præſens locis ſyncathegorematicè infinitis, nequit eſſe participatio præſentiæ ſpiritualis creatæ.

8 Dices: quod licèt hoc ita eſſet, ſi modus reddens corpus Chriſti Domini præſens indiuiſibiliter (hoc eſt totum ſub tota hoſtia, & totum ſub qualibet parte) & etiam locis ſyncathegorematicè infinitis, eſſet modus poſsitivus ſuperadditus corpori Chriſti Domini ſecundùm ſe conſiderato: quia tunc optimè probaretur eſſe talem modum, quandam participationem Divinæ immenſitatis, ac proindè, quod

Dices.

eſſet

Digitized by Google

eſſet quid in ſe,& intrinſecè ſupernaturale;ſed hoc non vrgere,vſque dùm ſuadeatur eſſe prædictum modum quid poſitivum ſuperadditum corpori Chriſti Domini, in ipſoque receptum.

9 Sed incontra obijcitur:Modus, quo corpus Chriſti Domini exiſtit ſub ſpeciebus Sacramentalibus,eſt modus poſitivus ipſi corpori Chriſti ſuperadditus:ergo tenet noſtrum argumentum ; ſi ex hoc dependet, vt ſupponit ſolutio. Antecedens probatur primò: Beatus nunc cognoſcens exiſtere corpus Chriſti Domini ſub ſpeciebus his Sacramentalibus(v.g.)ſub quibus antea cognoſcebat , quod non exiſtebat,cognoſcit,nũc aliquid poſitivum de novo exiſtens,quod antea non exiſtebat;ſed hoc poſitivum nihil aliud eſt , quam modus, quo corpus Chriſti, exiſtit ſub ſpeciebus Sacramentalibus:ergo modus,quo corpus Chriſti exiſtit ſub ſpeciebus Sacramentalibus,eſt modus poſitivus ipſi corpori Chriſti ſuperadditus. Minor conſtat ex eo , quod ſi tale poſitivum de novo datur, non eſt quid ſit,niſi prædictus modus. Et probatur maior:Beatus nunc cognoſcens exiſtere corpus Chriſti Domini ſub his ſpeciebus Sacramentalibus,ſub quibus antea cognoſcebat, quod non exiſtebat,nunc cognoſcit aliquid , præter hoc , quod eſt has ſpecies panis,vel vini eſſe ſine ſubſtãtia panis,vel vini (quia hoc poſſet contingere de potentia Dei abſoluta, quin corpus Chriſti exiſteret ſub his ſpeciebus)& præter hoc,quod eſt corpus Chriſti in re exiſtere(quia hoc videt in patria)Igitur,quod nunc cognoſcit,eſt aliquid poſitivum nunc de novo exiſtens;eo,quod vltra obiecta, hic relata,ſolum reſtet aliquid purè negativum, verificatum,vel de his ſpeciebus,vel de corpore Chriſti,& aliàs, quod corpus Chriſti exiſtat ſub his ſpeciebus , non dicit primariò aliquid purè negativum : ergo Beatus nunc cognoſcens exiſtere corpus Chriſti ſub his ſpeciebus Sacramentalibus , ſub quibus antea cognoſcebat, quod non exiſtebat , cognoſcit nunc aliquid poſitivum,nunc de novo exiſtens , quod antea non exiſtebat.

Sed contra.

Modus,quo corpus Chriſti Domini,exiſtit ſub ſpeciebus Sacramentalibus, eſt modus poſitivus ipſi corpori Chriſti ſuperadditus.

Vnde Beatus nunc cognoſcẽs exiſtere corpus Chriſti ſub his ſpeciebus Sacramentalibus , ſub quibus antea cognoſcebat, quod non exiſtebat ; aliquid cognoſcit,tum præter hoc , quod eſt has ſpecies panis,vel vini eſt ſine ſubſtantia panis,vel vini;& tũ præter hoc, quod eſt *corpus Chriſti in re exiſtere*.

10 Secundò probatur primum antecedens: quod corpus Chriſti ſit indiviſibiliter præsẽs ſub his ſpeciebus

Digitized by Google

Quod corpus Chriſti ſit indiviſibiliter præſens ſub his ſpeciebus Sacramentalibus eſt effectus realis de novo in ipſo corpore.

eſt effectus realis de novo in ipſo corpore, qui effectus antea non erat; ſed modus, quo corpus Chriſti exiſtit ſub ſpeciebus Sacramentalibus, eſt forma à qua provenit talis realis effectus: ergo modus, quo corpus Chriſti Domini exiſtit ſub ſpeciebus Sacramentalibus, eſt modus poſitivus ipſi corpori Chriſti ſuperadditus. Maior apparet certa: Quia, quod corpus Chriſti ſit nunc indiviſibiliter præſens ſub illis ſpeciebus, ſub quibus antea non erat præſens, eſt, quod corpus Chriſti, quoad hanc præſentiam, ſe habeat aliter realiter nunc, ac antea (vt eſt notiſsimum) quod quidem nequit ſtare, niſi ſit effectus realis de novo in ipſo corpore, qui effectus antea non erat: & minor non negatur à Contrarijs.

Modus, quo corpus Chriſti exiſtit ſub his ſpeciebus Sacramentalibus, eſt modus, quo eſt poſitivè indiviſibiliter præſens ſub dictis ſpeciebus.

11 Tertiò probatur idem antecedens: Modus, quo corpus Chriſti Domini eſt nunc poſitivè indiviſibiliter præſens ſub his ſpeciebus Sacramentalibus, non poteſt non eſſe modus poſsitivus: ſed modus, quo corpus Chriſti exiſtit ſub his ſpeciebus Sacramentalibus, eſt modus, quo eſt poſitivè indiviſibiliter præſens ſub his ſpeciebus Sacramentalibus: ergo modus, quo corpus Chriſti Domini exiſtit ſub his ſpeciebus Sacramentalibus, eſt modus poſsitivus ipſi corpori Chriſti ſuperadditus. Probatur minor: Modus, quo corpus Chriſti Domini exiſtit indiuiſibiliter ſub his ſpeciebus Sacramentalibus, eſt modus contra poſitus modo, quo aliud corpus, diſtinctum à corpore Chriſti, exiſtit diuiſibiliter præſens huic loco; ſed modus quo corpus, diſtinctum à corpore Chriſti, eſt præſens diuiſibiliter huic loco, eſt modus, quo tale corpus, eſt poſitiuè diviſibiliter præſens (vt omnes fatentur) ergo modus, quo corpus Chriſti exiſtit ſub his ſpeciebus Sacramentalibus eſt modus, quo eſt poſitiuè indiviſibiliter præſens ſub his ſpeciebos Sacramentalibus.

Dices.

12 Dices: Quod licèt admittatur, quod talis modus, ſit modus, quo corpus Chriſti Domini ſit poſitivè indiviſibiliter præſens ſub his ſpeciebus, non infertur, quod ſit modus poſsitivus ſupernaturalis (vt nos propugnamus in noſtra ratione) quia anima noſtra eſt poſitivè indiviſibiliter præſens proprio corpori; quin tamèn modus præſentiæ indiviſibilis prædictæ animæ,

quam-

quamvis ſit modus poſsitivus, ſit modus ſupernaturalis.

13 Contra quam ſolutionem ſic arguitur: dùm dicitur, quod modus, quo ſub ſpeciebus Sacramentalibus eſt corpus Chriſti, eſt modus poſsitivus ſupernaturalis, non dicitur hoc præciſsè, quia eſt poſitivè indiviſibiliter præſens ſub his ſpeciebus Sacramentalibus; ſed quia ita eſt præſens, ſcilicèt, *non diffinitivo modo*; ſed non eſt ſic anima noſtra poſsitivè indiviſibiliter præſens proprio corpori: ergo licèt præſentia indiviſibilis animæ noſtrę ſit quid poſsitivum, & non ſupernaturale, poterit modus, quo corpus Chriſti Domini exiſtit ſub his ſpeciebus Sacramentalibus, eſſe modus poſsitivus ſupernaturalis. Maior fuit tradita in numero 7. & minor cuilibet conſtabit, ſiquidèm quælibet ex noſtris animis, ita eſt præſens poſsitivè indiuiſibiliter ſuo corpori, vt ſit ibi modo definitivo, ideſt coartata ad hoc corpus.

Contra quod eſt.

Aliter eſt poſitivè indiviſibiliter præſens ſub his ſpeciebus Sacramentalibus corpus Chriſti, ac anima noſtra eſt poſitivè indiviſibiliter præſens proprio corpori.

14 Vel aliter: modus, quo corpus Chriſti Domini exiſtit ſub ſpeciebus Sacramentalibus ſi eſt modus poſsitivus ſupernaturalis, eſt non quia modus præſentiæ indiviſibilis præciſsè, ſed quia modus præſentiæ indiviſibilis Sacramentalis; ſed modus præſentiæ indiviſibilis animæ noſtræ proprio corpori, eſt modus præſentiæ indiuiſibilis præciſsè, non tamèn præſentiæ indiviſibilis Sacramentalis (vt eſt indubitatum) ergo ex præſentia indiviſibili animæ, quæ eſt quid poſsitivum non ſupernaturale, non rectè arguitur ad hoc, vt præſentia, ſeu modus, quo corpus Chriſti Domini exiſtit ſub his ſpeciebus Sacramentalibus, non ſit modus poſsitivus ſupernaturalis. Maior (in qua poterat apparere aliqua difficultas) eſt ita clara, vt ex dictis meditari poteſt.

Vel aliter. Modus, quo corpus Chriſti eſt ſub ſpeciebus Sacramentalibus, non eſt modus poſitivus ſupernaturalis, quia modus prę ſentiæ indiviſibilis præciſsè, ſed quia modus præſentiæ indiviſibilis Sacramentalis.

15 Dices: non colligi adhuc, ex hoc, quod modus, quo corpus Chriſti eſt indiviſibiliter pręſens ſub his ſpeciebus, ſit modus præſentiæ indiviſibilis Sacramentalis, quod ſit modus ſupernaturalis; nam ad hoc obſtat, quod talis modus eſt corporeus, vtpotè modus receptus in corpore Chriſti Domini.

Dices.

15 In contra tamèn eſt; Quod iſte modus

Sed contra.

Benè ſtat, quod prædictus modus præſentiæ indiviſibilis Sacramentalis ſit modus corporeus ſubiectivè, & ex parte eius in quo eſt, & quod ſit modus ſupernaturalis.

dus ſit modus receptus in corpore Chriſti, non officit ad hoc, vt ſit ſupernaturalis: ergo deficit id, cui fidit ſolutio. Probatur antecedens: Quod modus iſte, quo corpus Chriſti eſt ſub ſpeciebus Sacramentalibus ſit modus receptus in corpore Chriſti Domini, tantùm probat, quod talis modus ſit corporeus ſubiectivè, & ex parte eius, in quo eſt (nimirum ex parte corporis Chriſti) ſed quod modus iſte ſit corporeus ſubiectivè, & ex parte eius, in quo eſt, non officit ad hoc, vt ſit ſupernaturalis: ergo, quod iſte modus, quo corpus Chriſti eſt ſub ſpeciebus Sacramentalibus, ſit modus receptus in corpore Chriſti, non officit ad hoc, vt ſit ſupernaturalis. Probatur minor: Quod modus, quo corpus Chriſti eſt ſub ſpeciebus Sacramentalibus, ſit modus corporeus ſubiectivè, & ex parte eius, in quo eſt, non officit ad hoc, vt ſit participativè aliquid Divinum; ſed ſi non officit ad hoc, vt ſit talis modus participativè aliquid divinum, non officit ad hoc, vt ſit ſupernaturalis (eo, quod ſupernaturale eſt, quod participativè eſt aliquid diuinum, vt in gratia, & charitate inſpicitur) ergo, quod modus iſte, quo corpus Chriſti Domini eſt ſub ſpeciebus Sacramentalibus, ſit corporeus ſubiectivè, & ex parte eius, in quo eſt, non officit ad hoc, vt ſit ſupernaturalis. Maior probatur: Si quod modus hic eſt corporeus ſubiectivè, & ex parte eius, in quo eſt, officeret ad hoc, vt eſſet participativè aliquid divinum, eſſet, quia eſſet aliqua repugnantia in hoc, quod aliquis modus ſit ſubiectiuè corporeus, & participativè ſit aliquid divinum; ſed talis repugnantia non aſſignatur ab AA. ſententiæ oppoſitæ: ergo vſque dū hæc aſsignetur tenet, quod modus, quo corpus Chriſti eſt ſub ſpeciebus Sacramentalibus, non officiat ad hoc, vt ſit participativè aliquid divinum; quia eſt modus corporeus ſubiectivè, & ex parte eius, in quo eſt.

Supernaturale eſt, quod participativè eſt aliquid divinum.

Vrgetur impugnatio.

Sicut eſt corporeus ſubiectivè, & ex parte eius in quo eſt modus

17 Vrgetur impugnatio: Sicut eſt corporeus ſubiectivè, & ex parte eius, in quo eſt modus, quo corpus Chriſti eſt ſub ſpeciebus Sacramentalibus, ita eſt corporeus ſubiectivè, & ex parte eius, in quo eſt, modus vnionis ſe tenens ex parte corporis Chriſti, vt corpus Chriſti vniatur perſonalitati Verbi; ſed modus vnionis ſe tenens ex parte corporis Chriſti, vt corpus Chriſti vnia-

vniatur perſonalitati Verbi, eſt modus ſupernaturalis (vt nulli Theologorum eſt dubium, ſecundum ea, quæ dicit Illuſtriſsimus Godoy, tom. 1. in 3. partem, diſp. 11. numero 70.) ergo modus, quo corpus Chriſti Domini eſt ſub ſpeciebus Sacramentalibus, etiam eſt modus ſupernaturalis; quin ad hoc obſtet, quod iſte modus, ſit modus corporeus ſubiectivè, & ex parte eius, in quo eſt. Maior potius eget explicatione, quam probatione; & explicatur dicendo, quod non poteſt negari, ſuppoſita illa ſententia conformiori ad principia Thomiſtica (vt teſtatur Illuſtriſsimus Godoy, diſputatione citata, numero 4.) & aſſerente, quod humanitas Chriſti Domini vnitur Divino Verbo, per modum quendam vnionis realiter modaliter diſtinctum, & ab ipſa, & a Diuino Verbo, quod talis modus vnionis, vt ſe tenens ex parte corporis Chriſti, eſt ſubiectivè corporeus, cum vt illud vniens Verbo Divino, reſpiciat ipſum, vt ſubiectum: igitur prædictus modus eſt ſubiectivè corporeus, quatenus ſe tenens ex parte corporis Chriſti, ſicut nos dicimus, quod eſt ſubiectivè corporeus modus, quo corpus Chriſti eſt ſub ſpeciebus Sacramentalibus, quia eſt modus ſe tenens ex parte corporis Chriſti Domini, in quo eſt talis modus.

Sicut modus vnionis ſe tenens ex parte corporis Chriſti, vt corpus Chriſti vniatur perſonalitati Verbi, ita eſt corporeus modus, quo corpus Chriſti eſt ſub ſpeciebus Sacramentalibus.

18 Roboratur ampliùs: Ideò modus vnionis, quo corpus Chriſti vnitur perſonalitati Verbi, & ſe tenens ex parte ipſius corporis, licèt ſit ſubiectivè corporeus, eſt modus ſupernaturalis, quia eſt quid participativè divinum; ergo quia participativè eſt aliquid divinum (vt non negatur à ſolutione) modus, quo corpus Chriſti eſt ſub ſpeciebus Sacramentalibus, erit modus ſupernaturalibus, etiam ſi ſit modus ſubiectivè corporeus. Probatur antecedens: Ideò talis modus vnionis, licèt ſit ſuiectivè corporeus, eſt modus ſupernaturalis; quia eſt modus ordinis divini: ſed quod eſt participatiuè aliquid divinum eſt ordinis divini (vt eſt notiſsimum) ergo ideò modus vnionis, quo corpus Chriſti vnitur perſonalitati Verbi, & ſe tenens ex parte ipſius corporis Chriſti, licèt ſit ſubiectivè corporeus, eſt modus ſupernaturalis, quia eſt participativè aliquid divinum.

Roboratur.

Quod eſt participatiuè aliquid divinum eſt ordinis divini.

§. III.

Solvuntur Argumenta.

Primò arguitur.

19 ARguitur primò: Si modus, quo corpus Chriſti exiſtit ſub ſpeciebus Sacramentalibus, non cognoſceretur naturaliter ab Angelo, eſſet quia eſt intrinſecè ſupernaturalis; ſed non eſt intrinſecè ſupernaturalis: ergo poteſt cognoſci naturaliter ab Angelo. Probatur minor: Si modus; quo corpus Chriſti Domini exiſtit ſub ſpeciebus Sacramentalibus, eſſet intrinſecè ſupernatutalis; eſſet quia eſt effectus virtutis ſupernaturalis; ſed ſtat benè, quod ſit effectus virtutis ſupernaturalis, & quod ipſe modus non ſit intrinſecè ſupernaturalis: ergo modus, quo corpus Chriſti exiſtit ſub ſpeciebus Sacramentalibus, non eſt intrinſecè ſupernaturalis. Minor probatur: Tum ex eo, quod reſuſcitatio mortui, & reſtitutio viſus ſunt effectus virtutis ſupernaturalis, quin ſint aliquid intrinſecè ſupernaturale; & tum ex eo, quod hoc, quod eſt duo corpora per miraculum penetrari, eſt effectus virtutis ſupernaturalis; & tamèn quod duo corpora per miraculum penetrentur, non eſt quid intrinſecè ſupernaturale: ergo ſtat benè, quod modus quo corpus Chriſti exiſtit ſub ſpeciebus Sacramentalibus, ſit effectus virtutis ſupernaturalis, & quod ipſe modus non ſit intrinſecè ſupernaturalis.

Reſpondetur primo argumento. Et primò. Non ideò eſt intrinſecè ſupernaturalis modus, quo corpus Chriſti eſt ſub ſpeciebus Sacramentalibus; quia eſt eff[...]

20 Hoc argumentum fundatur in eo, quod iudicatur ab arguente, quod modus, quo corpus Chriſti eſt ſub ſpeciebus Sacramentalibus, eſt modus ſupernaturalis, extrinſecè præciſè, & ex parte cauſæ efficientis: cuius oppoſitum fuit propugnatum in probatione concluſionis. Vnde eſt reſpondendum ad illud, negando minorem, & ad eius probationem, vel negetur maior, quæ ibi non probatur; ſed ſupponitur, quia (vt iam toties diximus) non ideò eſt intrinſecè ſupernaturalis iſte modus, quo corpus Chriſti eſt ſub ſpeciebus Sacramentalibus, quia eſt effectus virtutis, ſeu cauſæ ſupernaturalis, quia ex hoc ſolùm probatur, quod ſit ſupernaturalis

ralis extrinſicè, & ex parte cauſæ; ſed quia habet entitatem excedentem omnem exigentiam, & connexionem naturalem, & ad nullum finem naturalem ordinatur, quod non convenit viſui reſtituto, & vitę defuncto pręſtitæ; nec *vbi* penetrativo intra corpus alterius (vt contingit quando corpora duo penetrantur per miraculum) quia omnia hæc habent entitatem naturalem. Vnde ſunt eiuſdem ſpeciei vita, & viſus dum per generationem habentur, cum vita, & viſu, per miraculum reſtitutis, & etiam vnum corpus penetrari cum alio ex parte effectus, ſeu ex parte rei penetratæ, aut penetrantis, eſt quid intrinſice naturale; licet ſit ſupernaturale extrinſice, & ex parte cauſę operantis miraculosè talē penetrationē.

virtutis, ſeu cauſæ ſupernaturalis.

21 Vel diſtinguatur maior iuxta dicta pro ſolutione tertij argumenti in immediato præcedenti dubio; ſi modus quo Corpus Chriſti exiſtit ſub ſpeciebus Sacramentalibus eſſet intrinſicè ſupernaturalis, eſſet quia eſt effectus virtutis ſupernaturalis: *quia eſt effectus virtutis ſupernaturalis* ex ea præciſsè pendens tàm quoad exercitium, quàm quoad ſpecificationem concedatur maior; *quia eſt effectus virtutis ſupernalis* ex ea præciſsè pendens quoad exercitium, non verò quoad ſpecificationem negetur maior. Et diſtinguatur minor; ſed ſtat bene, quod ſit effectus virtutis ſupernaturalis, & quod ipſe modus non ſit intrinſicè ſupernaturalis, ſi talis modus penderet ex virtute ſupernaturali præciſsè quoad exercitium ipſius modi, concedatur minor. Si penderet (vt pendet) tàm quoad exercitium, quàm quoad ſpecificationem, negetur minor, & etiam Conſequentia.

Secundò reſpondetur argumento.

Effectus virtutis ſupernaturalis ex ea pręciſsè pendens tàm quoad exercitium, quàm quoad ſpecificationem, eſt effectus intrinſece ſupernaturalis: non vero ſi ex ea præciſſè pendeat quoad exercitium, ſed non quoad ſpecificationem.

Iam enim in ſolutione, data prædicto tertio argumento, latè fuit aſsignata diſtinctio inter dependere à cauſa ſupernaturali effectus extrinſicè ſupernaturales (vt reſuſcitatio mortui, & reſtitutio viſus) & effectus intrinſicè ſupernaturales (vt gratia) & modò tantùm animadvertimus, quod modus, quo Corpus Chriſti Domini exiſtit ſub ſpeciebus Sacramentalibus, non eſt ex effectibus purè extrinſecè ſupernaturalibus; ſed eſt ex effectibus intrinſicè ſupernaturalibus; quia ideo gratia anumeratur inter effectus intrinſicè ſupernaturales, quia eſt participatio naturæ Divinæ; igitur cum iam ſit fundatum, quod

Ideò gratia, annumeratur inter effectus intrinſecè ſupernaturales, quia eſt participatio naturæ divi-

Digitized by Google

quod modus,quo corpus Chriſti Domini exiſtit ſub ſpeciebus Sacramentalibus,eſt quædam participatio Divinæ immenſitatis, etiam erit intrinſecè ſupernaturalis,& inter effectus intrinſecè ſupernaturales annumerandus erit.

Arguitur ſecūdò.

22 Secundò arguitur alia via: intendendo, quod etiam ſi modus,quo corpus Chriſti Domini exiſtit ſub ſpeciebus Sacramentalibus, ſit intrinſecè ſupernaturalis poteſt naturaliter cognoſci ab Angelo; & ſic formatur. Rectè cohærent,quod ſit aliquid intrinſecè ſupernaturale,& quod tale aliquid cognoſcatur naturaliter ab Angelo: ergo etiam ſi ſit intrinſecè ſupernaturalis modus,quo corpus Chriſti eſt ſub ſpeciebus Sacramentalibus,poterit talis modus naturaliter cognoſci ab Angelo. Probatur antecedens: Dos glorioſa corporibus Beatis data,eſt aliquid intrinſecè ſupernaturale: ſed dos glorioſa corporibus Beatis data,naturaliter cognoſcitur ab Angelo: ergo rectè cohærent,quod ſit aliquid intrinſecè ſupernaturale,& quod tale aliquid naturaliter cognoſcatur ab Angelo.

Vrgetur primò.

23 Vrgetur primò: Etiam ſi ſit intrinſecè ſupernaturalis hic modus,nequit Angelus non cognoſcere naturaliter,quod corpus Chriſti exiſtit ſub ſpeciebus Sacramentalibus; ergo Angelus naturaliter cognoſcit modum,quo corpus Chriſti exiſtit ſub ſpeciebus Sacramentalibus,etiam ſi talis modus ſit intrinſecè ſupernaturalis. Probatur antecedens: Etiam ſi ſit intrinſecè ſupernaturalis hic modus,nequit Angelus non cognoſcere naturaliter corpus Chriſti exiſtere ſub ſpeciebus Sacramentalibus,ſi cognoſcat,quod anima Chriſti Domini eſt vnita corpori Chriſti in Euchariſtia;ſed Angelus naturaraliter cognoſcit,quod anima Chriſti eſt vnita corpori Chriſti in Euchariſtia:ergo etiam ſi ſit intrinſecè ſupernaturalis hic modus,nequit Angelus non cognoſcere naturaliter,corpus Chriſti exiſtere ſub ſpeciebus Sacramentalibus.Probatur minor: Anima Chriſti Domini,non aliter vnitur corpori Chriſti in Euchariſtia; ac corpori Chriſti in Cœlo; ſed Angelus naturaliter cognoſcit, quod Anima Chriſti eſt vnita corpori Chriſti in Cœlo; ergo Angelus naturaliter cognoſci,quod Anima Chriſti

ti eſt vnita corpori Chriſti in Euchariſtia.

24 Vrgetur ſecundò: Si eſt intrinſecè ſupernaturalis modus, quo corpus Chriſti exiſtit ſub ſpeciebus Sacramentalibus, etiam erit intrinſecè ſupernaturalis modus, quo Anima Chriſti exiſtit in Euchariſtia; ſed modus, quo Anima Chriſti exiſtit in Euchariſtia, eſt cognoſcibilis ab Angelo naturaliter certò: ergo, & etiam erit ſic cognoſcibilis ab ipſo modus, quo corpus Chriſti exiſtit ſub ſpeciebus Sacramentalibus. Probatur minor: Modus, quo Anima Chriſti exiſtit in Euchariſtia, cognoſcitur naturaliter certò ab ipſa Anima Chriſti: ergo modus hic, eſt cognoſcibilis ab Angelo naturaliter certò. Conſequentia ſatis conſtat ex toties dictis in hoc tractatu; & antecedens probatur ex eo, quod Anima Chriſti cognoſcit naturaliter certò ſe eſſe vbicumque eſt, & per conſequens cognoſcit ſe eſſe in Euchariſtia; ſed hoc ipſo cognoſcit naturaliter certò modum, quo ibi exiſtit (cum non ſit poſsibile, quod cognoſcat ſe eſſe in Euchariſtia, & non cognoſcat modum, quo ibi exiſtit; quia talis modus eſſendi in Euchariſtia, includitur in cognitione, qua cognoſcit ſe eſſe in tali loco) ergo modus, quo Anima Chriſti exiſtit in Euchariſtia, cognoſcitur naturaliter certò ab ipſa anima Chriſti.

Vrgetur ſecundo.

25 Ad quod argumentum dicimus, quod ſi ſentiatur dotem glorioſam, non eſſe intrinſecè ſupernaturalem, facilimè ſolvitur argumentum, negando antecedens, & ad eius probationem, negando maiorem. Si verò teneatur, quod dos glorioſa eſt intrinſecè ſupernaturalis (quod quidèm non eſt certum) tunc reſpondeatur ad argumentum, negando antecedens; & ad eius probationem negetur minor; non enim cognoſcit, aut poteſt cognoſcere naturaliter Angelus dotem glorioſam in ſe ipſa; ſed, quod poteſt naturaliter cognoſcere, eſt aliquis effectus naturalis relictus ex dote glorioſa in rebus naturalibus, & quid diſtinctiſsimũ eſt cognoſcere effectum naturalem relictum ex obiecto ſupernaturali, ac cognoſcere ipſum obiectum ſupernaturale, vt eſt clariſsimum.

Reſpõdetur ſecundo argumẽto.

Primò iuxta ſẽtientes: dotem glorioſam non eſſe intrinſecè ſupernaturalẽ.

Secundò ſecundũ ſententiam oppoſitam.

Quid diſtinctiſſimum eſt cognoſcere effectũ naturalem relictum ex obiecto ſupernaturali, ac cognoſcere ipſum obiectum.

Vnde, cum dotes glorioſæ in ſe ipſis ſint (vt argumenti per-

Digitized by Google

Et hac doctrina reſpondetur ſi admittatur, quod dos glorioſa eſt intrinſicè ſupernaturalis.

permitimus) quid intrinſice ſupernaturale; & alias habeant aliquem effectum naturalem ex ipſis relictum in rebus naturalibus, non benè arguitur ad probandum, quod Angelus poteſt naturaliter cognoſcere dotem glorioſam inſe ipſa, ex eo, quod naturaliter cognoſcat aliquem effectum naturalem ex dote glorioſa relictum in ipſis rebus naturalibus.

Si inquiras.

26 Si autem inquiras: ex quo colligimus, Angelum naturaliter cognoſcere effectum relictum in rebus naturalibus à dote glorioſa, quia ipſe eſt effectus naturalis, cum poſsit dubitari an talis effectus ſit intrinſecè ſupernaturalis ſicut eſt ipſa dos illum cauſans?

Reſpondebitur

Reſpondebimus, quod quia effectus, de quibus argumẽtũ procedit ſũt, effectus merè naturales, vt videri eſt tũ in *lucere, & illuminare*, qui ſũt effectus dotis glorioſæ claritatis quia hi effectus ſunt purè naturales, licet dos claritatis, à qua proueniunt ſit intrinſecè ſupernaturalis: & tum in pertranſire vnum corpus per aliud, quiquidem eſt effectus dotis glorioſæ ſubtilitatis, & tamen hic effectus eſt effectus merè naturalis, ex parte ſui præciſsè conſideratus, etſi dos ſubtilitatis ſit intrinſicè ſupernaturalis. Quapropter dicitur, quod Angelus naturaliter cognovit corpus Chriſti exiviſſe ex Sepulchro, manente clauſo, penetrando ipſius lapidem, quin tunc Angelus naturaliter cognoſceret ipſam dotem ſubtilitatis Corporis glorioſi Chriſti ex qua promanavit prædictus effectus.

Effectus, de quibus argumentum procedit, ſunt effectus merè naturales.

Reſpondetur ad 1. vrgentiã. Licèt anima Chriſti non aliter vniatur corpori Chriſti in Euchariſtia, ac corpori Chriſti in Cœlo: Angelus non poteſt cognoſcere naturaliter certò quod Anima Chriſti vnitur corpori Chriſti in Euchariſtia.

27 Ad 1. vrgentiam reſpondeatur negando antecedens, & ad eius probationem negetur minor ad cuius probationem diſtinguatur maior: Anima Chriſti Domini non aliter vnitur corpori Chriſti in Euchariſtia, ac corpori Chriſti in Cœlo, & aliàs Chriſtus habet eandem præſentiam in Euchariſtia, ac in Cœlo, negatur maior: & non habet eandem præſentiam, conceditur maior; & conceſſa minori, neganda eſt conſequentia, Chriſtus enim Dominus habet in Cœlo præſentiam naturalem, in Euchariſtia verò purè Sacramentalem; cumque repugnantia, vt Angelus naturaliter cognoſcat Chriſtum Dominum in Euchariſtia, ſit quia præſentia Chriſti in Euchariſtia eſt præſentia Sacramentalis, quæ ex hoc titulo eſt participatio Divinæ immenſitatis, ac proinde in-

Digitized by Google

intrinſecè ſupernaturalis, & aliàs, ſi Angelus naturaliter cognoſceret Animam Chriſti vniri corpori Chriſti in Euchariſtia, cognoſceret naturaliter Chriſtum Dominũ eſt in Euchariſtia; ideò nè hoc dicatur dicimus, quod Angelus nõ poteſt cognoſcere naturaliter Animam Chriſti vniri corpori Chriſti in Euchariſtia.

Quin ad hoc obſtet, quod Anima Chriſti non aliter vniatur corpori Chriſti in Euchariſtia, ac in Cœlo. Quia etiam corpori Chriſti non eſt aliud in Euchariſtia, ac in Cœlo: vnde ſicut nos dicimus, quod licèt nõ ſit aliud corpus Chriſti in Euchariſtia, ac in Cœlo, Angelus non poteſt cognoſcere naturaliter corpus Chriſti, vt in Euchariſtia, & ſi cognoſcat naturaliter corpus Chriſti in Cœlo: etiam conſequenter dicimus, quod licèt non aliter vniatur anima Chriſti Domini corpori Chriſti in Euchariſtia, ac corpori Chriſti in Cœlo, non poteſt Angelus naturaliter cognoſcere Animam Chriſti vniri corpori Chriſti in Euchariſtia, & ſi naturaliter cognoſcat Animam Chriſti vniri corpori Chriſti in Cœlo.

Et hoc verificatur, quanquàm Angelus cognoſcat (vt cognoſcit) naturaliter certò, quod anima Chriſti vnitur corpori Chriſti in Cœlo.

28 Ad 2. vrgentiam (obiectam à M. Maſtrio in 2. ſent. diſput. 2. numero 319. & quæ ex immediatè dictis facile ſolvitur) reſpondetur negando minorem, & ad eius probationem negetur antecedens: ſicut, & illud, quod pro eius probatione opponitur. Non enim eſt ita, vt opinatur arguens, ſentiens: Animam Chriſti cognoſcere naturaliter certò ſe eſſe vbicumque eſt; & conſequenter ſe eſſe in Euchariſtia: quia licèt prædicta Anima cognoſcat naturaliter certò ſe eſſe, vbi eſt per præſentiam naturalem (vt eſt in Cœlo) at nequit ſic cognoſcere ſe eſſe, vbi præcisè eſt per præſentiam Sacramentalem (quæ intrinſecè eſt ſupernaturalis) vt eſt in Euchariſtia.

Reſpõdetur ad 2. vrgentiam. *M. Maſtrius.*

Quapropter, & ſi fateamur eſſe verum, quod ſi anima Chriſti cognoſceret naturaliter certò ſe eſſe in Euchariſtia, etiam cognoſceret naturaliter certò modum, quo eſt in Euchariſtia; & in hoc conveniamus cum Mag. Maſtrio: Cœterum, cum talis modus eſſendi animam Chriſti in Euchariſtia ſe habeat tanquam ratio cognoſcendi Animam Chriſti eſſe in Euchariſtia (iuxta doctrinam profundè obſervatam à Mag.

Si Anima Chriſti cognoſceret naturaliter certò ſe eſſe in Euchariſtia; etiam ſic cognoſceret modum, quo eſt in Euchariſtia.

Digitized by Google

M. Navarrete.

Mag. Navarrete, tomo 3. in 1. part. controv. 67.) Iudicamus prius eſſe fundandum, quod prædictus modus intrinſecè ſupernaturalis eſt cognoſcibilis naturaliter certò ab Anima Chriſti, quàm quod ſit cognoſcibile ab ipſa naturaliter certò, ſe eſſe in Euchariſtia: vnde dum hoc non fiat, non officiet noſtræ aſſertioni, quod ſecunda vrgentia proponit; quæ idem poſſet opponere de corpore Chriſti, vt exiſtente in Euchariſtia; de cuius in cognoſcibilitate naturali ab omni intelligente creato, ſatis conſtat ex num. 27.

Arguitur tertio.

29 Tertio Arguitur: Angelus naturaliter cognoſcit quidquid ex vi verborum conſecrationis fit ſub ſpeciebus Sacramentalibus; ſed eo ipſo debet naturaliter cognoſcere modum, quo corpus Chriſti Domini eſt ſub ſpeciebus Sacramentalibus: ergo Angelus naturaliter cognoſcit modum, quo corpus Chriſti Domini eſt ſub ſpeciebus Sacramentalibus. Probatur maior: Angelus naturaliter cognoſcit, quod ſub ſpeciebus Sacramentalibus panis (v.g.) ex vi verborum conſecrationis pellitur ſubſtantia panis, & ponitur ibi eſſe corpus Chriſti Domini, ſed ad hæc reducitur quidquid ex vi verborum conſecrationis panis fit ſub ſpeciebus Sacramentalibus panis: ergo Angelus naturaliter cognoſcit quidquid ex vi verborum conſecrationis fit ſub ſpeciebus Sacramentalibus. Probatur maior: Angelus naturaliter cognoſcit eſſe vera, & efficacia hæc verba conſecratoria panis à Sacerdote ſuper panem præſentem prolata: *Hoc eſt corpus meum*; ſed ex huius naturali cognitione, naturaliter cognoſcit Angelus, quod ſub ſpeciebus Sacramentalibus panis, ex vi verborum conſecrationis pellitur ſubſtantia panis, & ponitur ibi eſſe corpus Chriſti: ergo Angelus naturaliter cognoſcit, quod ſub ſpeciebus Sacramentalibus panis, ex vi verborum conſecrationis pellitur ſubſtantia panis, & ponitur ibi eſſe corpus Chriſti Domini.

Argumentum tertium obijcitur à P. Vazquez.

30 Argumentum hoc obijcitur à P. Vazquez 1. part. diſput. 214. cap. 4. Illud tamèn, vt minùs efficax, reputatur etiam ab illis, qui cum eo conveniunt in aſſerto principali nobis oppoſito, & meritò quidèm. Quia, vt rectè probaret Angelum naturaliter cognoſce-

re

Digitized by Google

re veritatem horũ verborum: *Hoc eſt corpus meum*: prius debebat fundare, quod non repugnabat Angelum naturaliter cognoſcere obiectum per hæc verba enuntiatũ: quia quomodo, in cognito obiecto aliquorum verborũ, cognoſci valet ipſorum verborum veritas. Igitur lite pendente ſuper poſſe, vel non poſſe cognoſci naturaliter ab Angelo: quod corpus Chriſti Domini eſt ſub ſpeciebus Sacramentalibus, non benè aſſummit pro principio ad ſtabiliendum, quod Angelus naturaliter cognoſcit obiectum horum verborum, ſeu quod corpus Chriſti eſt ſub ſpeciebus Sacramentalibus, quod Angelus naturaliter cognoſcit eſſe vera prædicta verba; quia hoc optimè negabitur à iudicante, quod Angelus non poteſt naturaliter cognoſcere horum verborum obiectum.

Sed vt minùs efficax reputatur, etiam ab illis, qui cum eo in concluſione conveniunt. Vt veritas verborum cognoſcatur, debet cognoſci verborum ipſorum obiectum.

31 Vt verò clariùs convincatur deficere fundamentum P. Vazquez: prænotetur, quod dũ ipſe hoc dicit, vel loquitur de his verbis præcisè conſideratis ſecundũ ſuã vim naturalem *ſignificandi vt ſic* (vt à laico proferri poſſunt) & ita loquendo certiſsimum eſt prædicta verba nõ eſſe vera; & conſequenter, quod etiam ſi proferantur à Sacerdote, & inſpiciantur ſecundũ ſuam vim naturalem *ſignificandi vt ſic*, non exprimunt veritatem determinatam, ſed indifferentiam, vt ſint vera, vel falſa; proindeque ex eo, quod audiantur prolata ab aliquo Sacerdote (ſecundũ dictam conſiderationem accepta) non colligitur, quod habeantur, vt neceſſariò vera.

In aliquo ſenſu poſſunt accipi verba conſecratoria, ſecundũ quem non exprimunt veritatem determinatam.

Vel accipiantur à Vazquez vt elevata a Deo, ad ſignificandum, quod corpus Chriſti ponitur ſub ſpeciebus Sacramentalibus, & ſic iam includunt aliquid ſupernaturale; vnde ſicut dicitur, quod Angelus non cognoſcit naturaliter id, quod eſt intrinſecè ſupernaturale, ita debet dici, quod nec cognoſcit naturaliter hæc verba, vt sũt neceſſario, & infallibiliter vera; quod erat neceſſe, vt ex illorũ veritate naturaliter cognita tranſiret Angelus, vt ex medio infallibili ad cognitionẽ obiecti talium verborũ.

Vt elevata à Deo ad ſignificandum, quod corpus Chriſti eſt ſub ſpeciebus Sacramentalibus, includũt aliquid ſupernaturale.

32 Inſuper: Ideò Vazquez hoc ſentit, quia iudicat, quod Angelus naturaliter cognoſcit tranſubſtantiationem, ſeu converſionem totius ſubſtantiæ panis, ad conſecrationem propoſitæ, in totam ſubſtantiam corporis Chriſti, non interueniente medio ſubiecto: ſed quod hæc

Tranſubſtantiatio totius ſubſtantiæ panis in totam ſubſtan-

Digitized by Google

tiam corporis Chriſti nõ interveniente ſubiecto, non eſt cognoſcibilis naturaliter ab Angelo.

tranſubſtantiatio non ſit naturaliter cognoſcibilis ab Angelo, apparet clariſsimum; Tum quia eſt ſupernaturalis intrinſecè, & in ſe, & non ſolùm ex parte cauſæ efficientis, ſeu extrinſecè; Tum quia quomodo poterit Angelus naturaliter cognoſcere illud, ad cuius cognitionem, non datur vllum fundamentum in toto ordine rerum naturalium, vt ad huius cognitionem, ita nõ datur, vt nec ab ipſo Vazquez aſsignetur. Igitur non eſt; vnde Angelus tranſeat ad cognoſcendum naturaliter modum, quo corpus Chriſti D. eſt ſub ſpeciebus Sacramentalibus.

Iam reſpondetur tertio argumento.

Angelus ſolùm cognitione ſupernaturali cognoſcit eſſe vera verba conſecratoria.

33 Vnde iam reſpondetur ad argumentum negando maiorem, & ad eius probationem etiam negetur maior, ad cuius probationem item negandaeſt maior, ob dicta contra P. Vazquez ſententiam. Angelus enim ſolùm cognoſcit cognitione ſupernaturali eſſe vera verba conſecratoria; & ideò ex eo, quod illa naturaliter cognoſcat (cum hoc ita non contingat) non licèt arguere ad hoc, vt naturaliter cognoſcat modũ, quo corpus Chriſti Domini eſt ſub ſpeciebus Sacramentalibus; præcipuè cum Angelus non cognoſcat cognitione naturali tranſubſtantiationem, quæ ſe habet, vt obiectum ſignificatũ per hæc verba conſecratoria; *Hoc eſt corpus meum*, cum idem ſit dicendum de modo, quo corpus Chriſti ſub ſpeciebus Sacramentalibus eſt, ac de prædicta tranſubſtantiatione.

§. IIII.

Colliguntur aliqua.

Primum corollarium.

Si non eſſet participatio divinæ immenſitatis modus, quo corpus Chriſti D. eſt ſub ſpeciebus Sacramentalibus, non eſſet intrinſecè ſupernaturalis.

34 PRimò colligitur: quod ſi modus, quo corpus Chriſti eſt ſub ſpeciebus Sacramentalibus, nõ eſſet participatio divinæ immẽſitatis, neque eſſet ſupernaturalis ſupernaturalitate ſe tenẽte ex parte ipſiuſmet modi; ſed præcisè ſupernaturalitate extrinſeca, quæ nõ eſſet ſupernaturalitas modi, ſed præcisè cauſæ efficientis prędicti modi: quia cum ex hoc principio tantũ habeat diſtingui à rebus purè extrinſecè ſupernaturalibus, non eſt ex quo ſuadeatur, quod ſit intrinſecè ſupernaturalis. Verùm hic debet maximè adverti ſenſũ (ſecundùm quem nos dicimus: quod modus, quo corpus Chriſti eſt ſub ſpeciebus Sacramentalibus, eſt participatio divinæ immenſitatis) non intendere, quod ratione huiuſmodi, cor-

Digitized by Google

Corpus Chriſti ſit vbique extenſum (quia hic eſt ſenſus hæreticus familiaris aliquibus ſectarijs huius ſæculi) ſed in alio veriſsimo, quo dicitur: quod Corpus Chriſti eſt ſub ſpeciebus huius altaris (v.g.) ſine termino definitivo quoad præſentiam indiviſibilem, quam habet ſub his ſpeciebus, & ita ſic eſt indiviſibiliter ſub hac hoſtia, & ſub qualibet huius hoſtiæ parte, vt ſimul poſsit eſſe ſub hoſtijs ſincathegorematicè infinitis.

Notatur quod hic maxime debet animadverti, ne conſentiamus hæretico ſenſui.

35 In quo, & diſtinguitur à præſentia locali naturali corporis; quia hæc præſentia Sacramentalis Corporis Chriſti (ſeu hic modus, quo eſt ſub ſpeciebus Sacramentalibus) non eſt præſentia diviſibilis ſicut eſt diviſibilis præſentia naturalis corporis; & diſtinguitur à præſentia indiviſibili alterius rei ſpiritualis creatæ; quia quælibet præſentia rei ſpiritualis creatæ, licet ſit præſentia indiviſibilis (vt eſt indiviſibilis præſentia animæ ad proprium corpus) ſi non eſt præſentia Sacramentalis, vt eſt præsētia prædicti modi Euchariſtici, eſt præſentia definitiva, & determinata ad certum locum; præſentia verò Sacramentalis eſt indefinita ſine termino ſincategorematicè.

Præſentia Sacramētalis corporis Chriſti in Euchariſtia, diſtinguitur a præſentia indiviſibili alterius rei ſpiritualis creatæ; quin ipſa ſit præſentia diviſibilis

36 Etiamque colligitur ſtare benè, quod Angelus naturalitèr cognoſcat Corpus Chriſti in rerum natura exiſtere, quin cognoſcat omnem locum vbi ſit: quia, vt contingit in corpore Chriſti exiſtente; tū in Cælo ſua præſentia naturali corporis; tumque in terris præſentia Sacramentali, clarè percipitur qualiter Angelus poſsit naturaliter cognoſcere corpus exiſtere in Cœlo, quin cognoſcat naturaliter exiſtere interra ſub ſpeciebus Sacramētalibus. Quin bene arguatur: *Angelus naturaliter cognoſcit Corpus Crhiſti in rerum natura exiſtere: ergo naturaliter cognoſcit, quod Corpus Chriſti exiſtit ſub ſpeciebus Sacramentalibus*: quia modus, quo corpus Chriſti eſt ſub ſpeciebus Sacramentalibus, eſt diſtinctus ab exiſtentia abſoluta corporis Chriſti, eſtque ſupernaturalis; & non repugnat videri vnum non viſo alio realiter ab ipſo diſtincto.

Secūdum corollarium.

Stat benè Angelum cognoſcere naturaliter, quod Corpus Chriſti in rerum natura exiſtit, quin cognoſcat omnem locum, vbi ſit.

37 Tertiò deducitur: quod quamvis Angelus naturaliter cognoſcat: non eſſe ſubſtantiam panis ſub ſpeciebus panis in hoſtia conſecrata; non tamen iudi-

Tertium corollarium.

di-

dicat poſitivè cognitione naturali quid ſit ſub ſpeciebus prædicti panis; quia cum ex vi privationis ſubſtantiæ panis non ſequatur alia ſubſtantia corporis Chriſti; ſed ex vi tranſubſtantiationis, quæ eſt omnino ſupernaturalis; nõ habet Angelus aliquod principium naturale, ex quo inferat præſentiam realem Corporis Chriſti Domini ſub dictis ſpeciebus; & ita merè negativè ſe habet circa talem præſentiam. Conſtatque non valere illam conſequentiam: *Angelus cognoſcit naturaliter non eſſe ſub ſpeciebus huius panis ſubſtantiam panis: ergo cognoſcit naturaliter eſſe ibi Corpus Chriſti*. Quia ex hoc ſequatur, quod ſimili cognitione cognoſcat oppoſitũ; quia datur mediũ ex parte cognitionis inter cognoſcere naturaliter poſitivè, eſſe Corpus Chriſti ſub illis ſpeciebus; & inter ſic cognoſcere oppoſitum, ſcilicèt, negativè ſe habere in ordine ad cognitionem circa tale obiectum.

Quamvis Angelus cognoſcat naturaliter non eſſe ſubſtãtiam panis ſub ſpeciebus panis in hoſtia conſecrata, non tamẽ iudicat poſitivè cognitione naturali quid ſit ſub ſpeciebus prædicti panis.

Quartum corrollarium.

Si modus quo Corpus Chriſti eſt ſub ſpeciebus Sacramentalibus habet aliquos effectus naturales cognoſcet Angelus naturaliter tales effectus, ſed non modum ex quo cauſantur.

38 Et eſt animadvertendum, quod ſi Corpus Chriſti Domini, vt eſt ſub ſpeciebus Sacramentalibus, ſeu modus quo eſt ſub illis, habeat aliquos effectus naturales, cognoſcetur ab Angelo naturaliter ex parte talium effectum tantum; quod eſt idem ac quod Angelus tunc naturaliter cognoſcat, non ipſum modum, quo corpus Chriſti eſt ſub ſpeciebus Sacramentalibus, ſed effectus ex tali modo relictos; modo, quo dicitur admiſſo quod dos glorioſa ſit intrinſecè ſupernaturalis, quod Angelus naturaliter cognoſcit, non ipſam dotem, ſed effectum naturalem ex dote cauſatum, & ſecutum.

Quintum corrollarium.

Nec Angelus poteſt cognoſcere naturaliter modum illum poſitivum, quem habent accidentia Euchariſtica.

39 Vltra colligitur, quod Angelus non cognoſcit naturaliter modum illum poſitivum, quem habent accidentia Euchariſtica: cuius ratio eſt eadem, ac quæ probat, quod Angelus non cognoſcit naturaliter Corpus Chriſti exiſtere ſub ſpeciebus Sacramentalibus: quia ideo nequit Angelus cognoſcere naturaliter modum, quo Corpus Chriſti eſt ſub ſpeciebus Sacramentalibus; quia talis modus eſt entitativè ſupernaturalis; ſed etiam modus poſitibus, quem habent in Euchariſtia accidentia Euchariſtica, eſt entitativè ſupernaturalis; tum quia eſt modus, cuius entitas nullam habet connexionem cum aliqua cauſa naturali, aut naturali exigentia; tum quia cum talis modus ſit, vt conſerventur ſeparata

præ-

Digitized by Google

prędicta accidentia (quæquidem ſupernaturaliter ſeparantur,& conſervantur ex vi mutationis accidentium panis,vel vini accipientium aliquod eſſe,ſeu aliquam entitatem ordinis ſupernaturalis in ipſis receptam ratione cuius cōſervātur ſeparata à proprio ſubiecto)no entitativè naturalis;ergo nec Angelus poteſt naturaliter cognoſcere modum poſitivum,quem in Eucharillia habent accidentia Euchariſtica.

Contra opponit duo *P.Vazquez*

40 Contra hoc corollarium duo opponit P.Vazquez(1.p.diſp.214.cap.4.)quorum primum eſt: quod cum hic modus poſitivus,quem habent accidentia Euchariſtica, ſequatur neceſſariò ex carentia rei naturalis,ſcilicèt,ſubſtantiæ panis,vel vini,nequit non eſſe naturalis;eò quod nihil ſupernaturale quoad ſubſtantiam poteſt oriri neceſſariò ex cauſa naturali, vt eſt carentia rei naturalis.Et ſecundum: quod prædictus modus,eſt minùs perfectus,quàm modus naturalis per ſe, quem habent ſubſtantiæ:ergo cum hic ſit naturalis,etiā, & ille erit naturalis:cum repugnet inter duos modos, inperfectione inæquales,perfectiorem eſſe naturalem, & quod imperfectior ſit ſupernaturalis.

Ad quæ reſpōdetur; & ad 1. primò.

Ex carētia proprij ſubiecti,ſequitur per naturalem conexionem defectus accidentium.

41 Sed ad hæc reſpondemus;& ad primum dicendo;tum,quod falſum eſt:talem modum ſequi neceſſariò ex carentia rei naturalis,proprij,videlicet,ſubiecti,hoc eſt, ſubſtantiæ panis, vel vini. Cuius ratio eſt; quod ex carentia ſubſtantiæ panis,vel vini ſequitur per naturalem connexionem in accidentibus panis,vel vini, quod ſtatim,ac deficiat ſubſtantia,cuius ſunt accidentia, ipſa accidentia deſinant eſſe: quod quidem ſatis clarè excludit neceſſariā ſequelā modi poſitivi exiſtendi per ſe in prędictis accidentibus ex carētia ſubiecti eorū proprij.

Reſpondetur ſecundo.

Modus poſitivus exiſtendi per ſe conveniens accidentibus Euchariſticis à propria ſubſtantia ſepara-

42 Secundò dicitur,quod modus poſitivus exiſtendi,per ſe conveniens accidentibus Euchariſticis, à propria ſubſtantia ſeparatis,vnicè provenit à potentia infinita Dei communicantis ipſis illam intrinſecam perfectionem in qua talis modus conſiſtit, & quæ nequit produci ab vlla cauſa naturali:cum in tota natura non poſsit dari cauſa valens producere id, quod ita ſuperat facultatem naturalem;vt eam ſuperat, quod accidens exiſtat per ſe;iuxta SS.PP.& Scholaſticos DD.extollen-

tes ra-

Digitized by Google

ratis, vnicè provenit à potentia infinita Dei.

tes, vt quid altiſsimum, & incomprehenſibile, præfatum modum exiſtendi per ſe, quem formaliter habent accidentia Euchariſtica.

Licèt Angelus naturaliter certò cognoſcat accidentia Euchariſtica eſſe ſine proprio ſubiecto; non poteſt ſic cognoſcere modum poſitivum exiſtendi per ſe illorum.

43 Ex quibus venit obſervandum: quod licèt Angelus cognoſcat naturaliter certò, accidentia Euchariſtica eſſe ſine proprio ſubiecto (vt habetur ex num. 37.) eò quod hoc obiectum non excedit limites proprij obiecti: non cognoſcit ſimili cognitione talia accidentia exiſtere per ſe; quia modus exiſtendi per ſe horum accidentium, vtpote intrinſecè ſupernaturalis, ſuperat omnem vim creatam cognoſcitivam naturalem.

Quod roboratur doctrina data pro cognitione humanitatis Chriſti nõ ſubſiſtentis propria ſubſiſtentia.

44 Quod eſt roborandum doctrina qua (in num. 41. & 76. immediati dubij) fundavimus, quod quamvis Angelus cognovit naturaliter certò humanitatem Chriſti Domini non ſubſiſtere propria ſubſiſtentia; non cognovit naturaliter certò, quod ſubſiſtentia, qua talis humanitas ſubſiſtebat, erat increata, & Divina; quia eius cognitio naturalis non poteſt ſe extendere ad attingendum certò obiecta intrinſecè ſupernaturalia.

Sed refragatur *P. Vazquez.* cui non aſſentimur.

45 Et quamquàm non nos lateat Patrẽ Vazquez loco ſupra citato ſentire, quod Angelus non cognoſcit naturaliter certò humanitatem Chriſti non ſubſiſtere propria ſubſiſtentia; quia hæc privatio propriæ perſonalitatis infertur ex eo, quod ſubſiſtit ſubſiſtentia divina, quæ ab Angelo eſt incognoſcibilis naturaliter certò.

Quia cognitio privationis formæ, quæ expellitur, non depẽdet ex cognitione formæ, quæ introducitur.

Cæterum in hoc illi non aſſentimur; quia iudicamus opponi Phyloſophiæ principium, in quo nititur eius exiſtimatio, ſcilicet; quod cognitio privationis formæ, quæ expellitur, dependet ex cognitione formæ, quæ introducitur. Quia licet forma adveniens, priùs introducatur in genere cauſæ formalis, ſeu efficientis, quàm expellatur forma oppoſita: at cum in genere cauſæ materialis priùs expellatur forma oppoſita, & in eo genere cauſæ prius intelligatur materia privata tali forma, quàm actuata per formam ſupervenientem; hocque ſufficiat ad cognitionem privationis formæ, quæ expellitur: hinc fit, quod ad cognitionem prædictæ privationis nihil aliud deſideratur, quàm cognoſcere in ſubiecto, apto nato, negationem formæ, quæ expellitur, & conſequenter,

Digitized by Google

ter, quod non oritur cognitio privationis illius ex eo, quod cognoſcatur forma adveniens.

Reſpõdetur ad 2. argumentum.

Ad ſecundum eſt reſpondendum: quod etſi eſſe per ſe ſubſtantiæ ſit in ratione entis quid excellentius, quàm eſſe per ſe conveniens accidentibus Euchariſticis; at ex genere ſuo modus, quo talia accidentia ſunt per ſe (non amittendo propriam naturam accidentium, quæ ex ſe petit eſſe in alio) eſt aliquid ſuperioris ordinis ad totam naturam *eſſendi per ſe naturaliter*: vnde eſt intrinſecè ſupernaturalis; licèt ſit naturalis modus eſſendi per ſe ſubſtantiæ: & ideò eſt ab Angelo incognoſcibilis naturaliter certò; & ſi ab ipſo cognoſcatur naturaliter certò modus eſſendi per ſe, quem habent ſubſtantiæ.

Modus exiſtendi per ſe conveniens accidentibus Euchariſticis, ex genere ſuo eſt aliquid ſuperioris ordinis ad totam naturam *eſſendi per ſe naturaliter.*

Vltimum corollarium.

Vltimo colligitur: eſſe dignam animadverſione alietatem repertam, quoad poſſe cognoſci ab intelligente creato, inter corpus Chriſti Domini, vt eſt ſub ſpeciebus Sacramentalibus; & ipſas ſpecies Sacramentales. Et conſiſtit in hoc, quod ſpecies Sacramentales poſſunt cognoſci naturaliter ab Angelo, & defacto cognoſcuntur, quin ſimili cognitione poſsit cognoſci corpus Chriſti, vt eſt ſub ſpeciebus Sacramentalibas; quia licèt conveniant, & modus, quo corpus Chriſti eſt ſub ſpeciebus Sacramentalibus, & modus poſsitivus, quem accidentia Euchariſtica habent, in hoc, quod vterque eſt ſupernaturalis: Cæterùm cum corpus Chriſti, vt eſt ſub ſpeciebus Sacramentalibus, non cognoſcatur, niſi ratione modi, quo eſt ſub illis; accidentia verò Euchariſtica, non cognoſcuntur ratione modi poſsitiui, quem habent in Euchariſtia (conſervata ibi ſine proprio ſubiecto, aut propria ſubſtantia) quia ipſa independenter à quocumque alio ſunt naturaliter cognoſcibilia, naturaliterquè ſenſibilia; & ita, vt eis mediantibus ſentiatur antè conſecrationem ſubſtantia panis, & vini, & ad hominum ſenſus immitat ſpecies intentionales (ob quam conſiderationem nuncupantur ſpecies, iuxta ea, quæ ex ſenſu PP. & Theologorum obſervat doctiſsimus Accitanus Epiſcopus, Illuſt. D. Palacios, olim Primarius Co-

Eſt alietas, quoad poſſe cognoſci ab intelligente creato, inter corpus Chriſti, vt eſt ſub ſpeciebus Sacramentalibus, & ipſas ſpecies Sacramentales.

Licèt conveniant, & modus, quo corpus Chriſti eſt ſub ſpeciebus Sacramentalibus, & modus illarum in hoc, quod vterque eſt ſupernaturalis.

Declaratur, cur accidentia Euchariſtica nuncupantur ſpecies.

Illuſt. Palacios.

plutenſis, libro 1. de *Generatione*, quæſt. 1. numero 100.) Ideò aliter poſſunt cognoſci ab intelligente creato prædicta accidentia, ac corpus Chriſti, vt eſt ſub ſpeciebus Sacramentalibus.

Si dicas.

48 Si dicas: Quod ſicut ſpecies Sacramentales ſunt naturales, ita corpus Chriſti ſub ſpeciebus panis eſt entitatiuè naturale: Igitur ſicut ſpecies ſunt naturaliter cognoſcibiles, ita erit naturaliter cognoſcibile ab Angelo corpus Chriſti ſub ſpeciebus panis.

Reſpondebimus.

Licèt corpus Chriſti ſub ſpeciebus panis ſit entitativè naturale, caret tamèn modo eſſendi naturali, ratione cuius eſt naturaliter cognoſcibile.

49 Reſpondebimus, quod licèt corpus Chriſti ſub ſpeciebus panis ſit entitativè naturale, caret tamèn modo eſſendi naturali, ratione cuius eſt naturaliter cognoſcibile; vnde abſque tali modo, nequit naturaliter cognoſci; ſicut etiam non eſt naturaliter ſenſibile, quia caret modo naturali extenſionis localis, ratione cuius corpus redditur ſenſibile: ſpecies verò Euchariſticæ, licèt careant modo naturali inhærentiæ, naturaliter cognoſcuntur, & ſentiuntur; quia ſpecies non redduntur ſenſibiles ab inhærentia (cum ipſa inhærentia non videatur) ſed redduntur ſenſibiles ab extẽſione locali, quæ eſt ſenſibile commune. & cum hoc habeant ſpecies Euchariſticæ, non verò corpus Chriſti; illæ naturaliter cognoſcuntur ab Angelo, & ſi corpus Chriſti, nequeat naturaliter cognoſci ab Angelo.

Dices.

50 Tandèm dices: Quod localis extenſio eſt modus requiſitus, vt corpus ſit ſenſibile; non verò, vt ſit naturaliter intelligibile, cum entia ſpiritualia, & ſi careant extenſione locali, naturaliter intelligantur ab Angelis.

Sed ſatisfit.

In rebus ſenſibilibus eſſe naturaliter ſenſibile, præſupponitur ad eſſe naturaliter intelligibile.

Ad quod eſt reſpondendum, quod in rebus ſenſibilibus eſſe naturaliter ſenſibile præſupponitur ad eſſe naturaliter intelligibile. Quia tales res *ſenſibiles* ſunt *in actu*, & *intelligibiles in potentia*; & prius eſt, quod convenit in actu, quàm quod convenit ſolùm in potentia. Vnde ſi corpus caret modo requiſito, vt ſit naturaliter ſenſibile, non eſt naturaliter intelligibile. Quapropter cum corpus Chriſti careat modo eſſendi naturali in Euchariſtia, ratione cuius modi redditur naturaliter

Digitized by Google

liter ſenſibile; conſequenter fit,quod,vt exiſtens ſub ſpeciebus pani·,non ſit naturaliter cognoſcibile.

Ad illud verò de rebus ſpiritualibus dicimus, quod in ipſis eſſe intelligibile , non fundatur ſupra eſſe ſenſibile ; & conſequenter tales res ſunt naturaliter intelligibiles , quamvis nullo modo ſint ſenſibiles.

At in rebus ſpiritualibus aliter eſt diſcurrē dum circa ſuā intelligibilitatem.

Et hæc de hoc dubio(tertiæ diſput. vltimo) applicando,& lib. 2. diſt. Magiſtri diſt.10. (cum comprehendatur ſub titulo quæſt.7.motæ ibi cum pluribus à P. Ripalda :iuxta ea,quæ ipſe notat. lib.4.diſt. 10. quæſt.9. in fine)& lib.4.diſt.10, vbi de illo D.Bonaventura,q. vltima.Doct.Subtilis cum ſuis,quæſt. 8. §. *Ad argumenta*: Durandus,quæſt.4.numero 6.Richardus, Capreolus, Paludanus , & Soto ibi;necnon omnes illi,ibi etiam relati à P.Ripalda in quæſt.9.ad quam pertinet hoc vltimum dubium. Hic iam finitur totus tractatus , vtilis ,ſi ad gloriam Dei,Beatæquè Mariæ Virginis , & ad SS. Angelorum obſequium ordinetur in re , vt in voto noſtro ordinatur.

S. Bonaventura.
Scotus.
Durandus.
Nominales.
Richardus.
Capreolus.
Paludanus.
Soto.
P.Ripalda.

Omnia,quæ ſupra ſcripſimus, ſupplici animo, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ correctioni ſubijcimus.

FINIS.

INDEX

LOCORVM SACRÆ SCRIPTVRÆ, qui in hoc libro explicantur.

EX GENESI.

GEneſ.1. v,14. *Fiant luminaria in firmamento Cæli:: & ſint in ſigna.* pag.372.

EX LIBRO IVDICVM.

Cap.6.à v.36. *Dixitquè Gedeon ad Deum,&c.* pag,380.

EX 1.REG.

1.Reg.16.v.7. *Homo enim videt ea, quæ parent, Dominus autem intuetur cor.* pag.403.

EX 3. REG.

3. Reg. 8. v. 39. *Tu noſti ſolus cor omnium filiorum hominum.* peg,403.

EX 2.PARALIP.

2. Paralip. 6. v. 30. *Tu enim ſolus noſti corda filiorum hominum.* pag.403.

EX LIB. IOB.

Iob 37, v.7. *In manu omnium hominum ſignat, vt noverint ſinguli opera ſua.* pag.373.

EX LIB. PSALM.

Pſalm.3,v.16. *In manibus tuis ſortes meæ.* pag.376.
Pſalm.7. v.10. *Scrutans corda, & renes Deus.* pag.403.
Pſalſm.8. v.6. *Minuiſti eum paulò minus ab Angelis.* pag.145.
Pſalm.8.v.8. *Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius.* pag.145.
Pſalm.43.v.22. *Ipſe enim nouit abſcondita cordis.* pag.403.

Pſalm.

Digitized by Google

Pſalm. 138. v. 18. *Dinumerabo eos, & ſuper arenam multiplicabuntur.* pag. 216.

EX LIB. PROVERB.

Proverb. 16. v. 33. *Sortes mittuntur in ſinum, ſed à Domino temperantur.* pag. 380.

EX CANTICIS.

Canticorum 3. v. 6. *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum, ſicut virgula fumi?* pag. 267.

EX LIB. SAPIENTIÆ.

Sapientiæ 1. v. 6. *Quoniam renum illius teſtis eſt Deus, & cordis illius ſcrutator eſt verus.* pag. 403.

EX ISAIA.

Cap. 34. v. 4, *Camplicabuntur ſicut liber Cœli.* pag. 372.
Cap. 41. v. 22. *Accedant, & nuntient nobis quæcumque ventura ſunt, priora, quæ fuerunt nuntiate, & ponemus cor noſtrum, &c.* pag. 390.
Cap. 41. v. 23. *Annuntiatæ, quæ ventura ſunt in futurum, & ſciemus, quia dij eſtis vos.* pag. 359.
Cap, 46. v. 9. & 10. *Nec eſt ſimilis mei annuntians ab exordio noviſſimum, & ab initio, quæ nedum facta ſunt.* pag. 359.
Cap. 63. v, 1. *Quis eſt iſte, qui venit de Edon?* pag. 267.

EX IEREMIA.

Cap, 17. v. 9. *Pravum eſt cor omnium, & in ſcrutabile: quis cognoſcet illud? Ego Dominus ſcrutans cor.* pag. 403.

EX EZECHIELE.

Cap. 28. v. 12. *Tu ſignaculum ſimilitudinis, plenus ſapientia, & perfectus decore.* pag. 82.
Ibi v. 13. *In die, qua conditus es.* pag. 82.
Ibi. v. 15. *Perfectus in vijs tuis à die conditionis tuæ.* pag. 82.

EX DANIELE.

Cap. 2. v. 22. *Ipſe revelat profunda, & abſcondita, & novit in tenebris conſtituta.* pag. 360.

Digitized by Google

Ibi.v.28. *Eſt Deus in Cœlo reuelans myſteria, qui indicauit tibi rex Nabuchodonoſor, quæ ventura ſunt in nouiſsimis temporibus.* pag.360.

Ibi.v.47. *Loquens ergo rex ait Danieli: verè Deus veſter, Deus deorum eſt, & Dominus regum, & reuelans myſteria, quoniam tu potuiſti aperire hoc Sacramentum.* pag.359.

EX D.MATHÆO.

Cap.4.v.3. *Et accedens tentator dixit ei: Si filius Dei es.* pag. 491.

Cap.8.v.29. *Et ecce clamauerunt dicentes: quid nobis, & tibi Ieſu Fily Dei? Veniſti huc ante tempus torquere nos?* pag.488.

Cap. 9. v.4. *Et cum vidiſſet Ieſus cogitationes eorum.* pag.405.

Cap. 12. v.25. *Ieſus autem ſciens cogitationes eorum.* pag.405.

EX D. MARCO.

Cap. 2. v,8. *Quo ſtatim cognito Ieſus ſpiritu ſuo: quia ſic cogitarent intra ſe, &c.* pag.405.

EX D. LVCA.

Cap.4.v. 41. *Non ſinebat ea loqui; quia ſciebant Ieſum eſſe Chriſtum.* pag.488.

Cap. 11. v. 17. *Ipſe autem, vt vidit cogitationes eorum, &c.* pag.405.

EX ACTIBVS APOSTOLORVM.

Cap.1.v.24. *Tu Domine, qui corda noſti omnium, &c.* pag.403.

EX EPIST. AD ROMANOS.

Cap.8.v.27, *Qui autem ſcrutatur corda, ſcit quid deſideret ſpiritus, &c.* pag.403.

EX EPIST. 1. AD CORINTH.

Cap.2. v.11, & 12. *Quæ Dei ſunt nemo cognouit, niſi ſpiritus Dei, nos autem non ſpiritum huius mundi cepimus, ſed ſpiritum, qui ex Deo eſt, vt ſciamus, quæ à Deo donata ſunt nobis.* pag. 479.

Ibi. v.11. *Quis enim hominum ſcit, quæ ſunt hominis, niſi ſpiritus hominis, qui in ipſo eſt? Ita &, &c.* pag.480.

Cap.9. v. 24. *Sic currite, vt comprehendatis,* pag.328.

Digitized by Google

Cap. 14. v. 24. & 25. *Si autem omnes prophetent, intret autem quis in fidelis, vel Idiota, convincitur ab omnibus, diiudicatur ab omnibus: occulta cordis eius manifeſta fiunt, & ita cadens in faciem, adorabit Deum pronuntians, quod verè Deus in vobis ſit.* pag. 404.

EX EPIST. 2. AD CORINTH.

Cap. 12. v. 4. *Audiuit arcana verba, &c.* pag. 49.

EX EPIST. AD EPHES.

Cap. 1. v. 11. *Qui operatur omnia ſecundùm conſilium voluntatis ſuæ.* pag. 253.
Cap. 2. v. 3. *Et eramus natura filij iræ, &c.* pag. 129.
Cap. 3. v. 10. *Vt innoteſcat Principatibus, & Poteſtatibus in Cœleſtibus per Eccleſiam multiformis ſapientia Dei.* pag. 112.
Ibi. v. 18. *Vt poſſitis comprehendere, quæ ſit latitudo.* pag. 313.

EX EPIST. AD PHILIPPENSES.

Cap. 3. v. 12. *Sequor autem, ſi quomodo comprehendam.* pag. 312.

EX EPIST. AD COLOSENSES.

Cap. 2. v. 10. *Qui eſt caput omnis Principatus, & Poteſtatis.* pag. 145.

EX EPIST. AD HEBR.

Cap. 4. v. 12. *Diſcretor cogitationum, & intentionum cordis.* pag. 403.

EX LIB. APOCALYPSIS.

Cap. 6. v. 14. *Cœlum receſſit, ſicut liber involutus.* pag. 372.

Finis huius indicis.

Digitized by Google

INDEX
RERUM NOTABILIUM,
IN QUO.
NUMERUS PAGINAM DESIGNAT.

A

Accidens.

Eſſe accidens convenit tàm cognitioni creatæ, quàm intellectui creato. 340. Dantur accidentia intrinſecè ſupernaturalia. 475. Accidentia panis, vel vini nūcupantur ſpecies panis, vel vini; & cur? 537. vide ly ſpecies Sacramentales.

Actio.

Actio cauſæ efficientis debet æquari proportionaliter cum effectu producendo. 341.

Actus.

Admittitur, quod per actus virtutum ſupernaturalium generetur habitus naturalis. 496. Per actum Martyrij cognoſcuntur fides, fortitudo, & charitas Martyris, quamvis illæ virtutes ſint ſupernaturales. 497.

Adæquatio.

Adæquatio ad comprehenſionem intellectualem exigitur. 314. Et non ſufficit quævis; ſed ea requiritur, quæ ſit adæquatio in perfectione, ſeu intenſiua. 337. Ad illamquè, quæ eſt proportionalis inter cognitionem, & obiectum cognitum, ne-

neceſſe eſt, quod præcedat adæqnatio entitativa inter immaterialitatem cognoſcentis, & immaterialitatem obiecti cogniti. 341. Vide totum dubium de comprehenſione.

Adamus.

Caſu, quo non fuiſſet Adamus creatus in perfecta quantitate naturali, non fuiſſet ei conceſſa potentia augmentatiua; ſi ea non compararet proprium corporis augmentum. 128. Aliter ei fuerunt infuſſæ ſpecies rerum naturalium repræſentatiuæ, quàm Angelis, & huius alietatis aſsignatur ratio. 130. Vide ly Homo in ſtatu innocentiæ.

Admiratio.

In Angelis non datur admiratio ſtricta, ſed lata. 274.

Amans. Amor.

Amans amore ſupernaturali, & ſi experiatur ſe amare, non experitur ſe amare amore ſupernaturali. 512.

Angelus.

Angeli omnes diſtinguuntur inter ſe ſpecificè; & repugnat adhuc de potentia Dei abſoluta, quod dentur duo Angeli eiuſdem ſpeciei: eiſque deficit compoſitio ex materia, & forma. 184. Triplex Hierarchia, & nouem ordines numerantur in Angelis. 185. Et Angeli qui ſunt perfectiores in eſſe ſpecifico intelligunt per ſpecies vniverſaliores. 188. Angeli vocantur intelligentiæ, & vt tales ab omnibus cognoſcuntur. 224. Nullum ſequitur abſurdum ex eo, quod concedatur Angelum eſſe eſſentialiter inflexibilem. 291. Angeli ſubtiliores ſunt in intelligendo, quàm perſpicatior homo. 400. Angeli boni non ſe præcipitant, ſicut mali in formando iudicium aſſertorium de eo, quod aliquid ſit, ſi non habent vires ad illud certò cognoſcendum. 509.

Anima.

Anima ſeparata, non poteſt abſtrahere ſpecies à phantaſmatibus. 81. Dum dicitur, quod ei infunduntur ſpecies intelligibiles mediantibus Angelis, eſt intelligendum hoc non de mediatione cauſæ principalis, ſed inſtrumentalis. 104. Etiam ſi ſit vniverſalis ſpecies intelligibilis infuſa intellectui animæ

Digitized by Google

ſeparatæ, non eſt æquè vniuerſalis cum ſpecie intelligibili Angelica. 142. Animæ ſeparatæ, præciſè quia tali, tantùm infunduntur ſpecies naturales. 154. Anima ſeparata, non poteſt diſcurrere diſcurſu habendo pro ſtatu ſeparationis. 238. Si verò ſentiatur oppoſitum, debet eſſe, quia etiam tunc habet intellectum Rationalis rigoroſè accepti. 240. Anima ſeparata, dùm à ſenſibilibus abſtrahitur præuidet aliqua futura, aliqua verò non; & hæc declarantur. 370. Licèt Anima Chriſti non aliter vniatur corpori Chriſti in Euchariſtia, ac corpori Chriſti in Cœlo, Angelus naturaliter certò cognoſcens, quod anima Chriſti vnitur corpori Chriſti in Cœlo, non poteſt cognoſcere naturaliter certò, quod anima Chriſti vnitur corpori Chriſti in Euchariſtia. 528. & 529. Ipſa anima Chriſti non cognoſcit naturaliter certò ſe eſſe vbicumque eſt, & conſequenter ſe eſſe in Euchariſtia. 529.

Appetitus.

Appetitus fertur ab obiecta pondere; intellectus verò ſimilitudine; & ideò potentia appetitiua diſtinguitur a potentia intellectiua. 55. Actus appetitus ſenſitiui hominis (quando imperantur à voluntate libera) non poſſunt ab Angelo naturaliter certò cognoſci. 448. Et ei ſunt ignoti, nedùm quoadmodum libertatis, verùm, & quoad ipſorum entitatem. 454.

Apprehenſio.

Non datur vlla cognitio Angelica, quæ ſit ſimplex apprehenſio; quia omnis Angeli cognitio eſt iudicativa. 298.

Aſtrologia.

Aſtrologia divinatoria duplicem habet partem; quarum vna pronoſticatur futura neceſſaria, ſeu habentia neceſſariam connexionem cum ſuis cauſis naturalibus, vt in plurimum evenientibus; alia verò præſumit iudicare certò de futuris liberis: & ex his prima eſt ſcientia naturalis, & laudabiliter exercetur; at ſecunda quid vanum, & ſuperſtitioſum eſt. 381.

Author.

Vide ly Deus.

Axioma.

Explicantur axiomata duo;quorum primum eſt,quod: *Intellectus ſit res intellecta*:& ſecundum quod: *Ex intellectu, & re intellecta fit magis vnum quam ex materia, & forma.* 16. Declaratur axioma: *Vbi non obeſt pluralitas, non obeſt infinitas.* 161. Etiamquè exponitur illud axioma dicens,quod: *Supremum infimi attingit infimum ſupremi.* 345.

B

Beatitudo. Beatus.

ET ſi beatitudo ſupernaturalis ſit eiuſdem ſpeciei in omnibus Angelis Beatis, non tamèn erat in Angelis eiuſdem ſpeciei beatitudo naturalis,ſi hæc erat cognitio naturalis, qua Angeli cognoſcebant Deum,vt authorem naturæ,50. Explicatur ſenſus ſecundùm quem dicitur à SS.PP.quod *vnus homo beatus eſt perſpicabilis alteri, ſicut ipſe ſibi.* 450. Angeli beati cognoſcunt in verbo myſteria gratiæ; ſed non omnes omnia hæc cognoſcunt in Verbo, nec omnes æqualiter, neque ſimùl.468. Non omnes Angeli beati tàm ſuperiores,quàm inferiores cognouêrunt ab inſtanti ſuæ beatitudinis omnes circunſtantias myſterij Incarnationis. 469. Angelus Beatus per ſuam viſionem beatam, cognoſcit ſe videre clarè Deum;& hoc nequit cognoſcere vlla cognitione naturali. 514. Beatifica viſio ſupra ſe reflectitur. 514.

C

Calor.

CAlor ſolaris non diſtinguitur ſpecificè à calore vitali. 346. At etiam oppoſitum eſt probabile in Schola Thomiſtica, cum non ſit clarum quid iudicavit S. Thomas ſuper diſtinctionem horum caldrum. 347.

Digitized by Google

Certitudo.

Aliter per cognitionem comparat certitudinem Angelus; aliter homo. 253.

Charitas.

Charitas Martyris, & ſi virtus ſupernaturalis ſit, cognoſcitur cognito actu externo Martyrij, quamvis iſte ſit actus naturalis. 497.

Claritas.

Claritas eſt proprietas perfectionis ſpeciei intelligibilis. 176. Species naturalis infuſſa Angelis, eſt clarior quacumque ſpecie naturali infuſſa animæ ſeparatæ, vel intellectui humano Chriſti Domini. 176. In qua ſpecie naturali duplex reperitur claritas, alia intrinſeca, alia extrinſeca. 177. Species naturalis infuſſa intellectui humano Chriſti, erat intrinſecè clarior, quàm ſpecies naturalis Angelis infuſſa, & in hoc ſenſu, poteſt dici perfectior ſecundum quid ſpecie naturali Angelis infuſſa. 177.

Cogitatio.

Vide ſecretum cordis.

Cognitio.

Duæ cognitiones diuerſæ in ſpecie, ordinatè ſe habentes poſſunt elici media vnica ſpecie intelligibili. 48. Duplex cognitio fuit in Angelis, vna *Matutina*, alia *Veſpertina*. 48. Explicatur qualis cognitio fuit in illis cognitio *Matutina*. 48. In Angelis non datur cognitio ſcientifica, quæ non ſit cognitio principiorum. 254. Non repugnat, quod eadem indiuiſibilis cognitio ſit reſpectu diuerſorum obſcura ſimul, & clara. 269. Vera ſimul, & falſa, libera ſimul, & neceſſaria. 270. Eſt in intelligibile, quod cognitio adæquatè libera obſcura, & falſa concluſionis ſupernaturalis, cauſetur ex cognitione adæquatè clara, vera, & neceſſaria principij naturalis. 270. Non repugnat, quod eadem indiuiſibilis cognitio ſit inadæquatè fallibilis, & inadæquatè infallibilis. Sin verò, quod eadem cognitio ſit intrinſecè, & ſubiectivè naturalis, & ſupernaturalis ſimul; quamvis poſſit eſſe naturalis, & ſupernaturalis ſimul extrinſecè, & obiectivè. 271. Non ſemper cognitio

tio

tio principiorum, quia prior cognitione concluſionum ſuadet diſcurſum. 284. Subſtantia, & efficacia cognitionis provenit à lumine intellectuali, potius quàm ab ſpecie intelligibili. 304. In Angelo datur duplex cognitio, vna abſoluta, alia comparativa. 309.

Compoſitio.

Compoſitio phyſica ex materia, & forma deficit Angelis. 185. Compoſitio reſpectiuè ad cognitionem eſt duplex, vna obiectiva, altera formalis. 295. Compoſitio formalis conſiſtit in duplici cognitione vna ſubiecti de quo affirmetur prædicatum, & alia prædicati, qua prædicatum affirmetur de ſubiecto prius apprehenſo. 295. Eo præciſsè nos componimus, quia in ſubiecto non videmus prædicatum. 296. Et ideò illud intelligens, quod ſemper cognoſcit prædicatum in ſubiecto, nunquàm componit prædicatum cum ſubiecto. 198. Quapropter Angelus non componit erga naturalia. 298. In compoſitione ſubiectiva vnum extremum ſe habet, vt materia, & aliud, vt forma. 307. Vnde in tali compoſitione vnum extremum eſt prius alio, ſaltem prioritate naturæ, quidquid ſit de compoſitione obiectiva, in qua extrema poſſunt eſſe omnino ſimul. 307. Angelus eſſentialiter eſt impotens componere. 310. In cognitione Angelica ſalvatur veritas, & falſitas, etiam ſi Angelus nequeat componere, aut dividere formaliter. 311.

Comprehenſio.

Explicatur quid ſignificetur per hanc vocem comprehenſio, dùm dubitatur, an vnus Angelus comprehendit alium. 312. Variæ comprehenſionis acceptiones. 313. Quilibet Angelus ſe ipſum comprehendit comprehenſione naturali, & Angelus ſuperior inferiorem. 314. Non verò Angelus inferior ſuperiorem. 316. Qui nec poteſt comprehendere ſpecies intelligibiles infuſſas Angelo ſuperiori. 317. Stricta comprehenſio intellectualis eſt illa, quæ eſt circunſcriptio obiecti. 319. Ad comprehenſionem intellectualem requiritur commenſuratio entitativa intelligibilitatis obiecti comprehenſi, cum intellectualitate ſubiecti comprehendentis. 321. Explicatur quid ſit cognitionem comprehenſivam creatam eſſe tantam

subie-

Digitized by Google

ſubiectiuè in eſſe cognitionis, quantùm eſt obiectum cognitum in eſſe cognoſcibilis. 323. Non deſideratur ad comprehenſionem alicuius obiecti id, quod non exigitur ab obiecto comprehendendo. 334. Ad comprehenſionem non ſufficit, quod cognoſcens attingat omnia formalia, & virtualia, quæ ſunt in obiecto comprehendendo, ſi non pertingit ad hoc, vt illa omnia attingat vnica cognitione. 337. Angelus inferior, non remanens inferioris ordinis *quoad intellectum*, poterit ſuperiorem comprehendere, & ſi maneat inferioris ordinis *quoad eſſe*. 355. Stat benè, quod Angelus comprehendat intellectum, & voluntatem hominis, & Angelus ſuperior intellectum, & voluntatem Angeli inferioris; quin ex hoc cognoſcat actus internos liberos talium potentiarum. 433. Non ſufficit identitas formalitatum in voluntate creata, vt Angelus comprehendens illam ſecundùm vnam formalitatem, comprehendat ſecundùm aliam. 434. Vt comprehendatur voluntas, vt potentia libera, debet comprehendi, vt ſe exercens in actu ſecundo per hunc, vel illum actum liberum determinatè. 435. Et ſi intelligens creatum comprehendens Deum, arguitivè cognoſceret ſecreta Dei; comprehendens Angelum, vel hominem, nec arguitivè cognoſceret talis hominis, vel Angeli ſecreta. 437. Subiectum creatum comprehendens voluntatem alicuius Angeli, non cognoſcit qualitates naturales applicantes, & per ſe ordinatas ad actum liberum internum talis Angeli. 438.

Cor.

Sicut cor, quod eſt principium vitæ animalis, ſe habet liberum arbitrium in vita morali. 399.

Corpus.

Quod corpus Chriſti Domini ſit indiviſibiliter præſens ſub his ſpeciebus, eſt effectus realis de nouo in ipſo corpore. 520. Aliter eſt indiuiſibiliter præſens ſub his ſpeciebus Sacramentalibus corpus Chriſti; ac anima noſtra eſt poſitiuè indiuiſibiliter præſens proprio corpori. 521. Benè ſtat, quod modus præſentiæ indiuiſibilis Sacramentalis corporis Chriſti in Euchariſtia, ſit modus corporeus ſubiectivè, & ex parte eius, in quo eſt, & quod ſit modus ſupernaturalis. 522 Licèt

cor-

corpus Chriſti ſub ſpeciebus panis ſit entitativè naturale, caret modo eſſendi naturali. 538. Vide ly Modus.

D

Deus.

ALia ſunt prædicta propria Dei; alia Deo, & Angelo analogicè communia: & quæ ſint tam illa, quàm iſta, explicatur. 44. Deus, vt Author naturæ non cognoſcitur (ab Angelo) *ſubſtantia Angeli*, ſed *in ſubſtantia Angeli* prius cognita. 51. Eſt proprium Dei imprimere in voluntatem Angeli. 106. Illapſus intra Intellectum alterius ſoli Deo reſervatur. 131. In Deo non datur diſcurſus formalis, & hoc eſt certum ſecundùm fidem. 223. Et in eo eſt conſilium, & ſi ipſi repugnent inquiſitio, & diſcurſus. 253. Actu ſimpliciſsimo Dei non componentis, vel dividentis, dùm cognoſcit, cognoſcuntur compoſita, & diuiſa, in quibus conſiſtit compoſitio, & diviſio obiectiua. 295. Quia Deus eſt infinitus, & infinitè cognoſcibilis, nequit comprehendi per cognitionem non infinitam. 322. Tantùm Deus habet cognoſcere omnia formalia, & virtualia obiecti creati tanta cognitione, quanta ipſa poſſunt cognoſci. 335. Non poſſunt participari à creatura, quæcumque competunt Deo, vt Authori naturæ. 380. Deus, vt Author naturæ (vt hoc nomen *Author naturæ* dicit *Dominum naturæ*, & contraponitur *Authori gratiæ*) poteſt patrare miracula. 494. & ſi cognoſcantur quidditativè creaturæ, & Deus ſit cauſa naturalis ipſarum, non cognoſcitur Deus per illas intuitiuè, & quidditative. 497.

Dignitas.

Servata proportione diſcurrendum eſt de exigentia morali dignitatis Matris Dei, ac de exigentia morali dignitatis vnionis hypoſtaticæ. 183. Dignitatem quandam infinitam habent humanitas Chriſti ex hoc, quod eſt vnita Deo, & Beata Virgo ex hoc, quod eſt Mater Dei. 183.

Diſcurſus. Diſcurrere.

Angelus nequit erga naturalia diſcurrere. 222. Motus

diſcurſivus eſt imperfectiſsimus inter motus intellectuales. 236. Quando dicitur, quod animæ ſeparatæ eſt connaturale diſcurrere; hoc dicitur de illa reduplicato ſtatu ſeparationis. 238. Sanctus Thomas ponit diſtinctivum hominis ab Angelo in eo, quod potentia intellectiua hominis eſt diſcurſiua; potentia vero intellectiua Angeli eſt indiſcurſiva. 241. Declaratur, in quo ſenſu dicatur in nobis diſcurſus neceſſarius. 257 Angelus non poteſt erga ſupernaturalia diſcurrere. 259. Lumen ſupernatutale de ſe non eſt diſcurſivum. 260. Explicatur, cur Dœmon non diſcurrebat, dum cognoſcens miracula Chriſti, conjecturaliter cognoſcebat Chriſtum eſſe filium Dei. 268. Diſcurſus vitatur per habere virtutem completam ad cognoſcendum, ſiue *certo*, & *evidenter*; ſiue purè *coniecturaliter*, & *probabiliter*. 277. Quando intellectus procedit præciſsè, vt *intellectus*, non diſcurrit. 280. Quod ſit idem habitus ſcientificus, & principiorum ſufficit ad excludendum ab Angelis diſcurſum; ſed non requiritur ad hunc finem. 281. Angelus eſt eſſentialiter indiſcurſivus. 290. Diſcurſus eſt curſus ex vno ad aliud. 290. Rectè cohærent: Angelum eſſe eſſentialiter indiſcurſivum; & eſſe tantùm connaturaliter inflexibilem. 291. Licèt in Angelis non detur diſcurſus formalis, datur in illis, tùm diſcurſus obiectivus, tùm diſcurſus ſecundùm ſucceſsionem; tùm diſcurſus virtualis. 294. Quis diſcurſus tribuatur Deo? 294. & 295.

Diſtinctio.

Diſtinctio boni à malo Angelo in non ſe præcipitando in iudicando de re ſibi naturaliter non manifeſta. 590.

Divinare.

Divinare per ſortes de futuris liberis, in vno ſenſu poteſt eſſe licitum, in alio eſt illicitum. 380. Angeli Beati non poſſunt niſi licitè divinare. 381. Declaratur, quæ debent concurrere, vt illi poſsint diuinare. 381.

Dominium.

Habere poteſtatem cognoſcendi pro ſuo libito actus liberos occultos à ſe non elicitos, eſt quoddam genus dominij

ſupra

ſupra tales actus. 408. Quæ poteſtas minuit dominium, & liberratem elicientis prædictos actus. 409. Deus communicavit ſuppoſito libero creato dominium perfectum ſupra ſuum actum liberum occultum. 410. Locutio de actu interno libero eſt in Angelis exercitium dominij competentis ipſis reſpectu talis actus. 414. Exercitium dominij pleni competentis Angelis ſupra prædictum actum eſt exercitium dominij trauſcendentis terminos dominij elicitiui, & conſervatiui talis actus. 414. Nequit actus internus liber non eſſe in prima ſui elicientia ſub ſui elicientis dominio quoad hoc, quod eſt *manifeſtari*, vel *non* intelligenti creato illum non elicienti. 415. Dominium elicientis actum internum liberum, habet triplex exercitium. 423. Primum, quoad *elicere*, vel *non elicere* talem actum: ſecundum, quoad *continuare*, vel *non continuare* illum: tertium, quoad *occultare*, vel *non occultare* prædictum actum. 424.

Donum.

Dona ſupernaturalia fidei, intellectus, ſcientiæ, & ſapientiæ recipiuntur in noſtro intellectu, non vt eſt *ratio*, ſed vt eſt *intellectus*. 280. Gratia collata Angelo in ſecundo inſtanti ſui eſſe eſt ſpecialiſſimum donum perſeverantiæ. 292. Licèt gratia habitualis ſit donum accidentale, poteſt componi, quod gratia habitualis non excedatur in perfectione phyſica ab vnione hypoſtatica ſumpta pro modo viali. 348.

Dos.

Dos glorioſa, vel poteſt dici, quod non eſt intrinſecè ſupernaturalis, vel quod eſt intrinſecè ſupernaturalis; licèt hoc non ſit certum. 527. Si dicatur, quod eſt intrinſecè ſupernaturalis non cognoſcitur in ſe ipſa ab Angelo naturaliter certò, & ſi ipſe ſic cognoſcat effectum naturalem ex ipſa dote glorioſa relictum. 527. *Lucere, & illuminare* ſunt effectus naturales dotis glorioſæ claritatis: *Tranſire vnum corpus per aliud*, etiam eſt effectus naturalis dotis glorioſæ ſubtilitatis, 528.

Digitized by Google

E

Effectus.

CVm omnes effectus naturales ſint effectus Dei Authoris naturæ, ſint Deo ſimiles, & ad imaginem Dei facti, per omnium effectuum naturalium ſpecies cognoſcit Angelus Deum Authorem naturæ. 52. Effectus contingens proveniens à cauſa neceſſaria impedibili præcisè à cauſa neceſſaria, eſt impedibilis à cauſa libera divina. 357. Non omnis effectus adæquat virtutem, & perfectionem ſuæ cauſæ naturalis. 497. Effectus naturalis cauſatus ab ente ſupernaturali, non reſpicit tale ens formaliter, vt ens ſupernaturale. 499. Quod explicari ſolet per effectus naturales cauſatos à Deo. 499. Ex cognitione effectuum naturalium provenientium ex cauſis ſupernaturalibus, ſequitur præcisè, quod cognoſcantur eorum cauſæ abſtractiuè, & quoad an eſt, non verò intuitiuè, & quidditatiuè. 501. Effectus virtutis ſupernaturalis ex ea præciſè pendens tàm quoad exercitium, quam quoad ſpecificationem, eſt effectus intrinſecè ſupernaturalis; non verò ſi ex ea præciſè pendeat quoad exercitium, ſed non quoad ſpecificationem. 525.

Efficiens.

Sola cauſa efficiens adæquata effectus, poteſt eſſe inter cauſas efficientes, ſpecies intelligibilis effectuum. 64. Nullus effectus ſupperat in perfectione ſuam cauſam efficientem principalem, quæ titulo talis petit, vel excedere, vel ad minùs adæquare ſuos effectus adæquatione entitativa. 342.

Ens.

Aliter ſunt cognoſcibilia entia naturalia, ac entia ſupernaturalia; quia ad variationem, & diſtinctionem entis ſequuntur varietas, & diſtinctio cognoſcibilitatis entis. 471. Ens creatum ſupernaturale, non poteſt dici naturale, prout naturale ſuper. naturali opponitur. 472. Licèt poſsit vocari naturale ens ſupernaturale, prout naturale idem dicit, quod bonum, & vtile

ſu-

ſubiecto. 473. Ens intrinſecè, & in ſe ſupernaturale eſt obiectum, ad quod potentia naturalis intellectiua Angeli comparatur obedientialiter. 479. Licèt entia creata intrinſecè ſupernaturalia, & miracula conveniant in aliquo, per hoc, quod eſt *pendere ex ſola voluntate Dei*; at in hoc ipſo, etiam inter ſe differunt. 492. Cuius redditur ratio. 492. & 493. Entia ſupernaturalia poſſunt cognoſci à poſteriori ex effectibus naturalibus. 496. Cum eo, quod ens ſupernaturale dicatur illud, quod eſt ſupra totum ordinem, & exigentiam naturæ, componitur, quod ſit cauſa alicuius effectus naturalis. 499.

Error.

Etiam Dœmones fugiunt errorem ſpeculativum. 268. Virtus intellectualis completa Angeli excludit ab eo, & poſſe diſcurrere, & poſſe errare, ſi ſit virtus intellectualis completa ad cognoſcendum certò, & evidenter, vt eſt eius virtus intellectualis completa ad cognoſcenda naturalia. 277. Si verò ſit virtus intellectualis completa præciſsè ad cognoſcendum coniecturaliter, & probabiliter, licèt excludat ab Angelo poſſe diſcurrere, non verò excludit ab illo poſſe errare. 279. Et ideò poteſt Angelus errare erga ſupernaturalia, licèt erga ſupernaturalia non poſsit diſcurrere. 279.

Eſſentia.

Eſſentia ſubſtantiæ intellectiuæ explicatur in modo proprio, & naturali intelligendi ſua obiecta. 226.

Eſſentia Angeli.

Eſſentia Angeli comparatur ad eius intellectum tanquàm actus ad potentiam in intelligendo. 8. Verùm eſt actus per mixtus potentiæ. 22. Eſſentia Angeli mouentis Cœlum non eſt tali Angelo ſpecies intelligibilis omnium, quæ generantur, & corrumpuntur medio motu Cœli à ſe cauſato. 65. Eſſentia vnius Angeli, tantùm eſt ſimilis eſſentiæ alterius Angeli ſecundùm gradum genericum. 66. Quæ ſimilitudo non ſufficit, vt ſit Angelo, cuius eſt eſſentia, ſpecies intelligibilis aliorum Angelorum. 67. Nec eſt proprio Angelo medium deſer-

deſerviens ad cognitionem aliorum Angelorum, niſi vagè, & indeterminatè. 68. Angelus per ſuam eſſentiam, vt ſpeciem cognoſcens comprehenſiuè ſe ipſum, propriumquè intellectum, & voluntatem, non cognoſcit omnem ſuam cognitionem, & volitionem poſsibilem niſi in communi, & inconfuſò. 73. Declaratur alietas eſſentiæ Angeli, vt radicaliter intellectivæ omnis entis naturalis ab omnipotentia, vt factiva omnium poſsibilium. 74. Eſtò Angelus cognoſcat per ſuam eſſentiam, vt ſpeciem, ſe ipſum, & omnes ſpecies rerum naturalium, non infertur ex hoc, quod cognoſcat omnia entia naturalia. 75. Et dicitur, quid ex illo inferatur. 76. Eſſentia Angeli cognoſcentis, nec de potentia Dei abſoluta, poteſt eſſe ei ſpecies creaturarum aliarum à ſe. 76.

Eſſentia Divina.

Explicatur ſenſus ſecundùm quem eſſentia divina vocatur, & eſt forma intelligibilis reſpectu intellectus Beati. 19. Eſſentia divina, ita eſt actus in linea intelligibili, vt tantùm ſit actus. 22. Per quod declaratur eius diſtinctio in genere intelligibilium, & ab eſſentia Angeli, & ab eſſentia animæ noſtræ. 23. Sola eſſentia divina eſt ſpecies intelligibilis omnium creatorũ, & creabilium. 65. Eſſentia divina, in quantùm repræſentat intellectui divino omnia obiecta Deo inferiora, eſt ſpecies intelligibilis vniuerſalior, quacumque alia ſpecie intelligibili vniuerſali. 189. Licèt eſſentia divina ſit ſpecies intelligibilis comprehenſiva omnium formalium, & virtualium Dei, & Beati cognoſcant Deum ipſa eſſentia diuina, vt ſpecie intelligibili, non cognoſcunt Deum comprehenſiuè. 333.

Eubulia.

Eubulia ſalvatur abſque inquiſitione, & diſcurſu. 253.

Evidentia. Evidenter.

Secundùm aliquorum ſententiam miracula cauſant evidentiam in atteſtante. 500. Angelus non cognouit evidenter, an humanitas Chriſti Domini ſubſiſtebat ſubſiſtentia poſitiua, aut ſubſiſtentia negatiua. 510.

Digitized by Google

Exemplum.

Adductum exemplum, de quodam morti proximo prænuntiante futura non negatur, & declaratur, quod futurum erat, quod prænuntiavit. 378.

Exorciſtæ.

Exorciſtæ manifeſtant Dœmonibus aſsiſtentibus energumenis imperia mentalia eis impoſita, qua manifeſtatione ſuppoſita poſſunt Dœmones cognoſcere naturaliter certò prædicta imperia. 451.

F

Falli. Fallibile.

Dœmon poteſt falli in aſſenſibus purè probabilibus rerũ ſupernaturalium; & defacto in aliquibus fallitur. 274. Angelum cognoſcere naturaliter aſſenſum elicitum ab hæretico ſub motiuo fallibili, non ſufficit, vt ipſe cognoſcat infallibiliter obiectum talis aſſenſus. 506.

Falſitas.

A pluribus iudicatur falſitatem, & veritatem eſſe determinationem extrinſecam omni propoſitioni, tàm mentali, quàm vocali, & ſcriptæ. 504. Et conſequenter, quod licèt Angelus cognoſcat naturaliter proprietates propoſitionis, ſeu aſſenſus à ſe comprehenſi, non infertur ex hoc, quod cognoſcat naturaliter, quod talis aſſenſus ſit determinatè verus, vel falſus. 505.

Fides.

Fide non diſcurrit noſter intellectus. 280. Donum fidei recipitur in noſtro intellectu, vt ille eſt intellectus, ſeu vt indiſcurſivus eſt. 280. Principia ſupernaturalia, vt inferentia concluſiones Theologicas non ſpectant ad fidem. 288. Vt Angelus per aſſenſum Theologicum cognoſcat concluſiones Theologicas, debet præſupponi ad aſſenſum Theologicum aſſenſus fidei

dei attingens tantùm principia ſupernaturalia, vt revelata, non vt inferentia concluſiones Theologicas. 289. Probabilius eſt, quod omnes Angeli ab inſtanti ſuæ creationis habuerunt fidem Chriſti venturi, vt capitis hominum, & Angelorum, quamvis non cognouerint Chriſtum, vt Redemptorem hominum per mortem, & crucem. 469. Per actum Martyrij cognoſcitur fides Martyris. 497.

Forma.

Species intelligibilis eſt forma determinans potentiam alias indifferentem. 3. Non eſt de conceptu formæ intelligibilis inhærere. 11. DD. Thomiſtæ communiter aſſerunt eſſe de conceptu formæ intelligibilis informare. 13. Quæ informatio aliter explicatur ab aliquibus, aliter ab alijs. 13. & 14. Prima explicatio impugnatur. 14. Et etiam ſecunda. 16. Forma intelligibilis, non poteſt informare *verè* intellectum, ſed tantum *metaphoricè*. 19. Explicatur ſenſus ſecundùm quem eſſentia divina vocatur forma intelligibilis reſpectu intellectus beati. 19. Species intelligibilis accidentalis ſubditur intellectui creato, non *quia forma intelligibilis*, ſed *quia inhærens*. 25. Subſtantia Angeli non vnitur proprio intellectui, vt *vera forma*. 40. Vnio hypoſtatica, prout dicit ſubſiſtentiam Verbi, & Divinitatem, vt forma, conſtituit ordinem hypoſtaticum. 348. Et vt talis ordo ſit ſupra ordinem ſupernaturalem non hypoſtaticum, ſufficit, quod illud, quod tanquam forma illum conſtituit excedat omnia ſpectantia ad ordinem purè ſupernaturalem. 348. Dùm dicitur, quod accidens ſupperatur in perfectione à ſubſtantia, eſt ſermo de ſubſtantia, quæ ſit forma, aut ſe habeat tanquàm forma; non verò de modo viali ſubſtantiæ, qui poteſt non excedere accidens ſupernaturale; præcipuè ſi tale accidens ſe habet tanquàm forma ordinis ſupernaturalis. 349.

Futurum.

Variæ acceptiones futurorum. 357. Futurum *ſimpliciter contingens* eſt, quod provenit à cauſa libera. 357. Nullum eſt futurum, quod ſit phyſicè præſens reſpectu intellectus Angelici. 361. Futurum eſſentialiter dependens à cauſa libera, non

Digitized by Google

poteſt cognoſci naturaliter certò ab Angelo. 361. Cauſa creata libera futuri eſt cauſa indifferens,vt indifferens.361. Futura contingentia libera non habent ex ſe ipſis eſſe determinatè futura. 365. Nihil reale nunc,& de præſenti exiſtens, poteſt eſſe nunc intrinſecum amori libero futuro. 368. Verum, & ſi tale reale intrinſecum nunc daretur,non poſſet Angelus nunc cognoſcere naturaliter certò prædictum amorem. 368. Futura ſimpliciter contingentia non ſunt per ſigna exteriora naturaliter cognoſcibilia. 370. Proximi morti prænuntiant futura,in quantùm præcognoſcunt illa coniecturaliter, 377. Et ſi ex Cœleſti influentia cognoſcantur coniecturaliter aliqua futura,at nequeunt ex illa ſic cognoſci futura,quæ vnicè dependent à cauſis liberis. 378. Inclinatio afficiens homines ad hoc,vt operentur hæc,vel illa futura libera non determinat, aut neceſſitat illos. 379. Divinare per ſortes de futuris liberis in vno ſenſu poteſt eſſe licitum, in alio eſt illicitum. 380. Angelus habet ab initio ſuæ conditionis ſpeciem repræſentativam futuri, non repræſentativam in actu ſecundo;ſed præciſsè in actu primo. 387. Quæ tamèn ſpecies nunquàm repræſentabit illud,vt futurum. 389. Declaratur diſparitas inter præterita,& futura;ratione cuius poſſint aliqua præterita actu repræſentari per ſpeciem Angelis infuſſam, quin vlla futura repræſentari poſſint. 390. Eſſe futurum liberum in cognoſcibile ab Angelo naturaliter certò ,non eſt perfectio in ipſo futuro libero. 396. Aliqua futura conditionata ſunt in cognoſcibilia ab Angelo naturaliter certò. 397.& 398.

G

Gradus.

Gradus communis animalis non eſt obiectum formale, quod ſpeciei intelligibilis vniverſalis repræſentativæ animalis. 170.

Gratia.

Gratia elevans intellectum Angelicum ad intelligendum in ordine ſupernaturali,non facit illum deterioris conditionis, ac erat pro priori ad elevationem. 259. Et de ſe eſt immaterialior

rialior naturali immaterialitate Angeli. 260. Gratia collata Sanctis Angelis in ſecundo inſtanti ſui eſſe eſt ſpecialiſsimum donum perſeverantiæ. 292. Gratia non deſtruit, ſed potius perficit,& elevat naturalem modum cognoſcendi.300. Gratia habitualis, quæ eſt principium radicale cognitionis habitæ per ſcientiam per ſe infuſſam,non exceditur ab vnione hypoſtatica comprehenſa per talem cognitionem. 347. Et modus, quo gratia habitualis vnitur ſubiecto,non ſupperat in perfectione phyſica ſubſtantias ordinis naturalis, licèt gratia habitualis illas excedat. 348. Gratia iuſtificans eſt ex rebus ſupernaturalibus quoad ſubſtantiam.466. Aliter eſt ſupernaturalis gratia habitualis,quàm viſus reſtitutus cæco. 476. Gratia habitualis verè continetur in genere ſpeciali entis, ſcilicèt accidentis ſupernaturalis;quia licèt ſit participatio formalis Dei, non eſt participatio formalis infinitatis Dei. 486. Cum quo componitur,quod formaliter intrinſecè ex parte ſoi, & non tantùm obiectivè ſit participatio formalis Dei, & ſit ordinis diuini. 486. Ideò gratia annumeratur inter effectus intrinſecè ſupernaturales,quia eſt participatio naturæ divinæ.525.

Gravis.

Gravis offenſa peccati irrogata Deo,& ſi non eſſet grauitatis ſimpliciter infinitæ, remaneret in ſuperiori ordine ad ſatisfactionem præſtandam à pura creatura.355.

H

Habitus.

HAbitus ſcientialis excogitatus ab Henrico non ſupplet defectum ſpecierum intelligibilium. 78. Habitus ſcientiæ Angelis infuſſus, non ſpecificatur à concluſionibus. 254. Quod ſit idem habitus ſcientificus,& principiorum ſufficit ad excludendum diſcurſum ab Angelis; ſed ad hunc finem non requiritur. 282. In Angelis non fuit habitus Theologiæ non attingens vt *quod* principia ſupernaturalia. 288. Conformatur cum lumine naturali Angelico prædictus habitus. 288. Habitus Philoſophicæ,& habitus

tus Medicinæ poſſunt partialiter concurrere ad eundem formaliter indiviſibilem aſſenſum.304. Probabile eſt inter Thomiſtas fuiſſe infuſſos Angelis habitus naturales; ſed probabilius eſt oppoſitum.451. Verùm non eſt in eis vllus habitus acquiſitus.452. Habitus naturalis non generatur per actus virtutum ſupernaturalium.496.

Hæreticus.

In hæretico non datur vllus aſſenſus fidei ſupernaturalis. 503. Vnde licèt eliciat aliquem aſſenſum, quo credat eſſe myſterium Trinitatis, vel Incarnationis, aut quodvis aliud ſupernaturale myſterium; & prædictus aſſenſus (vtpotè naturalis) comprehendatur naturaliter ab Angelo; at non cognoſcet Angelus naturaliter certò, an talis aſſenſus ſit determinatè verus, vel determinatè falſus. 503.

Homo.

Explicatur qualiter totus homo producitur à Deo; à ſole; & ab homine.30. Homo in ſtatu innocentiæ imperfectiùs cognoſcit Deum Authorem naturæ, quàm Angelus, cuius redditur ratio. 44. Et non cognouit illum cognitione naturali clara, & intuitiua. 44. Licèt poſſit dici, quod Deum Authorem naturæ cognouit cognitione *diſtincta, & non confuſſa*; vt accepta pro cognitione terminata ad prædicata propria obiecti cogniti.44. Eſt ſenſus ſecundùm quem potuerunt homines docere Angelos.114. Potentia intellectiva hominis eſt diſcurſiva, & cur. 241. Homo ſecundùm ſe conſideratus non poteſt ſe reducere de potentia ad actum; ſed tantùm poteſt reduci ab extrinſeco. 262. Et ſi phantaſia hominis eliciat diſcurſum, non poteſt talis diſcurſus eſſe æqualis in perfectione diſcurſui, adhuc minimo, elicito ab intellectu hominis. 345. Diverſis hominum operibus diverſæ aëris diſpoſitiones congruunt; & hoc explicatur.374. Dùm homo non diſtrahitur ad res ſenſibiles eſt in ſtatu magis apto ad recipiendas influentias Cœleſtes. 377. Inclinatio afficiens homines ad hoc, vt operentur hęc, vel illa futura libera, non determinat, aut neceſſitat illos.379. Exiſtentia, & ſubſiſtentia hominis non ſe habent ad hominem, vt formæ conſtitutiuæ hominis, ſed vt modi, & conditiones completiuæ ipſiuſmet hominis.490.

I

Idea Diuina.

IDea divina, eſto vnica, & ſimplicisſima ſit, plura ſpecificè diſtincta repræſentat. 158. Ex quo percipitur qualiter ſpecies intelligibilis infuſſa Angelis, exemplata ab idea divina, poſsit repræſentare plures quidditates, & ſpecificas naturas, conſervata ſua vnitate reali ſpecifica. 158. Habitudo, quam ex deſcenſu ab idea diuina habent in vniverſo plura repræſentata ab ſpecie Angelica, ſpecificat talem ſpeciem, vt ratio formalis *ſub qua*. 170. Species indita Angelo participat ab idea divina modum repræſentandi ſibi poſsibilem. 386.

Illapſus.

Vnus Angelus non poteſt propriè illabi intellectui alterius, ſiue Angeli, ſiue hominis. 130. Illapſus alius eſt latè acceptus, alius propriè dictus. 132. Secundus repugnat Angelis, nō verò primus. 132. Et illapſus propriè dictus requiritur, vt Angelus alteri intelligenti creato immittat ſpeciem ſui repræſentativam, 132.

Illuminare.

Angelum ſuperiorem perficere intellectum Angeli inferioris eſt illum illuminare. 98. Angelus illuminans non agit in intellectu illuminandi, ſed in obiecto intelligendo. 99. Et dato, quod tunc ageret eſſet cum dependentia ab intellectu illuminandi. 101. Doctrina digna obſervatione pro illo caſu proponitur. 100. & 101. Nullus purus homo poteſt illuminare, ſeu per modum illuminationis docere Angelos. 114. Anlus inferior non poteſt à ſuperiori illuminari de rebus naturalibus pertinentibus ad ordinem vniverſi. 339. Non eſt idem, quod vnus Angelus manifeſtet alteri Angelo aliquid occultum, & quod eum illuminet. 445. Quia licèt *omne illuminare* ſit *manifeſtare occultum*, *non omne manifeſtare occultum eſt illuminare*. 445. Illuminare, non ſalvatur per hoc, quod eſt manifeſtare rem præcisè, vt *volitam*, vel vt *cognitam* ab illu-

minante creato;ſed per hoc, quod eſt manifeſtare rem, *Veritas eſt*. 446. Et ideò Angelus inferior loquitur de ſuis ſecretis Angelo ſuperiori, quin illum illuminet. 446. Cuilibet ſiue Angelo, ſiue homini ſui compoti, convenit poſſe manifeſtare alteri intelligenti creato ſuum actum internum liberum, non tamèn poſſe illum illuminare, niſi illuminandum ſit inferius. 447.

Inſtrumenta, & inſtrumentales cauſæ.

Angeli ſunt cauſæ merè inſtrumentales, medijs quibus Deus infundit ſpecies animæ ſeparatæ. 104. Phantaſma eſt cauſa inſtrumentalis à qua recipit ſpecies intelligibiles anima humana corpori vnita. 104. Explicatur qualiter ſolent procedere inſtrumenta divina. 105. In illis tantùm exigitur diſpoſitio obedientialis reſpectu divinæ potentiæ, non verò diſpoſitio, quæ paſſum proportionet ad operationem Dei, vt agentis principalis; quod varijs exemplis declaratur. 105.

Intellectio.

Intellectio intellecta communiter accipitur à Thomiſtis pro ſpecie expreſſa. 36.

Intellectus.

Intellectus *agens* non eſt in Angelis. 120. Propria operatio talis intellectus eſt abſtrahere ſpecies à phantaſmatibus. 120. & 121. Nec datur in Angelis intellectus *poſſibilis*. 121. Si æquivocè, & impropriè loquatur, concedendus eſt Angelo vterque intellectus *agens*, & *poſſibilis*. 122. Quidquid perfectionis convenit intellectui humano non convenit Angelico, ſi ſit ex illis, quæ imperfectionem removent. 123. Intellectus Angelicus diſtinguitur ſpecificè ab intellectu humano. 123. Intellectui creato, cui repugnet munus abſtrahendi ſpecies à phantaſmatibus, repugnabit munus confortādi intellectum poſſibilem. 124. In caſu, in quo eſſet in Angelis intellectus agens, non abſtraheret ſpecies, & cur. 125. In quo caſu, ſi Angelus haberet ſpecies per ſe infuſas, non eſſet fruſtraneus talis intellectus; Sin verò, ſi illas non haberet. 127. & 128. Intellectus Angelicus non eſt vniverſalior, quàm humanus, licèt ſit intellectus perfectior. 130. Intra intellectum creatum, ſolùm

poteſt ingredi, vel eius creator, vel illa ſubſtantia, cuius ſit intellectus. 131. Omnes intellectus creati ſunt æquales in vniverſalitate generica. 178. Non eſt concedendus *abſolute* vnus intellectus creatus vniuerſalior alio; ſin verò, qui ſit vniuerſalior alio vniuerſalitate ſpecifica. 204. Quod eſt conforme cuidam plauſibili Thomiſtarum ſententiæ. 205. Et explicatur, in quo conſiſtit hæc maior vniuerſalitas ſpecifica. 205. Quando intellectus procedit præciſsè, *vt intellectus*, non diſcurrit. 280. Intellectus noſter recipit dona ſupernaturalia *fidei, intellectus, ſcientiæ, & ſapientiæ, non vt eſt ratio*, ſed tantùm *vt eſt intellectus*. 280.

Intellectus humanus Chriſti Domini.

Intellectui humano Chriſti erat connaturalis ſpecies naturalis acquiſita; non verò ſpecies naturalis infuſſa. 125. Et ipſius ſcientia per ſe infuſſa omnem ſcientiam Angelicam ſuperabat. 151. Species naturalis ei infuſſa erat extrinſecè clarior ſpecie naturali Angelis infuſſa, & ex hoc poteſt dici ſecundùm quid perfectior illa. 177. Intellectui humano Chriſti Domini fuerunt infuſſæ ſpecies ſupernaturales vniverſaliores Angelicis, & hoc fundatur in Divo Thoma à 179. Et erat intellectus Rationalis rigoroſè accepti. 218. Poteratque cognoſcere omnia obiecta *intelligendo*, & aliqua *non intelligendo*. 219. Et potuit per ſcientiam per ſe infuſſam cognoſcere concluſiones pro ſuo libito, vel in ſe ipſis, vel in principio, cuius redditur ratio. 247. Cognouitquè futura libera certò, non cognitione naturali, ſed ſupernaturali. 395. Qua cognitione cognouit omnia, quæ per reuelationem hominibus innoteſcunt. 395. Et in qua ſupperauit Angelos. 395.

Intellectus Beatiſsimæ Virginis.

Intellectui Beatiſsimæ Virginis Mariæ fuerunt infuſſæ ſpecies ſupernaturales vniuerſaliores Angelicis. 182. Quia ei fuerunt infuſſæ ſpecies ſupernaturales ſpecificè perfectiores ſpeciebus ſupernaturalibus infuſsis Angelo. 182. Quod de nullo alio intellectu puri hominis, & ſi præ Angelis gratia ornatiſsimi, eſt de facto affirmandum; & cur. 183.

Digitized by Google

Intelligentia.

Angelus ideò vocatur intelligentia,quia *intùs* in principijs cõcluſiones *legit*.219. Intelligentia nõ poteſt cognoſcere concluſionem naturalem,niſi prout diſtinguitur à Rationali rigorosè accepto. 224. Et accipitur pro ſubſtantia merè intellectiua. 225. Modusquè naturalis intelligendi ei conveniens non ſubiacet ſuæ libertati. 226. In nullo ſtatu, vel ſuppoſitione poteſt competere Rationali rigorosè accepto illud, quod ſit proprium intelligentiæ. 227. Vnde poſſe cognoſcere *intelligendo* omnia ſua obiecta, aliter debet convenire Intelligentiæ, aliter Rationali rigorosè accepto. 227. Ex vſu libero, quo vtitur intelligentia ſpecie intelligibili principij, & concluſionum non convincitur, quod poſsit cognoſcere aliqua obiecta non intelligendo. 230. Pugnat eſſentialiter cum eſſe intelligentiæ vſus liber ſpeciei intelligibilis repræſentatiuæ principij, & concluſionum, vt tantùm repræſentatiuæ concluſionum. 231. Intelligentia ſemper habet medium obiectivum nobilius, quàm Rationale rigorosè acceptum. 285.

Intelligibilitas.

Intelligibilitas dupliciter ſolet accipi, & alia dici activa, alia paſsiua: prima eſt idem, ac intellectualitas; ſecunda pertinet ad eſſe obiectivum intentionale. 3. Intelligibilitas ſequitur ad immaterialitatem 317. Intelligibilitas paſsiua Angeli ſuperioris eſt maior, quàm intellectualitas Angeli inferioris. 317. Vide alia plura in dubio de comprehenſione.

L

Libertas liberum.

VT ſalvetur libertas intelligentiæ in vſu ſpeciei intelligibilis, vt adæquatè, vel inadæquatè repræſentatiuæ, ſufficit, quod vtatur ſpecie principij, & concluſionum, vt tantùm repræſentativa principii. 230.

Digitized by Google

230. Quin poſsit eſſe hæc libertas in vſu talis ſpeciei, vt tantū repræſentatiuæ cōclusionum, quia hic vſus eſſentialiter pugnat cum eſſe intelligentiæ. 231. Poſſe pro libito cognoſcere, vel principium tantùm, vel concluſiones, in principio non probat diſcurſum, ſed tantùm libertatem intelligentis in vſu ſcientiæ, & ſpecierum. 248. Quod intelligens creatum poſsit cognoſcere pro libito actum internum liberum a ſe non elicitum, minuit dominium, & libertatem elicientis talem actum. 409. Sola libertas à coactione, & a dependentia à cauſis naturalibus naturaliter operantibus cum determinatione ad vnum non probat in ſuppoſito illa gaudente, illud dominium perfectum, quod Deus communicauit ei ſupra ſuum actum liberum occultum. 400. & 410. Actus interni liberi, nedùm ſunt liberi à coactione, & à neceſsitate, verùm, & à cognitione ſuppoſiti creati illos non elicientis. 410. Exercitium dominij pleni competentis Angelis reſpectu ſui actus interni liberi eſt exercitium dominij tranſcendentis terminos dominij elicitiui, & conſeruatiui talis actus. 414. Nequit actus internus liber non eſſe in prima ſui elicientia ſub ſui elicientis dominio, quoad hoc, quod eſt manifeſtari, vel non intelligenti creato illum non elicienti. 415. Eſſe actum creatum internum liberum perfectè liberum, eſt tantum ſubijci Deo, & ſuo elicienti. 415. & 416. Angelus non habet Ius cognoſcendi naturaliter actum creatum internum liberum à ſe non elicitum. 417. Actus creatus internus liber non elicitus ab Angelo, eſt obiectum ei improportionatum, dùm non conſentit illum eliciens, in hoc, vt manifeſtetur tali Angelo. 418. Conſenſus elicientis prædictum actum poteſt illum immutare in eſſe obiecti, & cur. 419. Dominium elicientis aliquem actum internum liberum habet triplex exercitium ſupra talem actum: primum, quoad *elicere*, vel *non elicere*: ſecundum quoad *continuare*, vel *non continuare*: tertium quoad *occultare*, vel *non occultare* illum. 423. & 424. Actus externi liberi ſunt per ſe manifeſti. 425. Declaratur diſparitas reperta inter actus externos liberos ab homine factos, & inter actus internos liberos. 426. Et quid Angelus cognoſcat, dùm cognoſcit voluntatem libe-

Digitized by Google

beram alterius. 430. & 431. Et quid requiratur, vt ab Angelo comprehendatur talis voluntas, vt potentia libera. 435. Si actus internus neceſſarius ab vno Angelo elicitus tranſiret in liberum, occultaretur alteri Angelo. 440. Vt eliciens talem actum, illum occultet alteri intelligenti creato, non requiritur, quod per ſuum actum formalem, & expreſſum velit illum occultare. 444. Conſenſus elicientis talem actum deſideratus, vt ab alio intelligente creato cognoſcatur, non requiritur, quod ſit formalis, ſed ſufficit, quod ſit interpretatiuus. 447. & 448. Actus interni liberi, vel intellectus, vel phantaſiæ, & appetitus ſenſitiui ſunt occulti ſuppoſito creato illos non elicienti. 448. & 449. Et non ſolùm quoadmodum libertatis. 454. Vide dicta in dubio de *Secretis cordium*.

Locutio.

Locutio in Angelis non eſt fruſtra ponenda. 410. Vt eſſet fruſtra ſecundùm ſuum primarium finem ſi actus internus liber vnius Angeli poſſet ab altero Angelo cognoſci naturaliter certò. 411. Locutio intellectualis quid ſit 412. Et qualiter actus internus liber per illam manifeſtatus, ſit occultus inter homines, & velatus inter Angelos. 412. Aliter dicit vnus Angelus media ſua locutione ſuum actum internum liberum alteri Angelo, ac Deo. 413. Et talis locutio eſt exercitium dominij competentis Angelo reſpectu talis actus 414. Locutio Angelica eſt medium externum ad manifeſtandum actum internum liberum, ſed non medium ſenſibile. 426. Angelus inferior loquitur de ſuis ſecretis cordis Angelo ſuperiori quin illum illuminet. 446.

Lumen.

Licèt lumen ſupernaturale vniverſale in Chriſto ſit vnicum, non ſuadetur ex hoc, quod non commenſuretur cum eo in vniverſalitate ſpecies ſupernaturalis non vnica. 148. Nec ſervare proportionem in vniuerſalitate ſpeciem intelligibilem naturalem Angelicam cum lumine naturali Angelico, eſt quod ſit ita vniverſalis ſpecies, ſicut eſt vniverſale lumen. 149. Lumen ſupernaturale non ad ſcientiam naturalem

lem

Digitized by Google

lem per ſe infuſſam, ſed tantùm ad ſupernaturalem requiritur. 153. Lumen ſupernaturale de ſe non eſt diſcurſivum. 260. Licèt lumen ſupernaturale Angelicũ ſufficiat ad cognitionem coniecturalem, non verò ad cognitionem certam. 272. Et ideo ab vtens Dæmon tali lumine poteſt decipi. 273. Conformatur cum lumine naturali Angelico habitus Theogiæ Angelis infuſus. 288. Subſtantia, & efficatia cognitionis provenit à lumine intellectuali potius, quàm ab ſpecie inteligibili. 304. Vnus Angelus non illuminat alium tradendo ei lumen naturæ, vel gratiæ, vel gloriæ. 354.

M

Manus.

MAnus aliquando in Scriptura ſignificat *potentiam, & induſtriam operativam hominum* 374. Vel *conſcientiam hominis*. 375. Falſum eſt dicere, quod homo valeat cognoſcere naturaliter certo futura libera in lineis manui à natura impræſſis. 375. Et quid per tales lineas cognoſci poteſt. 375.

Mater Dei.

Matri Dei fuerunt infuſæ ſpecies ſupernaturales vniverſaliores Angelicis. 182. Beatiſsima Virgo Maria ex hoc, quod eſt Mater Dei habet quamdam dignitatem infinitam. 183. Dei Matris, & ſervorum Dei infinitum eſt diſcrimen. 185.

Medium.

Ex hoc quod eſt non dari medium inter duo contradictoria de futuro libero, non benè arguitur ad hoc quod eſt non dari medium inter cognitiones de illo vtroque contradictorio. 363. datur medium ex parte cognitionis inter cognoſcere naturaliter poſitivè eſſe Corpus Chriſti ſub his ſpeciebus panis, & inter ſic cognoſcere oppoſitum. 534.

Ma-

Digitized by Google

Memoria.

In Angelis non eſt propriè memoria. 391.

Miracula.

Licet entia creata intrinſece ſupernaturalia, & miracula conveniant in aliquo, per hoc quod eſt pendere ex ſola voluntate Dei; at in hoc ipſo etiam interſe differunt. 491. Miracula dependent ex ſola voluntate Dei quoad exercitium non quoad ſpecificationem. 493. Modus extrinſecus ſe tenens in miraculo ex parte patrantis, illud eſt Angelo naturaliter notus quoad an eſt. 494. Deus, vt Author naturæ poteſt patrare miracula. 494. Secundùm ſententiam aſſerentem, quod miracula cauſant evidentiam in atteſtante, Dœmones naturaliter cognoſcentes miracula, cognoſcunt per ipſa miracula principia fidei. 500. Naturaliter ſunt cognoſcibilia ab Angelo miracula, quæ entitatem naturalem in ſe dicunt ex parte effectus miraculoſi, non verò ſi ex parte effectus miraculoſi correſpondeat entitas ſupernaturalis. 508.

Modus.

Modus operandi voluntatis Angelicę conformatur in omnibus modo operandi intellectus Angelici. 255. Modus quo gratia habitualis vnitur ſubiecto non ſuperat inperfectione phyſica ſubſtantias ordinis naturalis, licet gratia habitualis illas excedat. 348. Licet modus vialis in ordine hypoſtatico ſit modus ſubſtantialis & gratia habitualis ſit donum accidentale, poteſt componi, quod gratia habitualis non excedatur ab vnione hypoſtatica ſumpta pro modo viali. 349. Modus extrinſecus ſe tenens in miraculo ex parte patrantis illud eſt Angelo naturaliter notus quoad an eſt. 494. Modus quo corpus Chriſti Domini eſt ſub ſpeciebus Sacramentalibus, eſt modus quo totus Chriſtus eſt in tota Hoſtia, & totus in qualibet parte hoſtiæ. 515. Et eſt quædam participatio Divinæ Immenſitatis. 517. Taliſque modus eſt modus, quo Corpus Chriſti exiſtens ſub tota hoſtia, & ſub qualibet parte hoſtię, ita eſt ſub vna hoſ-

Digitized by Google

hoſtia, vt poſsit eſſe ſimul ſub hoſtijs ſyncathegorematicè infinitis. 517. Et eſt modus poſitivus ipſi corpori Chriſti ſuperadditus. 519. Et modus, quo Corpus Chriſti eſt poſitivè indiviſibiliter præſens ſub his ſpeciebus Sacramentalibus, 520. Prædictusque modus non eſt modus poſitivus ſupernaturalis, quia modus præſentiæ indiviſibilis præciſè; ſed quia modus præſentiæ indiviſibilis Sacramentalis. 521. Et bene ſtat, quod talis modus ſit ſupernaturalis; & quod ſit modus corporeus ſubiectivè, & ex parte eius in quo eſt. 522. Non verò eſt intrinſecè ſupernaturalis, quia eſt effectus virtutis, ſeu cauſæ ſupernaturalis. 525. Si modus, quo Corpus Chriſti eſt ſub ſpeciebus ſacramentalibus habet aliquos effectus naturales cognoſcet Angelus naturaliter tales effectus, quin cognoſcat modum ex quo cauſantur. 534. Modus poſitivus exiſtendi per ſe conveniens accidentibus Euchariſticis à propria ſubſtantia ſeparatis vnicè provenit à potentia infinita Dei. 535. Licet Angelus naturaliter certò cognoſcat accidentia Euchariſtica eſſe ſine proprio ſubiecto non poteſt ſic cognoſcere modum poſitivum exiſtendi per ſe illorum. 536. Qui modus ex genere ſuo eſt aliquid ſuperioris ordinis ad totam naturam *eſſendi per ſe naturaliter*. 537. Licet conveniant, & modus, quo Corpus Chriſti eſt ſub ſpeciebus Sacramentalibus, & modus illorum, in hoc, quod vterque eſt ſupernaturalis, eſt alietas quoad poſſe cognoſci ab intelligente creato inter Corpus Chriſti, vt eſt ſub ſpeciebus Sacramentalibus, & ipſas ſpecies Sacramentales. 537.

Motus moveri.

Corpora Cœleſtia moventur motu locali tanquam motu acquiſitivo perfectionis talis præciſè ſecundum quid reſpectu corporum Cœleſtium. 234. Qui motus non eſt acquiſitivus perfectionis debitæ generi ſubſtantiæ corporeæ. 234. Primum in vnoquoque genere habet actù, & ſine motu illam perfectionem, quam per motum acquirunt illius generis inferiora. 235. Aliud eſt Angelum poſſe aliquo motu ſe movere aliud Angelum poſſe ſe movere motu diſcurſivo. 236. Motus localis eſt perfectiſsimus inter omnes motus corporeos, & motus diſcurſivus im-

Digitized by Google

imperfectiſsimus inter omnes motus intellectuales. 236. Aliud eſt tranſire Angelum de non habere *actu* actum ad illum actù habere: aliud tranſire de potentia ad actum ſe movendo de vna cognitione ad aliam. 242. Tranſire de potentia ad actum ſe movendo de vna cognitione in aliam eſt proprium intellectus creati, non vt ſic acceptus ſed vt talis intellectus. 243. Explicatur cur probatur motus localis in cognoſcente ſibi diſtantem locum *B* ex cognitione, & deſiderio talis loci. 250. Angelus *A* cognoſcens motum localem alterius Angeli, & motum illum, quo Angelus motor movet Cœlum cognoſcit actū imperij liberi intellectus, quo Angelus movetur localiter, & quo Angelus motor movet Cœlum. 452. & 453. Eo ipſo quod Angelus vult ſe movere localiter, eſt in illo volitio manifeſtandi tale imperium. 453. Et idem dicitur de Angelo motore volente movere Cœlum. 453. Motus localis cuiuscumque Angeli, & motus, quo Angelus motor movet Cœlum conſiſtunt in prædicto imperio. 453. Et tales motus ſunt manifeſti Angelis; & cur? 453. Motus iam exiſtens membrorum externorum ſemper eſt cognoſcibilis naturaliter ab Angelo; ſed non præciſè, quia dependet à cauſis vniverſalibus. 454.

Myſterium.

1 Myſterium Trinitatis eſt ex his, quæ principaliter dicuntur abſcondita à ſæculis in Deo. 468. Eſt naturaliter incognoſcibile ab Angelo, tàm intuitive quàm abſtractivè. 468. Declarantur myſteria cognita ab Angelo ab initio ſuæ conditionis, & qua cognitione fuerunt cognita. 469. Angelus non cognoſcit naturaliter Myſterium Trinitatis, vel Incarnationis, & ſi cognoſcat naturaliter aſſenſum elicitum ab Hæretico circa talia Myſteria. 504.

O

Digitized by Google

O

Obiectum.

AD quamcumque cognitionem requiritur, vel ſpecies obiecti, vel ipſum obiectum, vt gerens munus ſpeciei. 3. Similitudo obiecti cognoſcendi eſt in intellectu cognoſcentis, & non extra. 55. Nullum obiectum creatum diſtinctum ab Angelo poteſt cognoſci ab illo cognitione non beatifica niſi media ſpecie intelligibili accidentali. 77. Nulla potentia creata poteſt tendere ad obiectum vniverſalius ente in quantum tali. 97. Manente eadem vniverſalitate obiecti inter potentias duplicis Angeli non benè componitur, quod potentia vnius plenè dominetur intellectui alterius. 99. Species intelligibilis determinatur ſpecificè in ſuo eſſe repræſentativo ab obiecto formali vnico. 159. Tota vnitas prædictæ ſpeciei deſumitur ab obiecto etiam ſi ipſa non deſumatur ab obiecto. 164. Obiectum ſpecificativum ſpecierum intelligibilium coaleſcit ex obiecto formali *quo*, & ex obiecto formali *quod*. 166. Declaratur quale ſit obiectum formale *quod* ſpeciei intelligibilis Angelo infuſſæ. 166. & 167. Obiecta materialia vocantur ſecundaria ab aliquibus, licèt non ſecundaria in rigore. 172. Obiectum ſecundarium in rigore eſt illud quod non habet intimè incluſum obiectum formale primarium. 172. Et hoc modo ſunt obiecta ſecundaria creaturæ reſpectu divini intellectus, & ens rationis reſpectu intellectus noſtri. 172. Ens in quantum ens, ſolùm eſt obiectum extenſivum intellectus, vel ad ſummum ſpecificativum intellectus inſpecti in eſſe capacitatis ampliſſimæ. 207. Vt obiectum cognitum comprehendatur ad minus exigitur, quod non cognoſcatur inferiori cognitione, ea qua petit cognoſci. 326. Conſenſus elicientis aliquem actum internum liberum poteſt immu-

mutare prædictum actum in eſſe obiecti, & qualiter hoc fiat, 419. Quando dicitur, quod ens naturale eſt obiectum proportionatum intellectus Angelici, non accipitur ens pro quocumque ente non ſupernaturali. 427. Quid requiratur, vt obiectum ſit proportionatum reſpectu intellectus. 428. Et etiam declaratur quid exigitur, vt obiectum cognoſcendum ſit propinquum cognoſcenti in eſſe obiecti. 460. & 461. Quidquid ſecundùm propriam entitatem eſt ordinis naturalis, cadit ſub obiecto proportionato intellectus Angelici. 514. & 515.

P

Paulus.

DEclaratur illud, cuius recordabatur D. Paulus Apoſtolus, dùm viſionis habitæ in raptu mentionem faciebat. 49.

Perſpicabile.

Perſpicabilitas, qua dicitur, quod vnus homo beatus eſt perſpicabilis alteri, non eſt poſsitiua, ſed purè negatiua; & hæc declaratur. 450.

Phantaſia Phantaſma.

Phantaſma obiecti cognoſcendi eſt cauſa inſtrumentalis ſpeciei intelligibilis ab homine habitæ. 104. Et appellari ſolet virtus intranſitiua intellectus agentis. 121. Phantaſia hominis, & ſi eliciat diſcurſum, non poteſt elicere diſcurſum æqualem in perfectione diſcurſui, adhuc minimo, elicito ab intellectu noſtro. 345. Phantaſia format Idola, quibus explicetur id, ad quod inclinat eius diſpoſitio. 377. Actus liberi phantaſiæ ſunt occulti ſuppoſito creato illos non elicienti; nedùm quoad ſubſtantiam

ſtam talium actuum, verùm; &, quoadmodum libertatis. 454.

Phyſica prædeterminatio.

Phyſica prædeterminatio ad actum liberum naturalẽ, eſt qualitas naturalis. 438. Sed quia ſe habet, vt applicatio ad actum liberum, ſi iste ſit purè internus, ſequitur leges illius quoad eſſe incognoſcibilem naturaliter ab intelligente creato non eliciente actum, ad quem ipſa applicat. 438.

Potentia.

Potentia generativa, & riſiva non fuerunt fruſtra in Chriſto Domino, licèt fuerunt in ipſo ſine ſuis operationibus. 127. Purè pertinere ad ornatum naturæ, non ſufficit ad hoc, vt ſubiecto concedatur aliqua potentia. 128. Fruſtra eſt potentia, quæ caret ſua operatione, *quando vbi, & in quo* debet illam habere. 128.

Prædicatum.

Purè ex prædicato negativo malè probatur quidditas poſitiva. 20. Alia ſunt prædicata propria Dei, alia ſunt prædicata Deo, & Angelo analogicè communia, & tam vna, quàm alia declarantur. 44. Quando cognoſcitur Deus per imaginem ab ipſo ex nihilo factam cognoſcuntur in Deo illa prædicata, quæ exiguntur in Deo, ad hoc, vt creet præfatam imaginem; inter quæ ſunt aliqua prædicata propria Dei. 46. Ad ſubiectum naturale pertinet prædicatum naturale illi repugnans, vt de eo negandum. 299. Sicut eſt connexum cum homine prædicatum affirmatum de homine, vt homini conveniens, ita eſt connexum cum homine prædicatum repugnans homini, vt negandum de homine. 300.

Præteritum.

Aliqua præterita non minus ſunt incognoſcibilia ab Angelo;

Digitized by Google

gelo, quàm futura libera. 390 Quædam præterita ſunt, quæ quoad repræſentari ſunt de genere præſentium. 391. Declaratur quid ſit determinatio ſpeciei intelligibilis, ratione cuius repræſentat aliqua præterita. 392. & 393.

Proprietas.

Non omne, quod producitur per eandem actionem, ac natura, eſt proprietas talis naturæ. 118. Licèt ſpecies intelligibiles Angelo infuſſæ ſint accidentia communia phyſicè, poſſunt eſſe logicè proprietates, ſeu quaſi proprietates. 119. Probabilius eſt, iuxta Sanctum Thomam, quod ſpecies intelligibiles Angelo infuſſæ non ſunt proprietates Angeli. 119. Proprietas, ſeu propria paſsio propoſitionis mentalis, non eſt veritas determinata, nec falſitas determinata; ſed hoc diſiunctum: veritas, vel falſitas. 504. & 505. Et hoc eſt dicendum præcipuè in opinione affirmante veritatem, & falſitatem eſſe denominationem extrinſecam omni propoſitioni tàm mentali, quàm vocali, & ſcriptæ. 504. Verum idem etiam eſt dicendum in opinione oppoſita. 507.

Q

Qualitas.

IN qualitatibus ſymbolis non attenditur perfectio ſubiecti. 346. Quæ qualitates ſymbolæ appellantur, quia nomine conveniunt. 346. De ratione qualitatum non eſt ſpecificari à ſuo agente, ſeu principio. 347. Licèt tàm actus neceſſarij, quàm actus liberi intellectus, & voluntatis hominis, ſint qualitates prædictarum potentiarum, & etiam ſi ſint qualitates non ſupernaturales, ſi ſint actus purè naturales, aliter conueniunt homini actus neceſſarij, quàm actus liberi, vt qualitates ſunt. 436. Subiectum creatum cõprehendens voluntatem alicuius Angeli, non cognoſcit omnes qualitates naturales applicantes & per ſe ordinatas ad actum liberum internum talis Angeli. 438.

R

Digitized by Google

R

Ratio.

ANgelus non poteſt intelligere rationes communes illas abſtrahendo à particularibus, & cur. 310. & 311.

Ratiocinari.

Ratiocinari comparatur ad intelligere, ſicut moveri, ad quieſcere. 241.

Regula.

Regula generalis proponitur ad cognoſcendum, quod in ſolutione non petatur principium. 248.

Relatiuum.

Cognoſcens vnum relativum cognoſcit ſuum correlativum vagè, non verò ſubitractum hoc, vel illud tal's correlatiui.69. Declaratur quale ſit obiectum relationis paternitatis, qua homo refertur ad ſuos filios.167.& 168. Vnum relativum non componitur cum alio, vt cum illo conueniat in relatione; ſed tãtùm ad hoc, vt vnum referatur ad aliud. 308. Explicatur terminus relationis, ſimilitudinis, qua vnum album relativum refertur ad aliud album de novo adven[illegible] 388. Et quomodo adventus termini purè materialis variat reſpectum formalem, 388.

S

Secretum.

EXplicatur quid intelligitur ſub hoc nomine ſecretum cordis. 399. Angelus non poteſt naturaliter cognoſcere ſecreta cordis, ſiue hominis, ſiue alterius Angeli.

Digitized by Google

gelì. 402. Vide ly liberum, & dicta dubio 2; diſp. 3.

Senſibile; ſenſus.

Ex participatione ſubſtātiarū ſeparatarū cōvenit ſenſibilibus diffundere ſpeciē propriā ſenſibilem ad ſenſum, non quoad hoc, quod eſt diffundere; ſed quoad hoc, quod eſt taliter diffundere. 108. & 109. In ſenſu communi ſunt plures ſpecies ad diſcernendum externa ſenſibilia. 198. In rebus ſenſibilibus eſſe naturaliter ſenſibile præſupponitur ad eſſe naturaliter intelligibile. 538.

Signum.

Quodlibet ſignum creatum, ex cuius naturali cognitione cognoſcatur ab Angelo futurum liberum, eſt indifferens, vt tale futurum ſit, vel non ſit poſteà. 370. Nullum ſignum creatum eſt connexum cum futuro libero, niſi ratione cauſæ liberæ creatæ talis futuri. 371. Per ſigna manifeſtari poſſunt decretum liberum de re libera crâs extitura, & eius exiſtentia craſtina, ſi interveniat divina revelatio. 395.

Simile,

A ſimili nullum argumentum demonſtratiuum eſt. 233.

Species intelligibilis.

Species intelligibilis tria exercet, vt ſuum munus adimpleat. 4. Communiter dicitur à Thomiſtis eſſe de conceptu formali formæ intelligibilis informare; componendo cum hoc, quod non ſit de eius conceptu inhærere. 15. Species intelligibilis accidentalis ſubditur intellectui creato non quia forma intelligibilis; ſed quia inhærens. 25. Probabilius indicatur, quod ſpecies intelligibilis, nec vt *quo* eſt vitalis. 32. Angelus eget ſpecie expreſſa, dùm ſe cognoſcit. 36. Species expreſſa conſiſtit in intelligi. 37. Species intelligibilis duo præſtat vnum *formaliter*, aliud *effectivè*, quorum ſecundum nequit dare, quin prius det primum. 39. Non poteſt Deus producere ſpeciem in-

intelligibilem accidentalem, quæ ſubſtituat pro concurſu effectivo præſtando in Angelo ſe cognoſcente a propria ſubſtantia, vt ſpecie. 39. Subſtantia Angeli non vnitur propriè intellectui, vt ſpecies impreſſa, propriè loquendo. 40. Subſtantia Angeli, vt ſpecies neceſsitat proprium intellectum, vt ſemper Angelus ſe cognoſcat quoad ſua eſſentialia, non verò quoad ſua accidentalia prædicabiliter. 41. Et per illam cognoſcit ſe, ſuas proprietates, & omnia accidentia, quorum ſubſtantia Angeli ſit cauſa adæquata. 42. Angelus per ſuam ſubſtantiam, vt ſpeciem, cognoſcit Deum Authorem naturæ 43. Vnica ſpecies intelligibilis poteſt deſervire ad elicientiam duplicis cognitionis diverſæ in ſpecie, ſi ipſæ cognitionis ordinatè ſe habeāt. 48. Aliter ſubſtantia Angeli eſt ſpecies intelligibilis ſui, & Dei Authoris naturæ, & hæc alietas explicatur. 51. Relucet infinitas in ſpecie intelligibile omnium intelligibilium, ſi talis ſpecies ſit ſubſtantia. 63. Quid requiratur, vt cauſa ſit repræſentatiua ſui effectus. 71. Angelus non habuit à principio ſpecies immediatas repræſentativas omnium ſingularium, vt exiſtentium. 91. Species repræſentantes naturas vniverſales in duplici ſenſu poſſunt eſſe vniverſales. 92. Species intelligibiles Angelo infuſſæ concreantur ad creationem Angeli, tanquàm accidentia connaturalia ipſimet Angelo. 116. Eſt diſparitas inter ſpecies Angeli, & ſpecies naturales infuſſas intellectui humano Chriſti D. 125. Quanquàm ſit vniverſalis ſpecies naturalis infuſſa tali intellectui non erat æquè vniuerſalis, ac ſpecies intelligibilis naturalis Angelica. 142. Licèt eſſet ſecundùm quid perfectior. 144. Species verò ſupernaturalis infuſſa prædicto humano intellectui erat vniverſalior ſpecie intelligibili Angelica. 145. & à 179. Animæ ſeparatæ præciſè, quia tali tantùm infunditur ſpecies naturalis. 154. Species intelligibilis vniuerſalis creata poteſt repræſentare infinitas naturas ſpecificas, in quodam ſenſu abſque vllo inconvenienti. 160. Aliud eſt, quod ſpecies ſit ſimilitudo formalis plurium, aliud, quod ſit ſimilitudo formalis plurium formaliter. 171. Species intelligibilis accidentalis cuiuſcumque obiecti creati, tantū eſt ſimilitudo virtualis ſui obiecti. 172. Si infunderetur Angelo ſpecies intelligibilis potens repræſentare naturas ſpecificas *infinitas in potentia*, non eſſet talis ſpecies

cies ſimpliciter infinita. 173. Claritas eſt proprietas perfectionis ſpeciei intelligibilis. 176. Species intelligibiles ſupernaturales infuſæ intellectui Beatiſsimæ Virginis erant vniuerſaliores Angelicis. 182. Angeli cò intelligunt per ſpecies vniverſaliores, quò ſunt perfectiores in eſſe ſpecifico. 188 Species intelligibilis vniverſalis perfectior, eſt ſpecies vniverſalior. 188. Speciei intelligibili vniverſali prius convenit vniverſalitas, quàm claritas. 192. Non eſt ſolicitè inquirendus numerus ſpecierum intelligibilium vniverſalium, qui de facto eſt in Angelo nunc ſupremo. 215. Licèt ſpecies viſibilis poſsit repræſentare obiectum in quacumque diſtantia localis; ſpecies intelligibilis non poteſt repræſentare obiectum in quavis duratione obiecti. 384. Rectè cohæret, quod ſpecies Angelo infuſſa menſuretur ævo, & quod eius repræſentatio non menſuretur ævo. 386. Species intelligibilis Angelo infuſſa eſt repræſentatiua in actu primo futurorum; ſed nunquàm repræſentabit illa, vt futura. 389. Vide ly *obiectum*, & dicta in 1. diſp.

Species Sacramentales.

Eſt alietas quoad poſſe cognoſci ab intelligente creato inter ſpecies Sacramentales, & inter corpus Chriſti Domini, vt eſt ſub illis. 537.

Subſtantia Angeli.

Vide ly *eſſentia Angeli*, & ly *ſpecies intelligibilis.*

Supernaturale.

Res quædam ſunt ſupernaturales quoad ſubſtantiam; quædam verò præciſè quoadmodum. 466. Res ſupernaturales quoad ſubſtãtiã sũt ſupernaturales entitatiuè, & intrinſecè. 467. Ens creatum ſupernaturale idem eſt poſtquam iam exiſtit, ac antequàm exiſtat. 473. In quodam ſenſu poteſt dici naturale. 473. Stat benè, quod accidens ſupernaturale ſit in ſe, & in ſua entitate ſupernaturale, & quod ſit ſupernaturale in quantum producibile ab agente ſupernaturali. 476. Explicatur in

quo ſenſu poteſt dici, quod accidentia ſupernaturalia dependent à ſubſtantia naturali ſui ſubiecti. 483. Entia ſupernaturalia poſſunt cognoſci à poſteriori ex effectibus naturalibus. 496. Vide ly *ens*, ly *miraculum*, & dub. 3. diſp. 3.

T

Temporalis actio.

Aliud eſt, quod aliqua actio temporalis ſit in æternitate; aliud, quod menſuretur æternitate. 385. Et ideò repræſentatio ſpeciei intelligibilis Angelicæ, & ſi ſit in æternitate, in qua eſt futurum contingens liberum, non poteſt repræſentare tale futurum. 385. & 386.

Theologia.

Theologia in Angelis non eſt formaliter tantùm ſcientia, ſed ſcientia, & intelligentia. 288. In illis non fuit habitus Theologiæ non attingens vt *quod* principia ſupernaturalia 288. Conformatur cum eorum lumine naturali prædictus habitus. 288. Non datur in ipſis vllus aſſenſus Theologicus, qui non attingat vt *quod* principia ſupernaturalia. 289. Eſt dignum obſervatione, Angelum aliter ſe habere, vt cognoſcat concluſiones Theologicas, ac vt cognoſcat concluſiones naturales. 289.

S. Thomas.

Quod S. Thomas docuit in ſumma præferendum eſt dictis ab ipſo in ſententiarijs, ſi oppoſitum illorum iudicet in ſumma. 153. Et cur hoc ſit ſentiendum? 153.

V

Verba.

Veritas verborum, vt cognoſcatur, exigit, quod cognoſcatur

Digitized by Google

tur obiectum ipſorum verborum. 531. In aliquo ſenſu poſſunt accipi verba conſecratoria, ſecundùm quem non exprimunt veritatem determinatam. 531. Vt elevata à Deo ad ſignificandum, quod corpus Chriſti Domini eſt ſub ſpeciebus Sacramentalibus includunt aliquid ſupernaturale. 531.

Veritas Verum.

Non eſſe eſſentiam ſubſtantiæ ſeparatæ *veritatem ipſam*; ſed *purè verum*, ſolum probat non eſſe formam, & actum tantùm in linea intelligibili. 24. Veritas determinata, aut falſitas determinata non eſt proprietas aſſenſus intellectus, ſed præciſè eſt eius proprietas hoc disiunctum: veritas, vel falſitas. 504. Vide ly *proprietas*.

Vniverſale.

Vniverſale aliud eſt in cauſando, aliud in eſſendo, aliud in repræſentando. 133. Et etiam accipitur, vel pro vniuerſali à re, vel pro vniverſali in re, vel pro vniverſali ad rem. 133. Vniuerſale in repræſentando, ſeu ad rem; etiam tripliciter ſummitur. 134. Vniuerſalitas ſpeciei intelligibilis explicat virtutem, & activitatem ſpeciei intelligibilis. 143. Vna ſpecies intelligibilis Angelica vniverſalior alia, non eſt vniverſalior, quia repræſentet plura, quàm alia; ſed quia repræſentet plura, vt inferiora Angelo, cui ipſa fuit infuſa, quàm alia infuſa inferiori Angelo. 206. Omnes intellectus creati ſunt æquè vniverſales genericè. 206.

Vniverſum.

In vniverſo alia entia inſtituta ſunt, vt ſint, alia vt repræſentent. 62. Non dubitatur an cognoſcat Angelus naturaliter certò, quod pertinet ad ordinem vniverſi. 399. Eſt aliquid pertinens ad ordinem vniverſi, per quod manifeſtetur Angelo B. & motus localis Angeli A, & motus, quo Angelus motor movet Cœlum. 453. Explicatur quid ſit pertinere ad ordinem vniuerſi. 456. Actus internus liber elicitus ab vno Angelo, & directus ad alium, pertinet ſecundùm quid ad ordinem vniverſi. 456.

Digitized by Google

INDEX.

Voluntas.

Modus operandi volunt tis Angelicæ conformatur in omnibus modo operandi Intellectus Angelici. 255. Ex perfectione voluntatis oritur, quod poſsit eſſe intentio finis ſine electione hac, vel illa. 255. Voluntas Angeli conformatur Intellectui Angelico in immutabilitate operandi. 259. Licèt quilibet Angelus poſsit cognoſcere naturaliter voluntatem creatam eſſe potentem elicere actum liberum, non poteſt cognoſcere hunc, vel illum actum liberum determinatè. 430. & 431. Stat benè, quod Angelus comprehendat voluntatem alterius Angeli, & quod non comprehendat actus internos liberos talis voluntatis. 434, Vt comprehendatur voluntas, vt potentia libera, debet comprehendi, vt ſe exercens in actu ſecundo per hunc, vel illum actum liberum determinatè. 435.

Vſus.

Ex vſu libero, quo vtitur Intelligentia ſpecie intelligibili principii, & concluſionum, non convincitur, quod poſsit Intelligentia cognoſcere aliqua obiecta non intelligendo. 230. Vt vſus ſortium ſit iuxta regulas morum requiruntur quatuor conditiones. 380. Quę ibi declarantur.

LAVS DEO.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google